# DE REGIO PERSARVM PRINCIPATV LIBRI TRES:

EX ADVERSARIIS. V. CL.
BARNABÆ BRISSONII
SENATVS PARISIENSIS
PRÆSIDIS.

Et in hac editione vltima ab eodem Auctore aucti ac recogniti, & quid in ea ſit præſtitum notis ad finem additis exponitur.

*Cum tribus Indicibus: I, Capitum: II, Auctorum qui emendantur: III, Rerum & Verborum notabilium.*

PARISIIS,
Apud BARTHOLOMÆVM MACÆVM, in monte D. Hilarij, ſub Scuto Britanniæ.
M. DCVI.

*CVM PRIVILEGIO REGIS.*

INDEX

# VNIVERSVM

## HORVM LIBRORVM

ARGVMENTVM BREVITER complectens.

BIBLIOTECA NAZIONALE ROMA

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

### LIB. I.

*Quo, de Regia maieſtate, totoque Perſici regni ſtatu, agitur.*

IMPERII Perſici origo. 1
Quot annis ſtetit, variæ auctorum ſententiæ. 1
Perſarum Rex, Μέγας βασιλεὺς, & *Rex Regum*, dictus. 2
Genere deferebatur Imperium. 4
Aliquando ad proximiorem. 5
Tandem ad eum qui ex Regia ſtirpe eſſet electus. 5
Noti à ſucceſſione alieni. 6
Sola morte rex mutabatur. 6
In expeditionem proficiſcens, ſucceſſorem deſignabat. 6
Paſargadis à gentis ſuæ ſacerdotibus inaugurabatur. 6
Cidari impoſita à Surena. 7
In ſella regia locabatur. 7
Nomen mutabat. 8
Deorum honoribus colebatur. 8
Eum adeuntes, humi proſternabantur. 8
Venerandi & ſupplicandi mos. 9
Apud Perſas à Cyro primum introductus. 11
Peregrini ad Regem nõ, niſi eũ adoraturos ſe promitterent, admiſſi. 12
Græcis ſeruile id atque indecorum habitum. 13
item Iudæis. 14
Imago aurea proponebatur adoranda, acceſſuris ad Regem. 16
Sal[illegible]es Regem, i[illegible]num ei optabant. 16
Occurrentes Regi, manus inſerebant manicis. 16
Rex, vt anguſtior eſſet, raro ſe conſpiciendum præbebat. 17
Abſque Regis iuſſu Regiam nemo ingrediebatur. 18
Negotia per Internuntios expediebantur. 18
In portis Regiæ, proceres ſtabant. 20
Sellæ Regiæ inſidere capitale fuit. 20
item, Veſtem regiam induere. 2[illegible]
Velum lecticæ, qua pellex deferretur ad Regem, alleuare, eius conſpiciendæ cauſa, fas non erat. 21, 22
& in venatione feram, priuſquam Rex telum miſiſſet, ferire. 22
Reges Perſarum ſoluti legibus. 22
Eorum ditioni ſubditi, Seruos ſe dicebant. 22
Regem Dominum vocabant. 23

In conſiliis haud impune Regi contradicere licebat. 24
Summæ in Regem obſeruantiæ exempla. 24
Litteris eius anulo obſignatis contradicere nefas. 25
Sine muneribus Regem ſalutare non licuit. 26
Dies natalis eius celeberrimus. 27
Mortuo Rege indictum iuſtitiũ. 27
Regis filiis honos exhibitus. 27
Regis inſignia, Tiara recta. 28
Diadema. 32
Stola Medica. 35
Candys Murice infectus. 36.37
Tunica purpurea albo diſtincta. 37
Candys manuleatus. 39
Reges criniti fuerunt. 40
Inaures geſtarunt. 40
Zona præcingebantur. 41
Braccas & feminalia geſtabant. 41
vt & omnes Perſæ. 42
Reges Sceptrum aureum ferebãt. 43
Sedes ſtatis temporum vicibus mutabant. 43
Æſtate Suſis, hieme Ecbatanis, degebant. 44
Aliquando Perſepoli, vel Paſargadis. 46
Regia eorum aurea. 49
Sella. 50
Lectus. 51
Huic ſuperſtabat vitis aurea. 51
Regiæ horti appliciti erant. 52
item Paradiſi, qui & Viuaria. 53
Horti penſiles Babylonici. 55
Murorum Babylonis ambitus. 57
Reges vnius Choaſpis aquam bibebant. 59
vt Parthorum Reges, Eulæi fl. aquam. 60
Aurea aqua. 61
Chalybonio vino vtebantur. 62
Pane triticeo. 63
Exquiſitiſſimis epulis. 63
Iter facientes, à ſubditis cæna excipiebantur. 64
Natalem ſuum præcipuè ſollemnem & feſtum agebant. 65
Miniſtri pure loti & pretioſe veſtiti, Regibus miniſtrabant. 65.66
Non niſi exploratis eſculentis ac poculentis, Reges quicquam ſumebant. 66
Regis genio ab aulicis menſæ epulis inſtructæ apponebantur. 67
Conuiuiis ludos & cantus adhibebant. ibid.
Omni voluptatum genere diffluebant. 70
Quoſdã conuiuio adhibebant. 72.73
Quibuſdam cœnæ partem mittebant. 74
Reliquiæ inter quos diuiderentur. ibid.
Plures vxores ducebant. 75
Reginarum frons Diademate vincta. ibid.
His, ad cultum & ornatum, ciuitates attributæ. 76
Solo metu abſque cuſtodibus ſeruabantur. 77
Reges, pellicũ greges habebãt. ibid.
Hæ Reges ſemper comitabantur. 78
Earum quędam Pſaltriæ, tibicinæ, fidicinæ & μουσουργοί. 67.68
Liberi Regum ſumma cura educabantur. 79
Quibus artibus inſtruebantur. ibid.
Excitati ex ſomno Reges, ſui officij admonebantur. 80
Cottidie rem diuinam faciebãt. ibid.
Mos in procedendo. 81
Sæpe regiones ſibi ſubditas obibant ac peragrabant. 85
Ius ſubditis dicebant. 87
Religio in capitalibus cauſis. 88
Ea in re Septemuirorum & eorum qui iudices Regij dicebantur, opera vtebantur. 89

In Iudices corruptos ſeuere vindicabant. 90
Præmiis egregia facta remunerabãtur. 91
item liberorum multitudinem. 92
Bene de ſe meritorum, quos Oroſangas vocabant, nomina in commẽtarios referebant. 93
Dona erga bene meritos. 93.94
Secundum à ſe locum interdum dabant. 65
Dona regia, Medicæ veſtis, Torquis aurei, Armillarum aurearum, oppidorũ in alimenta. 96, vſq; ad. 105
Legaris exterarum gentiũ munera. ibid.
Reges, per Mithram iurabant. 106
Dextra data fidem obſtringebant. ibid.
Venatione exercebantur. 108
Ad eam rem ferarum viuaria. 110
Imperium Perſarum in Satrapias diuiſum. 111
De earum numero variæ opiniones. 112
Satraparum officium. 114
In conſilium à regibus adhibebantur. 115
Scribas regios ſub ſe habebant. ibid.
Suæ adminiſtrationis rationem reddebant. 116
Quotannis in prouincias inſpectores mittebantur, à quibus de ſtatu cuiusque prouinciæ Rex certior fieret. 117
Præter Satrapas alij Vrbium, alii Ar- [illegible]
Officium cuiuſque quale. 118
Tribuni militibus per ſtationes diſpoſitis imperabant. 119
Limitanei præfecti. 120
Ærarium in ſingulis prouincijs. ibid.
Ærario cuſtodes proerant. ibid.
In Ærariis pecuniæ regiæ adſeruabãtur. 121
Ex tributis redactæ 122
Darius primus tributũ impoſuit. ib.
Tributa per Φορολόγους colligebantur. 124
Summa eorum. ibid.
Alii regnm reditus. ibid.
Equi tributarii, & Canes. ibid,
Reges miniſtros habebant qui Regis Oculi & Aures dicebantur 125
Item cohortem Equitum quos Ἀθανάτους vocabant. 127
Ex Doryphoris lecti mille virtute præcipui, qui Melophori appellabantur, in aula Regia excubabãt. 128.129
Corporis Regum cuſtodes magno numero. 129.130
His annonæ ex reliquis menſæ Regiæ, erogatæ. 131
Regii Cognati, qui propius lateri Regio admittebantur. 132
Ὁμότιμοι qui pro foribus Regiæ ſtabant. 133
Megiſtanes. ibid.
Suremas ſũmus magiſtratus. 134.135
Oſtiarij. 135
Internuntii. ibid.
Chilliarchus admiſſionalis. 136
Cubicularij. 137
Dominica miniſteria ex Eunuchis. 137
Regii Scribæ qui res geſtas litteris mandarent. 138.142
Item qui Edicta & Reſcripta conſcriberent. 139
Edictorum & reſcriptorum formula. ibid.
Non vna lingua ſcribebantur. 140
Regio Anulo obſignabantur. ibid.
Anuli character. 141
Archiatros peregrinos, Reges in comitatu habuerunt. 143
item pueros qui horas nuntiarẽt. 145
Reges in publicum prodeuntes, Sceptriferi antecedebant. ibid.

Ex miniſtris vnus recipiendorum hoſpitum curam habebat. ibid.
Varia alia miniſtrorum genera. ibid.
Curſus publici inſtitutio 146
Angari, & Aſtandæ. ibid.
Variorum officiorum nomina aliquot Perſica. 148
Regibus Perſarum venenum paratum ad facilem mortem. 148
Quædam herbæ quibus ad valetudinem vel cultum vtebantur. 149
Propria Mauſolea, quibus condebātur, Reges habuerunt. 150
Loculo aureo conditus Cyrus 151
Eius ſepulchrum. 150.151.152
Tituli ſepulchris additi. 152

## LIB. II.

*Quo de religione, legibus, moribus, institutisque Perſarum tractatur.*

PErſæ [illegible] 158
Solem. 157. ſub Mithræ nomine 159: Oromaſum, vel Oromaſdum, & Arimanem 161. Lunam & Venerem 162. Ignē 163: Aquā 165. Flumina, Tellurem, Ventos. 166
Templa, Signa aut altaria Diis nō ponebant 167
Inde in Græcorum templa odiu. 168
In loco puro ſacrificabant. 170
Sacrificandi ritus. 173
Sacra omnia Magi obibant. 176
Magorum dignitas 177. origo, & incrementum 178. doctrina. 180
Mulierum etiā erant ſacerdotia. 184
Perſarum dies ſolemnes. 184.185
Perſarum educatio & inſtitutio. 186
Forum liberale, in quo ingenui inſtituebātur. 187 In quatuor claſſes, ex quatuor ætatibus, diuiſum. 188
Puerorum educatio & munus. 189
Ephoborum. 200
Virorum. 206. primo
Senum. 208. primo
Tenuioris fortunæ hominum educatio. 209. primo
Perſis riſus effuſus vitio erat. 210. primo.
In itinere mos. 212. primo
Victus antiqui parcitas, deinde luxus & vinolentia. 212. primo
A conuiuiis virilibus matres familias an arcerentur. 214. primo
Concilia inter Scyphos ac pocula. 216. primo
Abaci, Lecti, Triclinia & eorū ſtrata. 205. ſecundo
Perſarum coniugia. 212. ſecundo
Pellicatus libido. 215. ſecundo
A Perſis Eunuchorum origo. 216 ſecundo.
Perſæ non expertes Muſicæ. 221
Perſarum mollities, ſupellex, horti, vineæ. 222.223
Salus vt i diceretur, & Oſculimos. 224
Veſtitus, Tiara. 228
Veſtis longa & laxa fluitans. 230
Candys. 232
Calaſiris. 233
Picta veſtis. 234
Caunaces. 235
Chirothecæ, Braccæ, Calceamenta. ibidem.
Torquibus & armilis vtebantur. 237
item Inauribus. ibid.
Lapillis & gemmis delectabantur. ibid. & 238
Aliquot peculiares illis lapilli. 238
Comam nutriebant. ibid.
Faciem pigmentis fucabant. ibid.
Perſarum lugubria. 239
In Iudiciis criminalibus rei carcere & vinculis coercebantur. 241
Inauditum neminem puniebāt. 242
Pœnarum grauiſſimarum genera, Capitis amputatio. 242. 243. Crux 244. Excoriatio 245. Pellis detractio. ibid. Viuorum Defoſſio 247. Lapidatio. ibid.
Veneficorum ſupplicium pecu-

liare. ibid.
Supplicium ἀπ' εκαφῶν. 248
Leuiorum criminum pœnæ membri aliquius amputatio 248. Excæcatio 250. Ignominia. ibid. Publicatio bonorum. ibid.
Vnius ob noxam aliquando omnes propinqui puniti. 251
Artaxerxis Longimani in pœnis clementia. 251
Quædam contumeliarum ſpecies 252
Perſæ religioſè fidem ſeruabant. 253
Vias floribus ſternebant. 254
Quæ à Perſis ad alios profecta ſunt ibid. Molluſca nux. ibid.
Perſica mala. 255. Medica mala 256.
Medica herba. 257. Galli Gallinacei, Phaſiani. 257
Menſuræ Perſarum, & Annus. 259
Nummi. ibid.
Lingua perſica. 261.
Quædam vocabula Perſica. 261. 262
Perſarum ſepeliendi ratio. 265

## LIB. III.

*De re militari.*

Perſæ à primis annis militiæ aſſueti. 267
Vacatio militiæ nemini dabatur. 268
Armatura qualis. 269
Acinances. ibid.
Copis 261. Sagaris ibid.
Lorica. 272
Gerra. 273
Palta. 274. 275
Arcus, & Pharetra. 276
Fundæ. 275. 276
Galeas nullas geſtabant. 280
Equitatu præſtabant. 281
Equorum ornatus. 283
Equi Niſæi, eximiæ magnitudinis & velocitatis. 285
Equites cataphracti & clibanarij. 286
Ex curribus Reges pugnabant. 289
Falcatis curribus ex Cyri inſtituto vtebantur. 291
Ad bellum affectus ſuos ſecum ducebant. 294
Annonæ & cõmeatuũ ſumma. 296. 297
Ordo agminis Perſarum. 298
Caſtrametandi ratio. 300
Tabernacula, & in iis luxus. 301. 302
item in Gladiis, Vaginis, Frenis equorum, & cæteris rebus. 305
Ex quibus conſcribebatur exercitus. 306
Cardaces. 307
Exercitus diuiſio ibid. Recenſio, & luſtratio. 308
Aciei diſpoſitio. 310
Leones σύμμαχοι. 310
Bellum indicturi Aquam & Terram petebant. 311
Copiarum Xerxis numerus. 315
Rex prœliis adeſſe non cogebatur. 321
in media Acie ſtabat. 322
Ab eius tabernaculo belli Signum dabatur. ibid.
Signorum in bello varietas & differentia. 324
Regale ſignum, Aquila. 325
Sauciorum qui in prœlio vlcera acceperant, cura. 325
Deſertores ſeuere puniebantur. 326
In victos aliquando Reges ſæuiebãt. ibid.
Inſidiis & dolo, Perſæ non pugnabant. 327
Excubias vigilanter agebant. ibid.
Exploratoribus vtebantur. 32?

Equos ſuos ſtrepitui armorum aſſuefaciebant. ibid.
Vrbes quibus machinis obſidebant. 328.329
Oleum Medicum. 329
Sagena vrbes circumvallabant. 331
Flumina pontibus iungebant. 332
Xerxes etiam Helleſpontum iunxit. 332
Cyri in Gyndenamnem indignatio, & de eo ſumpta vltio. 334
Xerxes Athon perfodit. 335
Nauium Perſicarum genera. ibid.
Primi Perſæ arces condiderunt & præſidiis munierunt. 336
Hieme bellum non gerebant ibid.
Apud Perſas certamen ſingulare in vſu erat. 337
Per arma Perſæ adoptabant. ibid.
Fœdera cum vicinis inibant. ibid.
Fidem hoſti datam ſeruabant. ibid.
Liberum commeatum aliquando dabant. ibid.& 338
Reges quemquam ſuorum ſeruire ægrè patiebantur. 338
Militiæ tempus à xx.ad L.annũ: qui honeſtam miſſionem dabat. ibid.

## LOCORVM QVI LIBRIS HIS EMENDANTVR, INDEX.

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Ælianus.* | 44 | *Heliodorus.* | 289 |
| *Æmilius Probus.* | 307 | *Heſychius.* | 41.90.260.293 |
| *Apuleius.* | 48.49 | *Iſidorus.* | 39.42.60 |
| *Ariſtophanis Scholiaſtes.* | 102 | *Pollux.* | 32.41.133 |
| *Arrianus.* | 151.152 | *Plutarchus.* | 133.238.277.286.312.316 |
| *Athenaus.* | 24.128 | *Seneca.* | 334 |
| *Clemens Alexandrinus.* | 155 | *Seruius.* | 208 |
| *Curtius.* | 58.311 | *Strabo.* | 153.162.165.172 |
| *Donatus.* | 209. *ſecundo* | *Suidas.* | 68.*bis* |
| *Euſtathius.* | 57 | | |

Μνημονικὰ ἁμαρτήματα.

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Ciceronis.* | 62 | *Strabonis.* | 123 |
| *Dionis Chryſoſtomi.* | 67 | *Euſtathii lapſus.* | 57 |
| *Senecæ.* | 196.334 | *item Suidæ.* | 262 |

Errata Interpretum.

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Diadori Siculi* | 132 | *Procopii.* | 25 |
| *Herodoti.* | 31.94.249 | *Strabonis.* | 151.174.225 |
| *Platonis.* | 77.113 | *Xenophontis.* | 17.187 |
| *Plutarchi.* | 133 | | |

BARNABÆ.

# BARNABÆ BRISSONI SENATVS PARISIENSIS PRÆSIDIS.

## De regio Perſarum principatu

## LIBER PRIMVS.

RES a Perſis terra marique geſtas, literis mandare non inſtitui: ſed hoc argumentum aliis, quibus commodum videbitur, concedens, eos, tantum ex veteri gentis illius memoria floſculos carpã, qui ad Regii nominis decus, Imperii maieſtatẽ, totumque Regni ſtatum, ac vetuſtate pene obrutos ritus, pertinent. Atque hoc quidem libro, quibus honoribus à ſuis coli Reges ſolerent, quæ eſſent eorum Inſignia, qui veſtitus, vitęque cultus: quæ Aulæ, Palatii dignitates: quæ regni adminiſtrandi ratio, exponam. Reliqua quę ad populi mores, inſtituta, leges, rem militarem ſpectãt, in alios libros conferam.

Perſarum gens, obſcura prius, initium commendationis & famæ accepit à Cyro, qui ademptum Medis, Lydiſque, imperium primus in Perſidem intulit, & è minimo tenuiſſimoque, maximum & florentiſſimum, Aſia ſubacta, & vniuerſo Oriente in poteſtatem redacto, reliquit. Huic ſucceſſit filius Cambyſes, qui Imperio patris Ægyptum adiecit: à quo deinde, ad Darium vſque, qui ab Alexandro victus, & à cognatis occiſus, vitam pariter cum Perſarum regno amiſit, Perſicæ res in ſuo ſtatu manſerunt. Terrarum enim, quas illinc ſinus Perſicus, hinc Helleſpontus claudit, domini, innumeris prope nationibus longe lateque Reges imperarunt. Nec tamen vltra ducentos annos regium hoc imperium ſte-

tiſſe, Dionyſius Halycarnaſſ. lib. I. ſcribit. Quamquam apud Q. Curtium lib. III. Darius, cum militari more ſuos ad Arbela dimicaturos cohortaretur, Perſicum imperium *ſecundo curſu* per CCXXX. *annos ad ſummum faſtigium a Diis euectum* fuiſſe prædicat. Cui conſentiens D. Hieronymus, ad Danielis caput IX. continua XIIII. Regum ſerie, regnatum in Perſide per CCXXX. annos, notat. At Strabo lib. XV. permixtis Perſarũ Macedonũque temporibus, imperii illius annos paulo longius profert. Clemens vero Alexandrinus lib. I. Stromat. accuratius ſubductis temporum rationibus, ſummam efficit annorum CCXXXV. In quo & variari inter alios quoque video Nam D. Auguſtinus lib. XII. de Ciuitate Dei, cap. X. annos colligit CCXXXIII. Sulpicius autem Seuerus libro II. ſacræ hiſtor. annos ducentos & quinquaginta. Eſt & inter Conſtantinum Manaſſem, & Georg. Cedrenum, non parua diſſenſio: quorum hic, in ſuis Annalibus, non niſi CCXIIII. annos Perſarum imperio adſcribit: ille, τὴν Περσῶν βασιλείαν ἐφ' ὅλοις παρατείνασαν ἔτεσι τριακοσίοις, ait. A quibus etiam diſcedens Agathias lib. II. annos CCXVIII. Perſarum monarchiæ tribuit. Vt ſe res habeat, toto illo ducentorum, & quod excurrit, annorum tractu, imperium hoc quo de agimus, caput ſuper cetera ita extulit, vt quod illi amplitudine magnificentiaque, iure conferri poſſit, habeamus nullũ. Illius certe vires ex numero & apparatu copiarũ quas Darius & Xerxes in Europam effuderunt, æſtimare licet. Vnde ab ipſis, quamquam oppido infeſtis Græcis, Perſarum Regem μέγαν βασιλέα vocitatum mirum non eſt. Suidas Μέγας βασιλεὺς ὁ τῶν Περσῶν διὰ τὸ πλείονι δυνάμει χρῆσθαι τῇ Περσικῇ. τοῖς δὲ ἄλλοις προσετίθεσαν καὶ τῶν ἀρχομένων τὰ ὀνόματα, οἷον Λακεδαιμονίων, Μακεδόνων. Ariſtides in Romæ encomio, Περσῶν ἀρχὴν σκεψώμεθα, ἣ πάνυ ποτὲ ἐν τοῖς Ἕλλησιν ἐβεβόητο καὶ Μέγαν παρέσχετο ἐπώνυμον καλεῖσθαι τὸν ἔχοντα αὐτὴν βασιλέα Et quidẽ, vt Dio Chryſoſtom. Oratione in de Regno, tradit, Μέγας βασιλεὺς καλεῖται μόνος ἐκεῖνος. Atque hanc temporibus ſuis vulgi ore tritam appellationem. Iſocrates Græcis probri loco, & quaſi captiuitatis & ſeruitutis argumentum, obiicit: Sic enim in Panegyrico, Οὐ βασιλέα τὸν Μέγαν αὐτὸν προσαγορεύομεν, ὡς τῶν αἰχμάλωτοι γεγονότες; Indéque ioci occaſionem Ageſilaus arripuiſſe

dicitur. Nam vt Plutarch. in Apophthegmat. ſcribit. εἰθισμένων, τὸν Περσῶν βασιλέα, Μέγαν προσαγορεύειν· τί δὲ ἐκεῖνος, εἶπεν, ἐμοῦ μείζων, εἰ μὴ δικαιότερος, καὶ σωφρονέστερος; Eademque ratione Plato lib. III. de Legibus, omnes fere Perſarum Reges nomine tenus dumtaxat Magnos fuiſſe. ita ſcribit: καὶ σχεδὸν βασιλεὺς ἐν Πέρσαις οὐδεὶς πω μέγας γέγονεν ἀληθῶς, πλὴν γε ὀνόματι. Perſarum quoque legatos ad Philippum Macedonum Regem miſſos, cum Alexander, licet admodum puer, de rebus minime puerilibus, ſed quæ eius ætatis captum excedere videbantur, percontatus eſſet, ſtupefactos dixiſſe, ὁ παῖς οὗτος, βασιλεὺς Μέγας, ὁ δὲ ἡμέτερος, πλούσιος, Plutarchus lib. II. de Fortu. Alexan. memoriæ prodidit. Ipſe etiam Alexander, vt Arrianus lib. VI. refert, incredibili gloriæ cupiditate flagrans, iamque de nouo orbe quærendo cogitans, Medorum & Perſarum Reges, cum exiguam Aſiæ partem regio dominatu tenerent, immerito Magnos Reges appellatos dicebat.

Nec hoc titulo contenti Perſarum Reges, ſeſe REGES REGVM vocitabāt: Et ita in Inſcriptione monumen Cyrum appellatum, Strabo lib. XV. teſtatur. Extant Artaxerxis ad Pætū litteræ, Hippocratis miſcellaneis Epiſtolis inſertæ, cum hac Inſcriptione Ἀρταξέρξης, Βασιλεὺς Βασιλέων, Παίτῳ χαίρειν. Sic & lib. I. Eſdræ, c. VII. Ἀρθάσασθα βασιλεὺς βασιλέων, Ἐσδρᾳ ἱερεῖ, καὶ ἀναγνώστῃ τοῦ θείου νόμου χαίρειν. Quinetiam poſtquam in Parthorū nomen poteſtatemque Perſæ tranſierunt, eundē quoque ſibi nominis honorē Reges vindicarunt. Plutarchus in Pomp. Ὅθεν οὐδὲ ἠξίωσε τὸν Πάρθον ἀντιγράφων, ὥσπερ οἱ λοιποὶ, ΒΑΣΙΛΕΑ ΒΑΣΙΛΕΩΝ προσαγορεῦσαι Proinde apud Suetonium in Caligula. c. V. REGIS REGVM nomine Rex Parthorum exaudiendus eſt, Eiuſque cognominis prætermiſſionem Parthorum Reges non æquo animo tuliſſe argumēto eſt, quod Dio libro. LV. de Phraate narrat, qui ſolo Phraatis nomine ab Auguſto per litteras appellatus, reſcribens, Regis Regum titulum nomini ſuo adſcripſit, Auguſtum, quo par pari referret, nulla alia quam Cæſaris appellatione dignatus. Similiterque Tigranem, qui eundem ſibi nominis honorem adrogabat, vehementer offenſum fuiſſe Plutarch. in Lucullo memorat, quod cum Lucullus Regem

Regum non appellaſſet. Sapori etiam Perſarũ Regi ad Conſtantium literas cum huiuſmodi inſcriptione, REX REGVM SAPOR, *particeps ſyderum frater Solis & Lunæ*, Ammianus Marcellinus lib. XVII. refert. Sed & apud Procopium lib. I. de bello Perſ. Alamandarus Cabadem Perſarum Regem alloquens βασιλέα βασιλέων appellat. Pari faſtu Antonius, Orientis imperium inter liberos ex ſe & Cleopatra ſuſceptos partitus, eos voce ſua, Regum Reges renuntiauit, vt Plutarchus in eius vita ſcriptum reliquit. Nec tamen à Perſarum Regibus ortum hæc appellatio ducit. Nabuchodonoſorem namque Babylonium Regem, Daniel cap. II. ita affatur, Σὺ βασιλεῦ, βασιλεὺς βασιλέων.

Perſarum autem regnum parentium morte liberis lege obueniebat, nec aliis quam qui regiæ ſtirpis eſſent, deferebatur, quemadmodum Conſtantinus Manaſſ. in Annalib. ſcribit. Quod Strabo lib. XV. ſignificat, cum ait, βασιλεύονται δὲ ὑπὸ τῶν ἀπὸ γένους. Idemque, tranſlato ad Parthos imperio, ſeruatum, teſtatur Ioſephus lib. XVIII. Antiquit Iud. cap III. συμφρονήσαντες δὲ, inquiens, οἱ γνωριμώτατοι Πάρθων, ὡς ἀβασιλεύτοις μὲν ἀμήχανον πολιτεύεσθαι· οἱ δὲ βασιλεύοντες ἐκ τοῦ γένους τῶν Ἀρσακιδῶν. οὐ γὰρ ἑτέροις ἀρχὴν νόμιμον. Et ideo Tiberii temporibus, quia neminem gentis Arſacidarum ſummæ rei imponere poterant, interfectis ab Artabano plerisque, aut nondum adultis, Regis Phraatis filium, Roma popoſciſſe eos, vt genus Arſacis ripam apud Euphratis cerneretur, Tacitus lib. V Annalium narrat. Reddito poſtea Perſis imperio idem mos retentus Procopius lib. I. de bello Perſico Πέρσαις δὲ οὐ θέμις ἄνδρα ἐς τὴν βασιλείαν καθίστασθαι ἰδιώτην γένος, ὅτι μὴ ἐξιτήλου παντάπασιν γένους τοῦ βασιλέως ὄντος. Et alias, eodem libro, ὅτι νόμος αὐτὸν εἰργει, ὃς δὴ οὐκ ἐᾷ Πέρσαις ἐς τοὺς ἀλλοτρίους, τὰς ἀρχὰς φέρεσθαι, ἀλλ' οἷς ἡ τιμὴ ἑκάστη κατὰ γένος προσήκει. Quibus conſentanea Conſtantinus quoque Manaſſes ſcribit.

Plane poſt Ochi & Arſis eius filii cædem, cum nemo ex Ochi liberis ad quem regnum lege rediret, ſupereſſet, ἐρήμου, vt Diodor Sicul lib. XXVII. loquitur, ὄντος τοῦ βασιλείου οἴκου, καὶ μηδενὸς ὄντος τοῦ κατὰ γένος διαδεξομένου τὴν ἀρχὴν, Darius regnum Bagoæ Eunuchi beneficio adeptus eſt. Vnde & Alexander ei per epiſtolam apud Arrianum libr. III. exprobrat,

quod occiſo Arſe, Bagoopæ, imperium occupaſſet, ὑπὸ Βαγώου, οὐδὲ κατὰ τὸ Περσικὸν νόμον. Eundem Alexandrum Curtius lib. vi. milites ita alloquentem facit: *Ne D rius quidem hereditarium Perſarum accepit imperium, ſed in ſedem Cyri, beneficio Bagoæ caſtrati hominis, admiſſus.* Similiterque Strabo lib xv. eius Spadonis opera, Darium οὐκ ὄντα τοῦ γένους τῶν βασιλέων, Regem factum ſcribit.

Filiorum vero natu maximum, regnum ætatis priuilegio, ſibi vindicaſſe, quod ius & ordo naſcendi, & natura ipſa gentibus dabat, Iuſtin. lib. 11. docet. Plato quoque in Alcibiade, Ἐπειδὰν δὲ γένηται ὁ παῖς ὁ πρεσβύτατος, οὗπερ ἡ ἀρχή. Idem in Lyſide, Εἰ ἄρα ὁ μέγας βασιλεὺς πότερον τῷ πρεσβυτάτῳ υἱεῖ οὗ τῆς Ἀσίας ἀρχὴ γίγνεται. Eodemque iure Perſas poſterioribus temporibus lege ita iubente vſos, Zoſimus & Procopius teſtantur. Sic enim ille lib. xii. hiſtor. τὸν μὲν ἀδελφὸν τὸν αὐτοῦ νεώτερον ὄντα, βασιλέα χειροτονοῦσι. καὶ ταῦτα, τοῦ νόμου τῷ πρεσβυτέρῳ τῶν βασιλέως παίδων διδόντος τὴν τῶν ὅλων ἡγεμονίαν. Procopii vero libro 1. de bello Perſico verba ſunt hæc: τῶν γάρ οἱ παίδων ὁ πρεσβύτατος Καόσης, τὸ μὲν ἡλικίας ἕνεκα, ἐς τὴν βασιλείαν ὁ νόμος ἐκάλει. ἀλλὰ Καβάδην οὐδαμῇ ἤρεσκεν, ἐβιάζετο δὲ τὴν τε φύσιν καὶ τὰ νόμιμα ἡ τοῦ πατρὸς γνώμη. Mota tamen de Regno cõtrouerſia inter Ariamenem, ſeu vt alii vocant Artabazanem, & Xerxem Darii filios, arbiter ex compromiſſo ſumptus Artabanus communis vtriuſque patruus litem ſecundum Xerxem minorem natu dedit: non alia ratione, quã quod hic ex patre iam Rege, ille ex priuato adhuc ſuſceptus eſſet: quemadmodum Herodot. lib. vii. Iuſtin. lib. 11. & Plutarchus περὶ φιλαδελφίας literis prodiderunt. Sed & poſt Cabadis Perſarum Regis mortem orta inter eius filios de regno contentione, Cabadem Coſroi fratri, quem ætate anteibat, poſtpoſitũ, propterea quod is luſcus eſſet, accepimus. Perſis enim altero oculo captum, aut qui naſo, auribuſve mutilatis, vel aliqua membrorum prauitate, deformitate ve eſſet, Regem conſtituere non licebat. Idque lege vetitũ fuiſſe, Procopius lib. 1. de bello Petſico tradit. De Cabadis enim Regis Perſarum liberis loquens, Ζάμην δὲ, ait, ὃς τὰ δευτερεῖα ἐφέρετο, τοῖν ὀφθαλμοῖν τὸν ἕτερον ἐκκεκομμένον, ἐκώλυεν ὁ νόμος. ἑτερόφθαλμον γὰρ ἢ ἄλλῃ τινὶ λώβῃ ἐχόμενον, οὐ θέμις

Πέρσας βασιλέα καθίστασθαι. Et alias, καὶ ἦν γὰρ αὐτοῖς πολύ τι πάθος τῆς Ζάμου ἀρχῆς, ἣν δὴ ὁ νόμος, αἴτια τῆς τοῦ ὀφθαλμοῦ λώβης, ὥσπερ μοι εἴρηται, ἐκώλυε. Ad extremum tamen eo rem rediiſſe, vt Perſarum regnum, nõ tam lege, quam ſuffragiis procerum deferretur, idem Procopius non ſemel oſtendit: ita tamen, vt non alii, quam qui ſtirpis Regiæ eſſent, ad regni culmen eueherentur. Aperte certe apud eũ lib. I. de Bello Perſ. Mobodes pronuniat, οὐδένα χρῆναι αὐτόματον ἐς τὴν βασιλείαν ἰέναι, ἀλλὰ ψήφῳ Περσῶν λογίμων.

Apud Perſas vtique, filios naturales & ex pellicibus ſuſceptos, a regni ſucceſſione ſummotos & repulſos, quamdiu iuſti & legitimi liberi ſupereſſent, Herodot. lib. III. tradit. Pauſanias tamen in Eliacis Darium nothum, Iſogæo Artaxerxis iuſto filio in regno capeſſendo populi conſenſu antepoſitum memorat.

Ceterum more recepto apud Perſas, Rex non niſi morte mutabatur: Contra quem morem, Artaxerxes Darium filium per indulgentiam viuus Regem conſtituit, nihil ſibi, vt Iuſtinus lib. x. ſcribit, ablatum exiſtimãs, quod in filium cõtuliſſet, ſinceriuſque gaudium ex procreatione ſe capturum ſi inſignia maieſtatis ſuæ, viuus in filio conſpexiſſet. Cui Dario etiam à patre indultum fuiſſe κίταριν ὀρθὴν φέρειν, Plutarch. in Artaxerxe auctor eſt. Quin & ipſummet Artaxerxem Cyri minoris fratrem, viuo adhuc patre, Regem appellatum fuiſſe, idem Plutarch. cum in eius vita, tum lib. II. de Fortu. Alexan. litteris prodidit.

At cum in longinquam expeditionem Rex proficiſcebatur, regni ſucceſſorem deſignare ſolitum, idque lege lata inualuiſſe, Herodot. lib. II. ita ſcribit, δεῖ μιν ἀποδέξαντα βασιλῆα, κατὰ τὸν Περσέων νόμον, οὕτω στρατεύεσθαι. Eiuſdem quoque gentis legibus cautum, δωρεὰν αἰτεῖν τὸν ἀναδειχθέντα, καὶ διδόναι τὸν ἀναδείξαντα, πᾶν τὸ αἰτηθὲν, ἄνπερ ᾖ δυνατὸν, Plutarchus in Artaxerxe notat: Eamque legem ἄψευστον ἐν Πέρσαις νόμον ibidem vocat.

Reges autem Peſarum, Paſargadis à gentis ſuæ ſacerdotibus, inaugurari & initiari ſolebant, eo ritu, quem Plutarch. in Artaxerxe declarat. Moris enim fuiſſe tradit, vt Paſargadis, (τοῦτο δ' ἦν, vt Strabo lib lib. xv. ait, τὸ βασίλειον ἀρχαῖον) in bel-

licæ cuiuſdam Deæ, quæ Palladi conferri & adſimilari poterat, phano, Reges veſte ſua poſita, eam qua Cyrus cum priuatus adhuc eſſet vti conſueuerat, induerent: dein offam, ſeu maſſam, ficuum comederent: Terebinthi etiam aliquid erodendo abſumerent: ad extremum, oxygalæ ſeu acidi lactis, poculum haurirent. Nec vero, vt Cicero lib. I. de Diuinat. tradit, quiſquam Rex Perſarum eſſe poterat qui nõ ante Magorum diſciplinam ſcientiamque percepiſſet. Id quod confirmat Philo Iudæus in lib. de ſpecialib. legib. his verbis: ἀλλ' οὐδένα φασὶν ἐπὶ βασιλείᾳ παραληφθῆναι δύνασθαι, παρ' αὐτοῖς, (de Perſis loquitur) εἰ μὴ πρότερον τοῦ Μάγων γένους κεκοινωνηκὼς τυγχάνοι.

Eorum autem qui ad regium culmen euehebantur, capiti Cidarim, Diademaque imponi conſueuiſſe, ex eo colligo quod Cteſias in Perſicis, Ochi inuiti & reluctantis caput à proceribus regni Perſici, Diademate vinctum fuiſſe refert, inquiẽs. Καὶ ἐπιτίθετο αὐτῷ τὴν κίταριν, ὥστε ἔχοντι. Idipſum & Plutarchus in Apophtheg oſtendit, his verbis, ἀποδειχθέντος δὲ τοῦ Ξέρξου βασιλέως, ὁ μὲν Ἀριαμένης εὐθὺς προσεκύνησε καὶ τὸ Διάδημα περιέθηκεν. Omnamus etiam apud Ioſephum lib. XX. Antiquit. Iud. cap. II. Artabanum in Parthorum regnum reſtituens περιτίθησιν αὐτοῦ τῇ κεφαλῇ τὸ Διάδημα ἀφελὼν τῆς ἑαυτοῦ. Ad Surenam vero gentilitio iure pertinuiſſe, Regum capiti Diadema imponere, Plutarch. in Craſſo docet. De Surena namque loquens, ait, κατὰ γένος μὲν οὖν ἐξ ἀρχῆς ἐκέκτητο, βασιλεῖ γενομένῳ Πάρθων, ἐπιτιθέναι τὸ διάδημα πρῶτος. Atque ita Surenam patrio more Tirydatem inſigni Regio vinxiſſe, Tacit. lib. V. narrat. Ibidemque delectum capiendo Diademati diẽ concelebraſſe: eaque ſolemnia regni dicit. Surenam autem, Magiſtratum fuiſſe apud Perſas Zoſimus lib. III. ſcribit, & quidem, vt Ammianus Marcel. lib. XXX. tradit, *poteſtatis ſecũdæ poſt Regem.* Plane Parthorum Regem Artabanum duplici Diademate caput vinxiſſe Herodian. lib. VI. narrat.

Nouos autem Reges in Regia Sella locari conſueuiſſe, indicio eſt quod de Ariamene Plutarch. in lib. περὶ φιλαδελφ. narrat. Nam cum Artabanus regnum Perſarum Xerxi ſentẽtia ſua adiudicaſſet, Ariamenes confeſtim exiliens, fratrem adorauit, καὶ λαμβανόμενος, vt Plutarch. loquitur, τῆς δεξιᾶς.

εἰς τὸν θρόνον ἐκάθισε τὸν βασίλειον Artaxerxes quoque, vt Eſtheræ cap. I. legimus. ἐνεθρονίαθη ἐν Σούσοις.

Porro in more poſitum fuiſſe vt ad imperium accedentes Reges nomina mutarent, Cteſias notat & ita poſt mortem Ochi Regis Codomanum in memoriam priſtinæ virtutis Regem à populo conſtitutum. Darii nomine, ne quid Regię maieſtati deeſſet, honoratum, Iuſtin lib. 10. ſcribit.

Iam vero Deorum honoribus Perſarum Reges a ſuis coli ſolitos, teſtis eſt apud Curtium lib VIII. Cleo Siculus, qui nõ ingenii ſolum, ſed etiam nationis vitio adulator, cum Macedonibu s auctor eſſet, vt Alexandrum tamquam præſentem Deum venerarentur, hac aſſentatiuncula Regis ſui gratiã aucupatur. *Perſas quidem, non pie ſolum, ſed etiam prudenter. Reges ſuos, inter Deos colere.* MAIESTATEM ENIM IMPERII, SALVTIS ESSE TVTELAM. Artabanum etiã Darii Prætorem, Plutarch. in Themiſtocle, ita loquentem inducit Ἡμῖν δὲ πολλῶν νόμων καὶ καλῶν ὄντων, κάλλιστος οὗτός ἐστι, τιμᾶν βασιλέα, καὶ προσκυνεῖν, εἰκόνα θεοῦ τοῦ τὰ πάντα σώζοντος Cui hac in parte conſentiens Menander, principem eſſe εἰκόνα ἔμψυχον θεοῦ dicebat Plinius quoque Panegyrico: *Principem dat Deus, qui erga omne hominum genus vice ſua fungatur.* Quod cum illi Euangelicæ lucis expertes pronuntiabant, quis tum diuino eos numine & ſpiritu afflatos neget? Nec enim alia Chriſtianorum de Principibus ſententia eſt. Teſtis Tertull. lib. ad Scapulam *Colimus* ait, *Imperatorem, ſic, quomodo & nobis licet, & ipſi expedit, vt hominem a Deo ſecundum & quicquid eſt, a Deo conſecutum, & ſolo Deo minorem.* Hac autem de cauſa Xenophon in Oratione de Ageſilao, Perſas notat. tãquam ἀξιοῦντας καὶ τὰς τῶν θεῶν τιμὰς καρποῦσθαι.

Ac plane eos qui ad Perſarum Reges adibant, non modo capita flectere, & ſummittere, ſed & procũbentes humi, corpora proſternere conſueuiſſe, ex compluribus Q. Curtii locis licet intelligere. Sic enim lib. VIII. *Itaque more Perſarum, Macedonas* VENERABVNDOS, *ipſum* SALVTARE, PROSTERNENTES HVMI CORPORA. Rurſuſque eodẽ libro: *Quod ſi*, ait Cleo, *ceteri dubitent, ſemetipſum; cum Rex iniſſet conuiuium*, PROSTRATVRVM HVMI CORPVS. Idem lib. V. de coniuratis. inita aduerſus Darium conſilia, obſequii

ſequii ſolii ſimulatione, tegentibus, PROCVMBENTES, ait, HVMI. *Quem paulo poſt in vinculis habituri erant, ſuſtinuere* VENERARI. Et hoc eſt, quod idem Curtius lib. iii. matrē & vxorem Darii, Hephæſtionem pro Alexandro, SVO MORE VENERATAS eſſe ſcribit. Idipſum ſentiens Valerius Max. lib. IIII. ca. VII. de Darii matre hæc ait, *Hephæſtionemq́. more Perſarum*, ADVLATA, *tanquam Alexandrum* SALVTAVIT. Ipſe etiam Alexander apud Curtium lib. v. Siſigābin alloquens, PROCVMBENS, ait, *ſæpe me* VENERARI *voluiſti, inhibui.* Valer. Max. lib. VII. cap. III. de ſex Perſis qui Magorum dominatione oppreſſa, regnum Dario, equi hinnitu victi, addixerunt, *Auditoque eo ſex reliqui ſummæ poteſtatis candidati, continuo equis delapſi (vt eſt mos Perſarum)* HVMI PROSTRATIS CORPORIBVS. *Darium Regem*, SALVTAVERVNT. Ioſeph lib. xx. Antiquit. cap. III. de Rege Parthorū Artabano, qui Tzaatæ occurrit, Πρῶτον μὲν, κατὰ τὸ πάτριον, προσεκύνησεν αὐτόν. Denique Perſicam προσκυνήσιν, *humi iacentium adulationes*, Liuius lib. ix. *Perſicam* vero *ſeruitutem* Seneca, lib. III. de Beneficiis, cap. xii. & lib. iii. de Ira cap. XVII. vocat. Eumque ad ſua vſque tempora in Perſide mãſiſſe ritum, Socrat. lib. VII. hiſtor. Eccleſ. cap. VIII. oſtendit.

Pronos autem Perſas, manibus poſt tergum reductis, Reges ſuos venerari conſueuiſſe, Lucian. in Nauigio, ſeu votis, ſignificare videtur his verbis: Ἀλλὰ τῆς μὲν τιμῆς, ὦ βασιλεῦ, χάριν οἶδά σοι, καὶ ἀποκύψας, ἐς τὸ Περσικὸν, προσκυνῶ σε, περιαγαγὼν εἰς τοὔπισω τὼ χεῖρε, τιμῶν τὴν πάρεργον.

Quamquam fuerit ne hoc προσκυνήσεως, an ἱκετείας σχῆμα, non immerito dubitatur. Supplices quidem certè apud Aſſirios manus poſt tergum connectere conſueuiſſe Ammianus Marcell. lib. XVIII. docet. Is enim de Antonino, qui ad Saporem Perſarū regem transfugerat, verba faciens, *ab Vrſicino* (ait) *agnitus, ſublata Tiara quam capiti ſummo ferebat honoris Inſigne, diſsiluit equo, curuatiſque membris humum vultu pœne contingens ſalutauit: Patronum & dominum appellans: manus poſt tergum conuertens, quod apud Aſſyrios ſupplicis indicat formam* Alium vero in Perſica veneratione manuum geſtum Heliodor. lib. ix. hiſtoriæ Æthiop. prodit. Quo loci Oroondates Hydaſpem Perſico ritu manibus paſſis, & dextra

in læuam conuerſa veneratus dicitur. Ea namqne & vis ac poteſtas horum verborum, τὼ χεῖρε προτείνας, καὶ τὴν δεξιὰν ἐπιθατέρᾳ παραλλάξας κύψας προσκυνῆσαι. Vt vt ſe res habeat, ita procubuiſſe eos vt & mento Regiæ ſolum pæne contingerẽt argumento eſt, quod Alexandrum Perſis ſuo more venerantibus, Polyperchon Macedo vnum ex his mento ſolum contingentem per ludibrium cœpit hortari, vt vehementius id quateret ad terram, quemadmodum Q. Curtius lib. VIII. refert, Vnde Martialis Epigr. XXII. li. X. illas diuinorum honorum blanditias, quas Domitiano rerum potiente, in vſum aſſentatio inuexerat, eo extincto, libertateque populo reſtituta orbe Romano ſummouens, ad Parthos quibus regiæ ſolum oſculari moris erat, ita ablegat,

*Fruſtra blanditiæ, venitis ad me*
*Attritis miſerabiles labellis.*
*Dicturus Dominum, Deumque, non ſum:*
*Iam non eſt locus hac in vrbe vobis:*
*Ad Parthos procul ite pileatos:*
*Et turpes humileſque, ſuppliceſque,*
*Pictorum ſola baſiate regum.*

Et hac ratione, Perſarum reges *Adoratos* veteres aliquot auctores ſcribunt. Iuſtinus lib. VI. *Conon diu Rege per Epiſtolas fruſtra fatigato, ad poſtremum ipſe ad eum pergit: à cuius aſpectu & colloquio prohibitus eſt, quod eum more Perſarum Adorare nollet.* Lamprid. in Alexand. Seuero, *Adorari ſe vetuit, cum iam cœpiſſet Heliogabalus Adorari, Regum more Perſarum.* Trebellius Pollio in Zenobia, *Adorata eſt more Perſarum.* Sulpicius Seuerus lib. II. Sacræ hiſtor. *Erat ea tempeſtate Rege* (de Artaxerxe loquitur) *Haman quidam perfamiliaris, quem æquantum ſibi, Adorari, more Regum, præceperat.* Nam quod Græci προσκυνεῖν, illi *Adorare*: Alii, in quibus ſunt Curtius, & Æmilius Probus *Venerari*, dicunt. Herodotus etiam lib. I. προσπίπτων, προσκυνέει, ait.

Procubuiſſe vtique Adorantes, & in terram procidiſſe, nõ modo Lucretius lib. V. & Ouid lib. I. Metamorph. docent, ſed & Diuus Matthæus, apud quem ca. II. de Magis Chriſtum adorantibus ſcribitur, καὶ πεσόντες προσεκύνησαν αὐτῷ. Apud eundem fallax ille humani generis hoſtis, Chriſtum tentans,

ταῦτα πάντα σοὶ δώσω, ait, ἐὰν πεσὼν προσκυνήσῃς μοι. Quin & Geneſeos cap.xix Καὶ προσεκύνησε τῷ προσώπῳ ἐπὶ τὴν γῆν. & cap.xliii. καὶ προσεκύνησαν αὐτῷ ἐπὶ τὴν γῆν ἐπὶ πρόσωπον. Alijs etiam, vt cap. xix.& xxiiii. Geneſ. legere eſt, προσκυνεῖν ἐπὶ τὴν γῆν. Et Numer. cap.xxii. Καὶ κύψας προσεκύνησε τῷ προσώπῳ αὐτοῦ. Et Exodi cap.xii. καὶ πεσὼν χαμαὶ προσεκύνησε τῷ κυρίῳ. Danielis etiam cap.iii. non ſemel legimus πίπτοντες, vel πεσόντες προσκυνεῖν. Denique Pſal. xciiii. coniunguntur hæc, προσκυνήσωμεν, & προσπέσωμεν.

Tigranem porro, more gentis ſuæ, Pompeium ita veneratum, Plutarchus in Pompeio, & Dio lib.xxxvi. narrant. Illius verba ſunt, hæc, καὶ τέλος, ὡς πρὸς αὐτὸν ἦλθε τὸν Πομπήιον, ἀφελόμενος τὴν κίταριν, ὥρμησε πρὸ τῶν ποδῶν θεῖναι, καὶ καταβαλὼν ἑαυτὸν, αἴσχιστα δὴ πάντων προσπεσεῖν αὐτοῦ τοῖς γόνασιν, Hic vero, Tigranem, diademate poſito, Pompeio miſericordiam commouiſſe refert, ἐς τὴν γῆν πεσόντα, καὶ προσκυνοῦντα. Similique modo Arzina Regem Dauid adoraſſe dicitur: Sic enim lib.ii. Regum, cap.vlt. ſcriptum eſt, καὶ προσεκύνησε τῷ βασιλεῖ ἐπὶ πρόσωπον αὐτοῦ ἐπὶ τὴν γῆν. Sed & Carthaginenſium legatos ritu gentis coram Scipione procubuiſſe, Liuius lib.xxx. refert. Quod idem Polybius in Eclogis περὶ πρεσβειῶν cap.xv. narrans, πεσόντες, ait, ἐπὶ τὴν γῆν ἀγεννῶς τοὺς πόδας κατεφίλουν ἐν τῷ συνεδρίῳ. Idem in iiſdem Eclog. cap. xcvii. de Pruſia rege, καὶ καθεὶς, ait, τὰς χεῖρας ἀμφοτέρας προσεκύνησε τὸν οὐδόν. id eſt, vt Liuius libro xlv. vertit, *Summiſit ſe, & oſculo limen Curiæ contigit.*

Ceterum non cominus modo, ſed & eminus ita Perſarũ Reges colebantur: nec qui eos adibant expectabant du propius accederẽt: verum ex quo in Regum conſpectu erát, proni, demiſſo & cernuo capite, eos ſalutabant. Quod Lucianus indicat in Nigrino, cum ait, Οἱ δὲ σεμνότεροι καὶ προσκυνεῖσθαι περιμένοντες οὐ πόρρωθεν, οὐδ᾽ ὡς Πέρσαις νόμος. Atque huiuſmodi venerationis originem a Cyro imperii illius conditore recte arceſſit Arrian.lib.iiii. de reb.geſt. Alex. λέγεται τὸ πρῶτον προσκυνηθῆναι ἀνθρώπων Κῦρον, καὶ ἐπὶ τῷδε, ἐμμεῖναι Πέρσαις τε καὶ Μήδοις, τὴν ταπεινότητα. Nam Cyro cultum hunc exhibitum, Xenophon lib. viii. Παιδ. Κυρ. narrat.

Nec à ſubditis tantum, & his qui ditioni ſuæ parebant, ita

ſe coli Reges Perſarum inſtituerant: verumetiam, peregrinis quibuslibet, atqueadeo exterarum nationum, liberorum ve populorum Legatis, qui in Regum cōgreſſum colloquiumque venire vellēt, eadem venerationis neceſſitas impoſita erat: nec cum ipſo rege coram agere eis licebat, niſi eum prius ſolito & patrio Perſarum more venerati eſſent. Proinde peregrinos vndecunque aduenientes, & ad Regem perduci poſtulantes, Chiliarchus, Tribunuſue, qui Admiſſionalis officio fungebatur, percontari ſolebat, num in animo haberent Regem venerari, & ne ſibi non prædictum dicerent, denuntiabat, aliter negotia ſua quam per internuntium, confici trāſigique non poſſe: quòd Regis aures non aliis, quā qui eū venerati prius eſſent, paterēt. Ac ſi quidem ſe ad id obſequii paratos eſſe dicerent, ad Regem admittebantur: ſin recuſarent, conſpectu colloquioque Regis prohibiti, ſua aliis mandata edere, & ad Regem perferenda dare cogebantur: atque ita ab eo cui partes haſce Rex mandabat, reſponſum ferebāt. Vnde Artabanum Tribunum hæc ad Themiſtoclem verba facientem Plutarch. in Themiſt. inducit: Εἰ μὲν οὖν ἐπαινῶν τὰ ἡμέτερα, προσκυνήσεις, ἔστι σοι καὶ βασιλέα θεάσασθαι, καὶ προσειπεῖν· εἰ δ' ἄλλο τι φρονεῖς, ἀγγέλοις ἑτέροις χρήσῃ πρὸς αὐτόν· βασιλεῖ γὰρ οὐ πάτριον ἀνδρὸς ἀκροᾶσθαι μὴ προσκυνήσαντος. Iſmeniam etiam Thebanum Tithrauſtes Chiliarchus de hoc ritu ita apud Ælianum I. Var. hiſtor. cap. XXI. præmonet: Νόμος ἐστὶν ἐπιχώριος Πέρσαις τὸν εἰς ὀφθαλμοὺς ἐλθόντα τοῦ βασιλέως, μὴ πρότερον λόγου μεταλαγχάνειν, πρὶν ἢ προσκυνῆσαι αὐτόν. Εἰ τοίνυν αὐτὸς διὰ σαυτοῦ συγγενέσθαι θέλεις αὐτῷ, ὥρα σοι τὰ ἐκ τοῦ νόμου δρᾶν. εἰ δὲ μὴ, τὸ αὐτό σοι τοῦτο, καὶ δι' ἡμῶν ἀνυσθήσεται, καὶ μὴ προσκυνήσαντι.

Itaque Conon Athenienſis, cuius forti & fideli opera Pharnabazus Lydiæ Ioniæque Satrapes vſus erat, cum ad Regem Artaxerxem, vt conſilia de ſumma republica inter, miſſus eſſet, eius congreſſu colloquioque fuit prohibitus, quod eum, more Perſarum, adorare noluiſſet quemadmodum Iuſtinus li. vi. ſcribit. Quod Æmilius Probus in Conone paulo copioſius ita expreſſit: *Poſtquam venit, primum ex more Perſarum, ad Chiliarchum, qui ſecundum imperii gradum tenebat. Tithrauſtem acceſſit, ſeque oſtendit cum Rege colloqui velle Nemo enim ſine hoc admittitur: huic ille inquit, nulla mora eſt: ſed tu deli-*

*bera vtrum malis colloqui, an per litteras edere, quæ cogitas. Neceſſe eſt enim, ſi in conſpectum veneris,* VENERARI *te Regem, quod* προσκυνεῖν *ille vocant: hoc ſi tibi graue eſt, per me nihilo ſecius editis mandatis, conficies, quod ſtudes. Tum Conon Mihi vero, inquit, non eſt graue quemuis honorem habere Regi: ſed vereor ne ciuitati meæ ſit opprobrio, ſi, cum ex ea ciuitate ſim profectus, quæ cæteris gentibus imperare conſueuerit, potius Barbarorum, quam illius, more fungar. Itaque quæ volebat, huic ſcripta tradidit.* Græcis enim in libera Repub. ortis ac procreatis turpis & indecora huiuſmodi veneratio ſemper viſa eſt. Vnde Ariſtoteles lib. I. Rhetoric. ad Theodect. honorum genera recenſens, inter τὰ βαρβαρικὰ ponit προσκυνήσεις καὶ ἐκστάσεις.

Eoque nomine Iſocrates in Panegyrico, Perſas tanquam fracti & abiecti animi viros, qui Diis debitos honores mortali Regi tribuerent, ſic inſectatur: ἐξεταζόμενοι δ᾽ πρὸς αὐτοῖς τοῖς βασιλείοις, καὶ προκυλινδούμενοι, καὶ πάντα τρόπον φρονεῖν μελετῶντες, θνητὸν μὲν ἄνδρα προσκυνοῦντες, καὶ δαίμονα προσαγορεύοντες, τῶν δὲ θεῶν μᾶλλον ἢ τῶν ἀνθρώπων καταφρονοῦντες. Quāobrem Sperchies & Bulis Spartiatæ, Xerxiā ciuibus ſuis, ob violatos, contra ius gentium, Darii caduceatores dediti, Xerxem, ſtatim atque Suſis in eius conſpectum prodierunt, à ſtipatoribus Regiis, adorare iuſſi, conſtanter abnuerūt: ac tametſi detrectantiū capita deorſum in terram vi impellerētur, flecti nihilominus animis non potuere, vt Regē venerarentur: quod dicerent à moribus & inſtitutis patriæ alienum eſſe, mortalem quemquam adorare, nec ſe eius rei gratia illuc veniſſe. Id quod Herodotus lib. VII. memorat his verbis, Ὡς ἀνέβησαν ἐς Σοῦσα, καὶ βασιλέϊ ἐς ὄψιν ἦλθον, πρῶτα μὲν, τῶν δορυφόρων κελευόντων, καὶ ἀνάγκην σφισὶ προσφερόντων προσκυνέειν βασιλῆα προσπίπτοντας, οὐκ ἔφασαν, ὠθεόμενοι ὑπ᾽ αὐτῶν ἐπὶ κεφαλὴν, ποιήσειν ταῦτα οὐδαμά. οὔτε γὰρ σφισὶ ἐν νόμῳ εἶναι ἄνθρωπον προσκυνέειν, οὔτε κατὰ ταῦτα ἥκειν. Leonnatum quoque, cū Perſico ritu adorari Alexādrum a Perſa quodam conſpexiſſet, ἐπιγελάσαι τοῦ σχήματος τοῦ Περσοῦ, ὡς ταπεινοῦ, Arrian⁹ lib. IIII. memorat. Quinetiam Athenienſes Timagoram inter officiū ſalutationis Dariū Regē, more gentis illius, adulatum, capitali ſupplicio affecerunt: vnius ciuis humilibus blanditiis, toti⁹ vrbis ſuæ decus Perſicæ dominationi ſummiſſum grauiter fe-

rentes, vt Valer. Maxim.lib.VI. cap. III.memorat. Quod & Plutarch.in Artaxerxe & in Pelopida perſtrinxit: & Athenæus lib.VI. apud quem tamē in Timagoræ locum, Euagoras perperam irrepſit. Timagoram autem, huius venerationis obſequio, in maxima apud Regem gratia fuiſſe, idem Athenæus lib. II ſcribit. Nec minus quam Græci, hāc Iudæi venerationem auerſati ſunt. Mardochæus enim διὰ τὴν σοφίαν, καὶ τὸν οἴκοθεν αὐτοῦ νόμον, Amanē adorare, licet Regis Artaxerxis iuſſu, eo honore à reliquis Perſis coleretur, præfracte recuſauit, nec, vt Ioſeph.lib.XI. Antiq.cap VI. ſcribit, ἣν θεῷ τιμὴν παρεῖχεν, ταύτην ἐκείνῳ παρασχεῖν ὑπέμεινεν. Que res ſtomachum Amāni itamouit, vt inde excidium toti Iudæorum genti minatus, molituſque ſit: quam ille, ira incenſus, ad internecionem deleuiſſet, ni Dei Opt.Max.bonitas eius nefarios conatus cōpreſſiſſet. Similiter Theagenem non ſuſtinuiſſe, τὴν κεφαλὴν κύψαι εἰς τὸ προσκυνεῖν Heliodor. lib.VII. hiſtor. Æthiopicæ narrat.

At Themiſtocles, ciuium ſuorum inuidia, patria pulſus, vt Xerxis colloquio frueretur, hoc eū obſequii genere ſibi demereri non recuſauit, quemadmodum Plutarchus in eius vita auctor eſt. Timagoram quoque Cretenſem, ſeu Enthymū Gortynium, Artaxerxem patrio Perſarū more, veneratū eſſe Athenæus lib. II. refert.

Contra, Pelopidas, poſt Leuctricam victoriam, à ciuibus ſuis Legatus ad Artaxerxem miſſus, adduci nunquam potuit vt huic iugo collum ſubderet. Iſmenias vero qui eamdem cū eo Legationem obibat, rationem inueniſſe fertur, qua poſſet aliud agēs, aliud ſimulans, fucum Perſarum oculis facere, ſpecieque tenus, ſalua libertate, Regem adorare. Vtriuſq; propoſitum Plutarchus in Artaxerxe attigit: huius vero dolum bonū fuſius Ælianus lib.I. Var.hiſtor. cap. XXI. exponit. Nā cum Regis adeundi & alloquendi facultas nō aliter daretur, quam ſi eum veneraretur, tacitus apud ſe viam iniit. qua demiſſo hoc & humili ſalutationis munere ficte & ſimulate defungens, eos ludificaretur. Statim enim atque in Regis cōſpectum venit, anulum ſenſim digito detractum, clam & nemine animaduertente, ad pedes abiecit, quem mox iacētem ſuſtulit: eoque corporis geſtu, quaſi venerabūdus procubuiſſet, vi-

uus eſt patrio Perſarum mori inſtitutoque paruiſſe: tũ re vera nihil ſe indignum, aut præter ciuium morem, admiſiſſet. A Medis autem tranſiſſe τὴν περὶ τοὺς βασιλέας θεραπείαν, καὶ κόσμον, καὶ σέβασμα θεοπρεπῆ παρὰ τῶν ἀρχομένων, Strabo li. x. ſcribit.

Enimuero poſt Darium victum Alexander (quemadmodum Q. Curtius lib. vi. & Iuſtin. lib. xii. narrant) patrios mores, diſciplinamque Macedonum Regum ſalubriter tẽperatam, & ciuilem habitum, velut leuiora magnitudine ſua ducens, Perſicæ Regiæ, par deorũ potentiæ, faſtigium, æmulari cœpit: Macedonaſque tot gentium victores paulatim ſeruilibus miniſteriis imbuere & captiuis pares facere, expetiit. Quę luxu & peregrinis infecta moribus cum veteres Philippi milites palã auerſati eſſent, incepto deſiſtere coactus eſt. Interiecto deinde aliquo tempore, præparatis omnibus ad bellum Indicum neceſſariis, quomodo cæleſtes honores vſurparet, iterum mente agitauit. Itaque, vt idem Curtius lib. viii. & Iuſtin. lib. xii. memorant, non *ſalutari* ſe, ſed *adorari* iuſſit, & Perſico Regiæ ſuperbiæ more, Macedonas iacere venerabũdos humiq; corpora proſternere, voluit. *Nec defuit*, ait Curti⁹ *talia concupiſcenti, pernicioſa adulatio, perpetuum Regum malum, quorum opes aſſentatio ſæpius quam hoſtis euertit. Non tamen Macedonum hæc fuit culpa (nemo enim illorum quidquam ex patrio more mutare ſuſtinuit) ſed Græcorum, qui profeſſionem honeſtarum artium malis corruperant moribus.* Qua de cauſa Harmolaus Macedo vnus ex coniuratis qui Alexandri occidendi conſilium inierant, hæc ei apud eundem Curtium in eos exprobrat: *Perſarum te veſtis, & diſciplina delectat: patrios mores exoſus es. Perſarum ergo, non Macedonum Regem occidere voluimus, & te transfugam belli iure perſequimur. Tu Macedonas voluiſti genua tibi ponere venerarique te vt Deum. Tu Philippum patrem auerſaris, & ſi quis Deorum ante Iouem haberetur, faſtidires etiam Iouem. Miraris, ſi liberi homines ſuperbiam tuam ferre non poſſumus?*

Præ ceteris vero, Calliſthenes philoſophus, ab Alexãdro quocum Ariſtoteli operam dederat, ad prodendi memorię acta eius accitus, προσκύνησιν ἰσχυρῶς ἀπωσάμενος καὶ φιλοσόφως ἀποτρέψας, laudatur a Plutarcho in Alexandro. Qua de re ver-

ba ab eo grauiter libereque facta Arrian.lib.de rebus geſt. Alexandri, & Curt.lib. VIII. commemorant. Quæ velut cygnea tanti viri cantio fuit. Nã dũ Alexandrum Perſica Macedonum ſalutatione gaudentem obiurgaret, & ad maiorum mores inuitũ reuocare perſeueraret, in eius odium incurrit: ac tandem, veluti cõiurationis aduerſus eum factæ particeps, miſere tortus trucidatuſque interiit: vt, præter ſuperiores auctores, Valerius Maxim. lib. VII. cap. II. & Diogen. Laert. in Ariſtot. ſcribunt. Retentus tamen eſt Macedonibus mos ſalutandi Regis, exploſa adoratione, Calliſtheniſque *cædem, etra pœnitentia conſecuta*, quemadmodum Iuſtinus lib. XV. ait.

Verum, vt ad inſtitutum de honoribus, qui Perſarum Regibus habebantur, ſermonem, a quo Alexandri cauſa digreſſi ſumus, reuertamur, Apollonii ætate, Babylonem ingredientibus, auream Regis imaginem propoſitam fuiſſe, quã niſi adorarent, aditu & ingreſſu vrbis prohibebantur, Philoſtrat. lib I. de vita Apoll. ſcribit his verbis: Ἀφικομένῳ δὲ αὐτῷ ἐς Βαβυλῶνα, ὁ σατράπης, ὁ ἐπὶ τῶν μεγάλων πυλῶν, μαθὼν ὅτι ὑπὲρ ἱστορίας ἥκοι, ὀρέγει χρυσῆν εἰκόνα τοῦ βασιλέως· ἣν εἰ μὴ προσεκύνησέ τις, οὐ θεμιτὸν ἦν ἐσφοιτᾶν εἴσω. πρεσβεύοντι μὲν οὖν παρὰ τοῦ Ῥωμαίων ἄρχοντος οὐδεμία ἀνάγκη τούτων. παρὰ βαρβάρων δὲ ἥκοντι ἢ ἀφιστοροῦντι τὴν χώραν, εἰ μὴ τὴν εἰκόνα προσεκύνησεν, ἄτιμον διειλῆφθαι.

Enimuero qui reges ſalutabant, ſempiternam illis vitam, & æternum imperiũ precari ſolebant. Ita Neæmeas Artaxerxem alloquens lib. I. Neęmię cap. II. ὁ Βασιλεὺς, ait, εἰς τὸν αἰῶνα ζήτω. Sinętas etiam apud Ælian. lib. I. Var. hiſtor. cap. XXXII. Artaxerxem Mnemonem compellans, inquit, ὦ βασιλεῦ Ἀρταξέρξη, δι᾽ αἰῶνος βασιλεύοις. Satrapę quoque in Darii conſpectum venientes, ita cum cap. VI. Danielis ſalutant, Δάειε βασιλεῦ εἰς τοὺς αἰῶνας ζῆθι. Similiterque Chaldei ad Nabuchodonoſorem perducti, his cum vocibus affantur Danielis cap. II. βασιλεῦ εἰς τοὺς αἰῶνας ζῆθι.

Sciendum eſt etiam eos qui in Regum oculos incurrebant manicis manus inſeruiſſe. Cuius obſeruationis auctorem habeo Xenophõtem, qui lib. II. ἑλληνικῶν Cyrum minorem, Regios honores appetentem, non alia de cauſa Antoſacẽ & Mitręum interfeciſſe narrat, quã quod, ei obuii facti, manus intra

tra manicam non cōtraxiſſent: quæ reuerentia ſolis Regibus exhibebatur, vt ibidem ſubdit, in hæc verba: ὅτι αὐτῷ ἀπαντῶντες, ὑπδιέσωσαν διὰ τῆς κόρης τὰς χεῖρας, ὃ ποιοῦσι βασιλεῖ μόνῳ. ἡ δὲ κόρη ἐστὶ μακρότερον ἢ χειρὶς, ἐν ᾗ τὴν χεῖρα ἔχων, οὐδὲν ἂν δύναιτο ποιῆσαι. Hunc ritum idem Xenophon paulo obſcurius perſtringit lib VIII. παιδ. Κυρ. his verbis, Καὶ οἱ ἱππεῖς δὲ πάντες παρῆσαν καταβεβηκότες ἀπὸ τῶν ἵππων, καὶ διηρκότες τὰς χεῖρας διὰ τῶν κανδύων, ὥσπερ καὶ νῦν ἔτι διείρουσιν ὅταν ὁρᾷ βασιλεύς. A quorum verborum mente & ſententia longe aberrauit Latinus, alioquin fidus interpres: hoc enim ſenſit Xenophon amiculis manus inſeruiſſe eos, in quos Rex oculos coniiciebat. Non abs re ergo eſt, quod inter alia Cyri proceſſus ſolemnia, eum manibus extra manicas exertis in publicum prodiiſſe, idem Græcus auctor eodem lib. ita narrat: τὰς δὲ χεῖρας ἔξω τῶν χειρίδων εἶχε. Cuiuſmodi χειρίδας, ſuperiore loco κόρας, haud ſcio an Perſica lingua, idem nuncupauerat.

Reges autem, vt venerabiliores eſſent, à vulgi conſuetudine remotos eſſe debere, Perſæ cenſebant. Itaque Perſarum Rex perraro ſui copiam populo faciebat: & , vt Xenophon in Ageſilai laudatione ſcribit, τῷ σπανίως ὁρᾶσθαι καὶ δυσπρόσοδος εἶναι, ἐσεμνύνετο. Iuſtin. lib. I. *Apud Perſas perſona Regis ſub ſpecie maieſtatis occulitur.* Quod & Ariſtotel. in libr. de Mūdo, ſignificat cum ait, Αὐτὸ μὲν γάρ, ὡς λόγος, ἵδρυτο ἐν Σούσοις ἢ Ἐκβατάνοις, παντὶ ἀόρατος, id eſt vt Apuleius vertit, *nulli temere notitiam oris ſui pandens.* Similiterque à Deioce, quem ſibi Medi Regem conſtituerant, inſtitutum, ὁρᾶσθαι βασιλέα ὑπὸ μηδενός, Herodot. lib. I. tradit. Quod ea præcipue de cauſa placuiſſe ſcribit vt ne aſſiduo conſpectu, Regis perſona vileſceret Quod non omnino Valer. Max. improbare videtur, qui non quidem cōſpectu. verum *humili & trita conſuetudine, quo ſit venerabilius, vacuū eſſe oportere* cenſet *quicquid in excelſo faſtigio poſitum eſt.* Eaque media ſententia Paulo noſtro non diſplicet, qui in vlteriorē familiaritatem prouinciales admittēdos negat, propterea quod *ex æquali conuerſatione contemptus naſcatur.* Atque mos hic occaſionem Comaridi Mago præbuit, vt pro Mergide (cui regnum poſt Cambyſis fratris mortem debebatur) Oropaſtem fratrem ſuum, ei oris & corporis lineamentis perſimilem ſubiiceret, cum neque dolum ſubeſſe arbitraretur qui-

ſquā: neq; vt maxime ſuſpicaretur, detegere poſſet, propterea quod Regiæ ſe parietibus Rex luxu & mollitie diffluens, contineret. Enimuero Statiram Artaxerxis coniugem, quod aperta lectica & velo patente circumferretur, facileſque ad eum aditus quilibet e populo haberet, magnam a Perſis gratiā iniiſſe, Plutarchus in Artaxerxe teſtatur his verbis: Ἐν τοῖς μάλιϛα κεχαρισμένην ὄψιν παρεῖχε τοῖς Πέρσαις, ἡ τῆς γυναικὸς Στατείρας ἁρμάμαξα, γυμνὴ τῶν παραπετασμάτων ἀεὶ περιφερομένη, καὶ διδοῦσα ταῖς δημότισιν ἀσπάσασθαι αὐτὴν καὶ προσελθεῖν. Quin & ipſe Artaxerxes, vt idem Plutarchus in Apophthegmat. ſcribit, Οὐ μόνον τοῖς ἐντυγχάνουσιν ἑαυτὸν ἀνέδην παρεῖχεν, ἀλλὰ καὶ τὴν γυναῖκα τὴν γνησίαν ἐκέλευσε τῆς ἁρμαμάξης τὰς αὐλαίας περιελεῖν, ὅπως οἱ δεόμενοι κατὰ τὴν ὁδὸν ἐντυγχάνωσιν.

Sed nec abſque Regis iuſſu, Regiam ingredi licebat: & qui Regis adeundi fieri copiam poſtulabat, is pro foribus Regiæ ſtans, per Internuntium aduentum ſuum Regi ſignificare neceſſe habebat, vel deſideria ſua ad Regem perferenda ei mandare. Pleraque autem omnia per Internuntios cum Regibus, ex Deioceis, vt Herodotus lib. I. tradit, inſtituto, trāſigebantur. Cuius rei exemplum ſuppeditat idem Herodotus lib. III. de Syloſonte loquens in hunc modum: Ἀναβὰς δὲ ἐς τὰ Σοῦσα ἵζετο ἐς τὰ πρόθυρα τῶν βασιλέως οἰκίων. καὶ ἔφη Δαρείου εὐεργέτης εἶναι. Ἀγγέλλει ταῦτα ἀκούσας ὁ πυλουρὸς τῷ βασιλεῖ. Eoque forte reſpexit Plautus in Milite glorioſo, Actus IV. Sc. I. cum ait,

*Permirum e caſtor prædicas*

*Te adiiſſe, atque exoraſſe, per epiſtolam aut per nuntium.*

*Quaſi Regem adiri eum aiunt*. Similiterque poſteriorum Imperatorum temporibus, per Admiſſionum magiſtrum accitos eos qui Reges conueniebant, ex Ammian. Marcell. lib. XIV. apparet. Proinde ſingulari iure, præmiique loco inter ſeptem Magorum percuſſores conueniſſe, vt vnicuique eorum ἄνευ εἰσαγγελέως Regiam ingredi liceret, extra quam ſi cum vxore Rex iaceret, Herodot. lib. VIII. narrat. Quo pacto conuento cum Intaphernes, vnus ex ſeptem, non ſtetiſſet, manuſque Ianitori & ei qui a reſponſis erat, eum aditu, hoc nomine arcentibus, quod liberis operam dare Re-

gem dicerent, attuliſſet, de cõſilii ſententia, à Dario damnatus, capite pœnas luit. Legem etiam tuliſſe. Artaxerxem ne quis cuiuſlibet ſexus in atrium interius Regiæ, non vocatus ingrederetur: Si quis aliter, ſeu aduerſus ea feciſſet, protinus ad ſupplicium raperetur, niſi virgam auream Rex porrexiſſet, ex ſacra Eſtheris hiſtoria intelligimus. Huius enim legis ſanctè religioſeque obſeruatæ metu, liberam ſibi Artaxerxis Regis viri ſui adeundi facultatem minime dari, Eſther Mardochæo renuntiari iuſſit his verbis: Ἔθνη πάντα τῆς βασιλείας γινώσκει, ὅτι πᾶς ἄνθρωπος ἢ γυνὴ, ὃς εἰσελεύσεται πρὸς τὸν βασιλέα εἰς τὴν αὐλὴν τὴν ἐσωτέραν ἄκλητος, οὐκ ἔστιν αὐτῷ σωτηρία, πλὴν ᾧ ἐὰν ἐκτείνῃ ὁ βασιλεὺς τὴν χρυσῆν ῥάβδον, αὐτὸ σωθήσεται. Paulo aliter Ioſephus lib. XI. Antiquitat. capite VI. capitis pœna ſanxiſſe Artaxerxem, ne quis cum in ſolio ſedentem minime vocatus adiret, ita ſcribit, Ἔθηκε δὲ καὶ νόμον ὁ βασιλεὺς, ὥστε μηδένα τῶν ἰδίων αὐτῷ προσιέναι μὴ κληθέντα, ὁπηνίκα ἐπὶ τοῦ θρόνου καθέζοιτο. περιειστήκεσαν δὲ τὸν θρόνον αὐτοῦ πελέκεις ἔχοντες ἄνθρωποι, πρὸς τὸ κολάζειν τοὺς προσιόντας ἀκλήτους τῷ θρόνῳ. καθῆστο μέντοι, λύγον χρυσέαν ἔχων αὐτὸς ὁ βασιλεὺς, ἣν, ὅταν τινὰ σώζειν ἤθελε τῶν ἀκλήτως προσιόντων ἐξέτεινε πρὸς αὐτόν. ὁ δὲ ἁψάμενος αὐτῆς, ἀκίνδυνος ἦν. Et mox Eſtherem ita loquentem inducit: Καὶ ὁ εἰσερχόμενος πρὸς αὐτὸν ἄκλητος ἀποθνήσκει, πλὴν εἰ μή τινα σώζειν βουλόμενος προτείνειε τὴν χρυσῆν ῥάβδον· ᾧ γὰρ ἂν τοῦτο ποιήσειεν ὁ βασιλεὺς ἀκλήτῳ πρὸς αὐτὸν εἰσελθόντι, οὗτος οὐκ ἀποθνήσκει μόνος, ἀλλὰ συγγνώμης τυχὼν σώζεται. Quibus conſentanea Zonaras quoque refert Tomo I. & quam Ioſephus ῥάβδον, ille λύγον quos hic, πελέκεις ἔχοντας ἀνθρώπους, πελεκυφόρους vocat. Eſther autem cultu vultuq; quammaxime ad mœrorem comparato, cubiculum Regis eo inſcio ingreſſa cum in hãc legem commiſiſſet, ad Regis pedes prouoluta, veniam deprecata eſt. At ille protinus ſella exiliens, manu ſupplicem alleuauit, amplexuſque, bono animo eſſe iuſſit: ac demum virga aurea capiti impoſita, omni eã metu liberauit. At Sulpicius Seuer. lib. II. ſcr. hiſtor. ideo Eſtheri adeundi Regẽ poteſtatem non fuiſſe, ait, quod, *more Perſarum, Reginæ introire ad Regem, niſi accerſitæ non licebat: nec tamen cum erat Regi libitum ſed ſtatuto tempore admittebatur: & forte tum ita eueniſſe, ut die-*

*bus triginta proximis ſeparata a conſpectu* Regis *Eſther haberetur.*

Regum certe limina optimates omnes & proceres Perſa-
rum terebant, quemadmodum Xenophon lib. VIII. παιδ. do-
cet, narrans, Chryſanta auctore, Perſas æquum cenſuiſſe τοὺς
ἐντίμους ἀεὶ παρεῖναι ἐπὶ θύρας, καὶ παρέχειν αὑτοὺς χρῆσθαι ὅτι βού-
λοιντο, ἕως ἂν ἀφίῃ Κῦρος. Itaq; vt pudor apud eos plus valeret
quã timor, omnemq; illi turpitudinem verborũ & rerum ob-
ſcœnitatẽ vitare, riſum comitẽ leuitatis aut ineptiæ tenere, e-
xultantem lætitia comprimere, itemq; animo & orationi mo-
derari, nec inſolẽter ſe efferre, vel ſolo loci, in quo verſabãtur
aſpectu diſcerẽt, purpuratos omnes, nedũ corporis cuſtodes,
ἐπὶ ταῖς θύραις διάγειν, Cyrus conſtituit. Ita Orœten nobilẽ
Perſam, ἐπὶ τῶν βασιλέως θυρέων καθήμενον proponit Herodot.
li. III. vt & Amanẽ, qui proximũ à Rege tenebat locũ, περὶ τῆς
αὐλῆς ſtãtẽ. Ioſeph° lib. XI. Antiquit. cap. VI. Inde Pretores, ma-
gnates & aulicos omnes, generali, τῶν ἐπὶ θύραις βασιλέως, no-
mine appellari inuenio. Plutarch. in Themiſt. Λεγόντων ὅτι
γυναῖκα ἐλληνικὴν ἄγουσιν ἀπ' Ἰωνίας, πρός τινα τῶν ἐπὶ θύραις βα-
σιλέως. Et paulo poſt: ἐξ ὧν ἑώρα τοὺς ἐπὶ θύραις, ὡς ἀνεπύθοντο
τοὔνομα παρόντος αὐτοῦ. Idem in Pelopida, ἔπειτα τοῖς ἐπὶ θύραις
σατράπαις καὶ στρατηγοῖς, καὶ ἡγεμόσιν ὀφθεὶς, θαῦμα καὶ λόγον πα-
ρέσχεν. Athenæus lib. VI. de Nicoſtrato Argiuo: Ἀκούων μὲν τοῦτο
ποιεῖν καὶ τῶν Περσῶν τοὺς περὶ τὰς θύρας διατρίβοντας. Ac nec ſta-
tionem hãc deſerere cuiquam licebat, propterea quod appa-
rere & præſto eſſe oportebat eos quorum operam obſequiũ-
que Rex requirebat. Nam & ἐπιζητεῖν ſolitum Regem, ἵνα τις ἀ-
πῇ, οἷς παρεῖναι καθήκει, ex cap. III. Eſter. & Xenophonte libr.
VIII. παιδ. cognoſcim°. Sed & qui Regi deſideria preceſve per-
ferre cupiebant, pro foribus Regiæ ſtantes, expectabant dum
ille ſui copiã eis faceret. Herodot. lib. III. ἐλθόντες εἰς τοὺς Πέρ-
σας αὐτοὶ καὶ γυναῖκες, στάντες κατὰ τὰς θύρας τοῦ βασιλέως, βοῶσι.
Et alias eodem lib. ἡ δὲ γυνὴ τοῦ Ἰνταφέρνεος φοιτέουσα ἐπὶ τὰς θύ-
ρας τοῦ βασιλέως κλαίεσκε ἂν καὶ ὠδύρετο. Mardochæum etiam ad
Regis Artaxerxis ianuam moratum, Eſtheris hiſtoria narrat.

Hoc amplius apud Perſas capitale fuiſſe, Regis ſellæ, quã
Diodor. Sicul. lib. XVII. βασιλικὸν θρόνον vocat, inſidere, Valer.
Maxim. lib. V. cap. XVI. & Q. Curtius lib. VIII. & Frõtin li.
IV Stratagen. cap. VI. tradũt. In eãque rem non minus lepi-

dum Alexandri dictum, quam humanum factum commemorant. Nam cum regione, quæ Gabaza appellabatur, Macedo quidam gregarius miles, frigore pæne exanimatus, in caſtra vix tandem perueniſſet, eo viſo, Alexander, quamquam ipſe tũc, admoto igne refoueret artus, ex ſella ſua exſiliit, torpentemq; militem, & vix mentis compotem, demptis armis in ſua ſede iuſſit conſidere: Ille diu, nec vbi requieſceret, nec a quo eſſet exceptus, agnouit: tandem recepto calore vitali, vt regiam ſedem regemq; vidit, territus ſurrexit: quem intuens Alexander, his eum Curtii verbis affatus fertur: *Ecquid intelligit,* MILES *quanto meliore ſorte, quam Perſæ, ſub rege viuatis: illis enim, in ſella Regis cõſediſſe capitale foret: tibi ſaluti fuit.* Proinde cum Xerxes Artabanum patruum regali ornatu in ſolio ſedere iuſſiſſet, vt experiretur, num ei in ſomnis, idem ſpectrum quod ſibi ad bellum Græcis inferendum ſtimulos admouebat, obuerſaretur, valde reluctatus eſt Artabanus, οὐκ ἀξιεύμενος, vt Herodot. lib. VII. loquitur, ἐς τὸν βασιλήιον θρόνον ἵζεσθαι. Vrgente tamẽ Rege imperata facere coactus eſt. Huc pertinet quod Arrian. lib. VI. triſtia omnia & ſigna quæ Alexãdri obitum præceſſerunt commemorans, narrat. Nam cũ Alexander milites recens conſcriptos, in Macedonicos ordines diuidens, è ſella regia, ſiti affectus, ſurgens, paulũ inde cõceſſiſſet: interim obſcurus quidam homo per medios Eunuchos Regiæ ſellę circumfuſos, in eam ſeſſum ſe contulit: vnde illum pellere & deiicere, lege Perſarum vetante, non auſus eſt quiſquam: quod ſiniſtrum aliquid portendere omnes qui aderant cenſuerunt: ac prę dolore ora & pectora vnguib⁹ lacerare cœperunt. Quę paulo aliter Diodor. Sicul. lib. XVII. refert. Regiam autem Parthorum Sellam Traianum cepiſſe, eamque repetenti Parthorum regi Antonium Pium denegaſſe, Capitolinus in eiuſdem Antonini vita ſcribit.

Sed nec veſtem Regiam geſtare cuiquam licuiſſe, indicio eſt, quod Plutarchus in Artaxerxe refert de Tiribazo, qui cũ Artaxerxi candyn eius diſſutum & diſciſſum demonſtrans, eum ſibi dono dari poſtulaſſet, Rex quidem annuit, interdixit tamen, ne geſtaret: At ille contra Regis voluntatem faciẽs candyn induit: cuius illiciti facti, quo Perſę offendebantur, inuidiam inſaniæ excuſatione Rex amolitus eſt.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Præterea, ſi quæ ad Regem pellex duceretur, nefas erat lecticæ opertæ qua geſtabatur, velum, eius inſpiciendæ cauſa, alleuare. Quem morem Diodor. Siculus lib XI. ita expreſſit: Ἔθους γὰρ ὄντος παρὰ τοῖς Πέρσαις τὸν ἄγοντα παλλακὴν τῷ βασιλεῖ, κομίζειν ταύτην ἐπὶ ἀπήνης κεκρυμμένην, καὶ, τῶν ἀπαντώντων μηδένα πολυπραγμονεῖν, μηδὲ κατ' ὄψιν ἀπαντῆσαι τῇ ἀγομένῃ. Idem & Plutarch. in Artaxerxe confirmat, Δύσζηλα γὰρ, inquiens, τὰ βαρβαρικὰ δεινῶς περὶ τὸ ἀκόλαστον, ὥστε μὴ μόνον τὸν προσελθόντα καὶ θιγόντα παλλακῆς βασιλέως, ἀλλὰ καὶ τὸν ἐν πορείᾳ προεξελθόντα καὶ διελάσαντα τὰς ἁμάξας ἐφ' αἷς κομίζονται, θανάτῳ κολάζεσθαι. Eoq; modo Themiſtoclem, ne qua ei à Perſis, quibus inuiſus erat, iniuria oriretur, ſub ſpecie pellicis lecticæ impoſitum ad Artaxerxem tuto deductum, Plutarch. in Themiſtocle & Artaxerxe narrat.

Quinetiam Regibus ſuis tantum Perſæ tribuebant, vt in venatione feram, priuſquam Rex telum miſiſſet, ferire non liceret: cuius obſeruātiæ gratiam primus Artaxerxes Macrochir ſubditis ſuis feciſſe legitur. πρῶτος γὰρ, vt Plutarch. in Apophthegmat. loquitur, προβάλλειν ἐκέλευσε, τῶν συγκυνηγετούντων τοὺς δυναμένους καὶ βουλομένους.

Perſarum plane Reges legibus ſoluti erant: illiſque quod libebat, licebat. Idque ita patriis legibus cautum, Iuris Perſici prudentes Cambyſi conſulenti reſponderunt, apud Herodot. lib. III. Proinde Plutarchus in lib. de trib. generibus rerum public. Πέρσαι μὲν, ait, αὐτοκρατῆ βασιλείαν καὶ ἀνυπεύθυνον ἀπεκληρώσαντο. Atoſſa quoque de Xerxe apud Æſchylum ἐν Πέρσαις, Κακῶς δὲ πράξας, ait, οὐχ ὑπεύθυνος πόλει. Vſque adeo autem libere Perſarum Reges imperabant, vt omnes qui eorum ditioni parebant (quemadmodum Plutarchus περὶ ἀπαιδ. teſtis eſt) pro ſeruis & mancipiis haberent, ſola vxore excepta. Nec aliter ab illis ſubditi, cuiuſcunque conditionis, ordinis, graduſque eſſent, appellabantur. Secundū hunc receptum in illa gente loquendi morē, Artemiſia apud Herodotum lib. VIII. Xerxem ita affatur, Σοὶ δὲ, ὦ ἄριστε ἀνδρῶν πάντων, κακοὶ δοῦλοι εἰσίν. Hinc Barbaros Dario ſubditos, Δαρείου δούλους, Polemon in Oratione funebri Calliſthenis vocat. Inde Ariſtagoram Mileſium, ſeruum vocat Darius in ſua oratione ad Perſas, quam Herodot. lib. VII. re-

ſert: & Pelopem Phrygem, maiorum ſuorũ ſeruum appellat Xerxes, apud eundem Herodotũ eod. lib. Ibidemq; Xerxes Pythium Lydum increpans qui vacationem militiæ vni ex liberis ſuis concedi poſtularat, Ἐὼν, ait, ἐμὸς δοῦλος, τὸν χρῆν πανοικίῃ αὐτῇ γυναικὶ συνέπεσθαι. Gobrias ſeſe Cyro dedens, lib. IIII. παιδ. δίδωμι, ait, σοὶ ἐμαυτὸν δοῦλον καὶ σύμμαχον. Eoque nomine appellari ſe, Prouinciarum præſides & alii quacunque dignitate poteſtateve præditi, ac vel ipſi germani Regum fratres, atque adeo Reguli ſtipendiarii, non grauate patiebãtur. Itaque Cyrus, Artaxerxis fratris ſeru⁹ vocatur in illo Xenophontis lib. I. Ἀναβασ. loco. περὶ δὲ τῶν Κύρου, δούλου ὄντος, οὐδεὶς ἀπῆλθε πρὸς βασιλέα. Et lib. II. arma Cyri, ſuo quaſi iure, repetiiſſe Regem narrat, ἐπείπερ Κύρου ἦσαν τοῦ ἐκείνου δούλου. Sed & Ariſtotel. lib de Mundo, στρατηγοὺς, καὶ Σατράπας, Δούλους τοῦ μεγάλου βασιλέως appellat. Hinc & Dariũ ἐκ δούλου καὶ ἀστάνδου, ad Regium dominatum prouectum, Plutarchus lib. I. de fortit. Alexand. ſcribit. Idem Darius apud Curtiũ lib. V. Nabarzanis dicto offenſus, eum. *peſsimum Mancipium*, vocat. Apud Athenæum quoque lib XII. Annarus Babyloniæ Præſes Regis ſeruus appellatur. Eaque de cauſa Arcarii, & Scribę, nec non ipſimet Prouinciarum Rectores, in ſuis ad Artaxerxem literis, quæ lib. I. Eſdræ cap. IIII. V. & VI. referũtur, ſeſe συνδούλους inſcribunt. Sed & Darius, apud Ioſeph. lib. XI. Antiquit ca. IIII Magiſtris equitũ Samaritanæ Prouinciæ reſcribit in hæc verba: Βασιλεὺς Δαρεῖος Ταγγανᾷ καὶ Σαμβαβᾷ τοῖς ὑπάρχοις τῶν Σαμαρειτῶν καὶ τοῖς λοιποῖς συνδούλοις αὐτῶν τοῖς ἐν τῇ Σαμαρείᾳ. Vice mutua, Satrapæ aliique officiales, Dariũ & Artaxerxem Δεσπότας, ſeipſos vero Δούλους vocant, in illis litteris, quæ Eſdrę lib. I. cap. IV. V. & VI. & à Ioſeph. lib. XI. Antiqu. Iud: cap. II. laudantur. Ageſilaus quoq; apud Xenophont li. IV. Ἑλλην. Perſarũ imperio ſubditos, Pharnabazi ὁμοδούλους vocat Proinde apud Herodot. l.. VII. VIII. & IX. Xerxem Regẽ alloquẽtes, Maſiſtes eius frater, Mardonius conſobrinus, nec non Artemiſia Carũ Regina, eũ Δεσπότην nũcupant. Similiterq; Max Tyr. Ser. IV. Mardoniũ δοῦλον οἰκέτην Xerxẽ vero τῶν συμφώνων δεσπότην vocat Eoq; potiſſimũ vitio Perſarũ imperiũ breui corruiſſe, Plato lib. III. de Leg. cẽſet, quod ablata populo penit⁹ libertate, dominationẽ ſupra modũ in-

uexiſſent, amicitiamq; & communitatē Repub. ſuſtuliſſent, Xenophon quoque lib. VI. ἑλληνικ. Perſas δουλεύειν μᾶλλον ἢ ἀλκὴν μεμελετηκότας ſcribit. Ideo & Ageſilaus, vt Plutarch. in Apophthegmat. refert, Aſianos ἐλευθέρους μὲν κακοὺς εἶναι, δούλους δὲ ἀγαθούς dicebat. Vnde Cicero lib. X, Epiſt. ad Attic. graue imperii iugum, *regnum* appellat, *non modo Romano homini, ſed ne Perſæ quidem cuiquam tolerabile.*

Nec patienter modo verumetiam libenter, &, vt Curtius loquitur, OBEDIENTER AC PIE, Perſę imperata faciebant. Et quidquid eis a Regibus oneris ac muneris imponebatur, id lęto atq; alacri animo impigre ac ſine vlla detrectatione ſuſcipiebant. ὁ δὲ ἀπειθῶν, ait Strabo li. XV. ἀποτμηθεὶς κεφαλὴν καὶ βραχίονα ἐρρίπτετο. Quinetiam, vt ex Nicolao Stobæus Ser. XII. tradit, qui verberibus flagriſve Regis iuſſu cædēbatur; gratias ei agebat: prēclare ſecum agi exiſtimans, quod Rex eum in memoria habere ſe, hoc facto teſtatus eſſet. Ita in beneficii loco iniuriam ponebant.

Sed & qui à Rege diſſentiebat, haud impune id auferebat. In more namque poſitum fuiſſe Ælian lib. XII. Var. hiſtor. ca. XII. tradit, vt ſi quis de rebus ſeriis ac dubiis conſiliū Regi daturus accederet, is ſuper aureo latere ſtaret: & quidē, ſi vtilia & honeſta ſuaſiſſe viſus eſſet, pro pręmio, latere donaretur: flagris tamen, ſi Regi contrariam ſententiam dixiſſet, cæderetur. Inſolenter vero & arroganter, Xerxes Græciæ bellum indicturus adhibitis Aſiæ Principibus, *Ne viderer*, inquit, *meo tantummodo vſus conſilio, vos contraxi. Ceterum mementote parendū magis vobis eſſe quam ſuadendum*, quemadmodum Herodot. lib. VII. Valer. Maxim. lib. IX. cap. V. & Iuſtin. lib. II. ſcribunt.

Proferam & ex Herodoti li. VIII. aliud erga Reges ſuos obſeruantiæ argumētum. Nam cum Xerxes naue Phœnicia vectus in Aſiam ſe reciperet, exortaque ingenti tempeſtate, & naue ſupra modum onuſta vectoribus, in ſummū diſcrimen adduceretur, metu perculſus, gubernatorem interrogauit, an omnis præciſa ſalutis ſpes eſſet: ille vnicam ſupereſſe reſpondit, ſi multi ex vectoribus ſeſe in mare coniicerent. Quibus auditis Xerxes ita loquutus fertur: Cum in vobis, Perſę, vt videre eſt Regis veſtri ſita ſit ſalus, quātę vobis ea curę ſit, demōſtrādi tēpus datur. Quæ cum is dixiſſet, protinus illi eum

veue-

venerati, in mare deſiluiſſe perhibentur. Atque eo iactu leuata naue, Xerxes impendente periculo liberatus, in Aſiam ſoſpes incolumiſq; peruenit. Hanc etiam Perſarum obedientiam ad ſua vſq; tempora perſeueraſſe, Ambroſius Hexaëmeron lib. v. ca. xxi. teſtatur his verbis *Sed & apes illæ quæ non obtemperauerint legibus Regis pœnitenti condemnatione ſe mulctant, & immoriuntur aculei ſui vulneri. Quod Perſarum populi hodieque ſeruare dicuntur: vt pro commiſsi pretio ipſi in ſe propriæ mortis exequantur ſententiam. Itaque nulli ſicut Reges Perſarum tam grauiſsimas in ſubiectos habent leges.* Denique ſolam ſibi obſequii gloriam relictam Perſæ credebant. Quam ſummam ac pœne incredibilem eorum erga Reges ſuos obſeruantiam Virgil. li. iii. Georgic. commendauit his verſibus, *Præterea, Regem non ſic Ægyptus, & ingens Lydia, nec populi Parthorum, aut Medus Hydaſpes Obſeruant.*

Enimuero literis Regio anulo obſignatis nemo contradicere audebat: ſed ea abſq; mora effectui mandabãtur, quemadmodum cap. viii. Eſther ſcribitur.

Regum præterea arcana mira fide celaſſe Perſas, Q. Curti⁹ lib. iv. ſcribit: non metus, non ſpes, eliciebat vocem qua proderentur occulta: Vetus diſciplina Regum, ſilẽtium vitæ periculo ſanxerat, linguáque grauius caſtigabatur, quam vllum probrum: Ob hanc cauſam omnium quę apud hoſtem Darium gererentur, ignarum fuiſſe Alexandrum, Curtius ibidem ait Ammianus etiam Marcellin. l. xxi. *ſpeculatores*, ait, *& trãſfugæ ſubinde venientes, repugnantia prodebant: Ideo futurorum incerti, quod apud Perſas nemo conſiliorum eſt conſcius, præter optimates taciturnos & fidos, apud quos ſilentii quoq; colitur numen.* Ac plane *Taciturnitatem optimum ac tutiſsimum adminiſtrandarum rerum vinculum*, ſcite appellat Valer. Max. lib. ii. cap. ii. Vulgo quoque creditur hunc morem confirmare Procopius lib. i. de bello Perſico, propterea quod apud Latinum interpretem legitur, pro certo affirmari non poſſe quam pœnam Perſæ vxori Cabadis, cuius aſtu vir è cuſtodia euaſerat irrogarint, Idcirco quod *Perſæ aliis non communicent*. Sed hoc à Procopii mente abhorret, qui de Perſarũ ſilentio ne in ſomnis quidã, vt aiũt, cogitans, hoc tãtum voluit, ſe nihil comperti de ea re habere, Propterea quod Perſæ inter ſe diſſẽtirẽt

ſententiiſq; diſcreparēt. hoc enim ſignificant Græca eius verba, οὐ γὰρ Πέρσαι ὁμολογοῦσιν ἀλλήλοις

Illud conſtat, Perſas eximia ſemper caritate Reges ſuos dilexiſſe, nec vlli nationi ſanctius auguſtiuſve Regum nomen fuiſſe. Innatum vero & inſitum illis Regum ſuorum amorem multa declarant. Primum enim pro ſalute Principis, vota ab omnibus, qui tam priuatim, quam publice ſacra facerent, ſuſcipi conſueuiſſe, Herodotus lib. I. auctor eſt. Deinde moribus ita comparatum erat, vt Regem abſq; munere adiret nullus: ac vel tenuiorum munuſcula, & quæcunq; pro viribus offerebantur, à Rege ſumma facilitate & humanitate excipi conſueuerant. Eumque morem, poſtquā Perſæ in Parthorum poteſtatem venerunt, retentum, Seneca Epiſt. XVII. ita ſcribit: *Reges Parthos non poteſt quiſquam ſalutare ſine munere.* Nicolaus Lyranus in cap. II. Euang. D. Matth. *Dicitur*, ait, *quod Reges Perſarum ſemper cum muneribus ſolent adorari. Quo more & Magos* Chriſtum adorantes ei munera obtuliſſe ait.

Regi ergo iter facienti, pro ſe quiſque omnes munera ferebant. Et agricolæ quidem, necnon opifices, vt Ælianus lib. I. var. hiſt. cap. I tradit, neque vilia & exilia, neq; nimis pretioſa & magnifica donabant: ſed alij boues aut oues, alij fruges aut vinum: Tenuiores vero lac, palmas, & caſeum, poma denique, & fructus quibus crudis veſci ſolebant, vbi ad maturitatem peruenerant: Item primitias eorū quæ tellus ferret gigneretque, dono dabant: taliaque Regi Perſidem peragrāti, à ſingulis, quorum fines pertranſiret, apponebantur; quæ nō Tributi, ſed doni loco cenſebantur: Eoque titulo ipſe ea accipiebat lubens. Proinde Sinetā Perſam, cum procula ſuo tugurio Artaxerxi Mnemoni caſu occurriſſet, ac præ manibus nil quod Regi offerret, haberet, ad Cyrum fluuiū, ne officio deeſſet, curſu contendiſſe ferunt, & aquā vtraq; vola hauſtam hilari lætoque vultu Regi obtuliſſe: munus fauſtis votis, boniſq; verbis quantū potuit, ornaſſe. Quod Plutarchus in Artaxerxe, & Apophthegmat. & Ælianus lib. I. Var. hiſtor. cap. XXXII. non immerito litteris mandandū eſſe cenſuerunt. Ab iiſdem auctoribus & illud memoriæ proditum eſt, eidem Artaxerxi Mnemoni in tranſitu, pomum ῥοιᾶς μεγάλης à Miſe oblatum: quod ille grato animo accipiens, conce-

ſturam ſe inde capere dixit, poſſe eum hominem ciuitatem ſibi creditam ſuæque commiſſam fidei, è minima & tenui, magnam efficere: ingentique eum præmio remuneratus eſt.

Natales etiam Regum dies Perſis feſti erant: anniuerſariiſq; ſacris, & publica lætitia celebrabantur. Plato in Alcibiade, βασιλέως γενέθλια πᾶσα θύει καὶ ἑορτάζει ἡ Ἀσία. Sed & ex vſu *moris gentici*, vigiles ipſos iuſtitiam, felicitatemque Regis ſui, canoris vocibus extollere ſolitos, Ammian. Marcellin. lib. xxiiii. teſtatur.

Ceterum non viuos modo Reges honoribus, ſed & mortuos luctu publico proſequebantur. Etenim poſt eorum exceſſum, iuſtitium per quinque dies indicebatur: quo temporis interuallo iura omnia & Leges ſilebant, tanquam Regis patrocinio orbæ, quo incolumi ſaluę erant. Quod apud Stobeum Serm. xlii. Selinus ſignificat his verbis. Πέρσαις ὁ νόμος ἦν, ὁπότε βασιλεὺς ἀποθάνῃ, ἀνομίαν εἶναι πέντε ἡμερῶν, ἵν' αἴσθοιντο ὅσου ἄξιός ἐστιν ὁ βασιλεὺς καὶ ὁ νόμος.

Sed & ſacer ille æternuſque ignis, quem in focis ſuis quiſque pro Lare familiari adorabat, Rege vita functo, extinguebatur quemadmodum Diodor. Sicul. lib. xvii. docet. Nam cum Alexander iuſta Hephæſtioni faceret, eumque publice patrio Perſarũ more lugeri vellet, πᾶσι, vt Diodor. ait, τοῖς κατὰ τὴν Ἀσίαν οἰκοῦσι προσέταξε, τὸ παρὰ τοῖς Πέρσαις ἱερὸν πῦρ καλούμενον ἐπιμελῶς σβέσαι μέχρι ἂν τελέσῃ τὴν ἐκφοράν. τοῦτο δὲ εἰώθασιν οἱ Πέρσαι ποιεῖν κατὰ τὰς τῶν βασιλέων τελευτάς.

Regum etiam filiis magnum honorem & reuerentiam exhibere Perſas conſueuiſſe. Herodot. lib. iii. ſcribit. Deniq; Perſarum res in tantum magnitudinis potentiæq; faſtigium euectas, nõ virtute & viribus, Iſocrates in Æginetico, & Nicocle, ſcribit; ſed quod vnius imperio libenter & cupide paruerint Regiamque maieſtatem præ cæteris ſumma ſemper obſeruantia coluerint. Obſequium certe & patientiam imperii longe præſtantiorem fuiſſe quam ceteris, ac vel in ipſis, quibus imperabant feris & barbaris nationibus eximiam Regum maieſtatem fuiſſe. Curtius lib. v. ait. Ideoque ne honos Regi non haberetur, Darium Beſſi & Nabarſanis cõſpiratione prehenſum, aureis compedibus cateniſque vin-

[illegible]fuiſſe, idem auctor cum Iuſtino lib. XI. ſcitè ſcribit: Cuiuſmodi vinculis oneratos à Cyro Aſtyagem, ab Artaxerxe Cyrum fratrem, Dio Chryſoſt. Orat. vltima, & Iuſtin. li. v memorant.

Sed quoniam qua obſeruantia & veneratione Perſarũ Reges a ſubditis colerentur, abunde expoſuiſſe mihi videor, ad Regum inſignia, Regalemq; cultum & ornatum noſtra ſe cõuertet oratio. Atque vt de Regio capitis inſigni primum dicam, Tiaram quæ & Κυρβασία dicebatur geſtaſſe Perſarum Reges, non eſt ignotum. Maxim. Tyr. Serm. x. καὶ ἐτυμβοφύχει ὁ Μέγας βασιλεὺς τὴν τιάραν ἔχων. Et Tiara quidẽ Regibus cum Prætoribus & præſidibus prouinciarũ commune capitis tegmen erat. Nam vt Tzetzes hiſtoricorum verſuũ Chil. VIII. cap. CLXXXIX. ait, Τιάρα, σκέπη κεφαλῆς ὑπῆρχε παρὰ Πέρσαις. Verum hoc intererat, quod Regum Tiara, recta & ſurſum elata erat, apice ſeu cono in ſublime erecto: reliquorũ verũ, deorſum vergebat, & in frontem deducebatur. Soli nãq; Regi rectam Tiaram geſtãdi ius erat. Quod Tiſaphernes apud Xenophontem lib. II. Αναβασ. Κυρ. diſertis verbis adſtruit, τὴν μὲν γὰρ, inquiens, ἐπὶ τῇ κεφαλῇ Τιάραν βασιλεῖ μόνῳ ἔξεστιν ὀρθὴν ἔχειν. Idemq; lib. VIII. παιδ. Κυρ. Cyrum curru eminentem proceſſiſſe narrat ὀρθὴν ἔχοντα τὴν Τιάραν, Ariſtophanes ἐν Ὄρνισιν:

Διὰ ταῦτ' ἄρ' ἔχων, καὶ νῦν ὥσπερ βασιλεὺς ὁ μέγας διαβάσκει.
Ἐπὶ τῆς κεφαλῆς τὴν Κυρβασίαν τῶν ὀρνίθων μόνος ὀρθήν.

Ad quem locum Scholiaſtes πᾶσι γὰρ, ait, Πέρσαις ἐξῆν τὴν Τιάραν φορεῖν· ἀλλ' οὐκ ὀρθὴν, ὡς Κλείταρχος ἐν τῇ δεκάτῃ· μόνοι δὲ οἱ τῶν Περσῶν βασιλεῖς ὀρθαῖς ἐχρῶντο. Ibidemque Κυρβασίαν eamdem eſſe cum Tiara Tradit, & adiicit, τοῖς μὲν ἄλλοις ἔθος καὶ ἐπιτεθειμένην καὶ προβάλλουσαν εἰς τὸ μέτωπον ἔχειν, τοῖς δὲ βασιλεῦσιν, ὀρθήν. Similiter Suidas, Τιάρα, κόσμος ἐπικεφάλαιος, ἣν οἱ βασιλεῖς μόνοι ὀρθὴν ἐφόρουν παρὰ Πέρσαις, οἱ δὲ στρατηγοὶ κεκλιμένην. Idem alibi: Κύρβασις, ἔνιοι μὲν Τιάραν, ἣ οἱ βασιλεῖς τῶν Περσῶν ὀρθῇ ἐχρῶντο, οἱ δὲ στρατηγοὶ ἐπικεκλιμένῃ. Sed & Heſychius, Τιάρα, ἡ λεγομένη κυρβασία. ταύτῃ δὲ οἱ Περσῶν βασιλεῖς μόνοι ἐχρῶντο ὀρθῇ, οἱ δὲ στρατηγοὶ ἀποκεκλιμένῃ. Plutarch. περὶ φιλαδελφίας, de Xerxe: καὶ καταβαλὼν τὴν Τιάραν ἣν φοροῦσιν ὀρθὴν οἱ βασιλεύοντες. Idem lib II. de Fortuna Alexan. Dariũ Bagoæ

Eunuchi beneficio ad regni culmen euectum narrans, καὶ στολὴν ἐνδυσάμενος Ἀστάνδου περιέθετο τὴν βασιλικήν, καὶ ὀρθοπαγῆ κίταριν. Lucian. in Nauigio ſeu votis, Γιμῆς τὴν Τιάραν ὀρθὴν ἔχων καὶ τὸ Διάδημα. Apud eumdem in dialogo Alexandri & Philippi, hæc Philippus Alexandro filio obiicit: σὺ δὲ καὶ τὴν Μακεδονικὴν χλαμύδα καταβαλὼν, κάνδυν, ὥς φασι, μετενέδυς, καὶ Τιάραν ὀρθὴν ἐπέθου. Rurſus in Piſcatore, εἴ τις ἐν βασιλικῷ σχήματι ὀρθὴν Τιάραν ἔχων, καὶ Διάδημα, καὶ τἄλλα ὅσα βασιλείας γνωρίσματα. Quin & Dion Chryſoſtom. Oratio. priore de ſeruitute & libertate, Tiaræ rectæ vſum priuatis capitis periculo interdictum indicat his verbis, τὸ, γαρ μὲν ὁ Περσῶν βασιλεύς, ὅπως μὲν ἔχει μόνος ὀρθὴν τὴν Τιάραν, ἐφρόντιζεν, καὶ εἴ τις ἄλλος τοῦτο ἐποίησεν, εὐθὺς ἐκέλευσεν ἀποθνήσκειν αὐτόν. Eunapius in Ardeſio, μικροῦ τινὸς ἐδέησε, τὸν Περσῶν βασιλέα, τήν τε ὀρθὴν μεταβαλεῖν Τιάραν.

Proinde, cum Demarato Lacedæmoniorum Regi à Xerxe (cui ille aduerſus Græcos bellum paranti magno vſui, & in rebus gerendis adiumento fuerat) conceſſum eſſet, petere quodcũq; vellet, id vnũ poſtulauit, vt ſibi equo inſidẽti, Sardes cum recta Tiara ingredi liceret, quemadmodum ex Philarcho Suidas refert. Plutarch. in Themiſtocle. Ἐπειδὴ δὲ Δημάρατος ὁ Σπαρτιάτης αἰτήσασθαι δωρεὰν κελευσθεὶς, ᾐτήσατο τὴν Κίταριν, ὥσπερ οἱ βασιλεῖς, ἐπαράμενος, εἰσελάσαι διὰ Σάρδεων. Ob eamq; poſtulationem Xerxem ira exarſiſſe ſubiicit Seneca li. vj. de Benefic. cap. xxxj. *Itaq; Xerxes pudore quã damno miſerior, Demarato gratias egit, quod ſolus ſibi verum dixiſſet: & permiſit petere quod vellet. Petit ille, vt Sardis maximam Aſiæ ciuitatem, curru vectus intraret, rectam capite Tiaram geſtans: id ſolis datum Regibus.* Artaxerxes plane Dario filio, quem ſe viuo hęreditatem ſuam quodammodo cernere paſſus eſt, Tiaram rectam fere indulſit, vt ſupra ex Plutarcho comprobauimus. Sed & qui imperium vſurpabant, hi rectam Tiarã aſſumebãt. Hinc Beſſum, qui Dario cæſo imperiũ occupare niſus eſt, Τιάραν ὀρθὴν, καὶ Περσικὴν στολὴν ſumpſiſſe, Arrianus li. III. narrat. Idemq; lib. VI. refert ab Atrobate Mediæ ſatrape, Bariaxen Medũ vinctũ ad Alexandrum deductum, affectati regni reum, ὅτι, ait, ὀρθὴν τὴν κίδαριν περιθέμενος, βασιλέα προσεῖπεν αὐτὸν Περσῶν τε καὶ Μήδων. Et hunc Perſarum morem imi-

tatus Antonius, Alexandrum vnum ex liberis, in publicum produxiſſe fertur, ἐσθῆτι Μηδικῇ, Τιάραν καὶ κίδαριν ὀρθὴν ἐχούσῃ, vt Plutarch. in eius vita ſcriptum reliquit. Quod Perſarum æmulos Parthos ſeruaſſe inuenio. Etenim Artabanus Parthorum Rex, in regnum, vnde factionibus procerum pulſus fuerat, Izate Adiabenorũ Regis opera reſtitutus, vt gratiã de ſe bene merito referret, maximis, qui apud Parthos habebãtur honorib⁹ adficere ſtudẽs, τήν τε Τιάραν, vt Ioſeph. lib. xx. Antiq. cap. III. narrat, ὀρθὴν ἐπέτρεψεν αὐτῷ φορεῖν, καὶ ἐπὶ χρυσῆς κλίνης καθεύδειν ἃ μόνον ἐστὶ γέρας καὶ σημεῖον τῶν Πάρθων βασιλέων.

Igitur ſatis ſuperque probatum eſt, Regum Tiaram, ὀρθὴν, reliquorũ ἐπικεκλιμένην, ſeu ἀποκεκλιμένην, & hoc amplius ἐπτυγμένην, καὶ εἰς μέτωπον προβάλλουσαν, fuiſſe, id eſt, implicatam, inuolutamque, & in frontem proiectam. Verum ſeptẽ Perſis Magorum percuſſoribus, & eorũ poſteris, præmij loco conceſſum fuiſſe, vt in anteriorem partem capitis prominẽtem Tiaram geſtarẽt, Plutarch. in Politicis docet his verbis; Τοῖς δὲ τοὺς Μάγους ἀνελοῦσιν ἑπτὰ Πέρσαις ἔδωκεν αὐτοῖς, καὶ τοῖς ἀπ' αὐτῶν γενομένοις, εἰς τοὔμπροσθεν τῆς κεφαλῆς τὴν Τιάραν φορεῖν. τοῦτο γὰρ ἐποιήσαντο σύμβολον, ὡς ἔοικε, χωροῦντες ἐπὶ τὴν πρᾶξιν. Atque ita a Regibus, & à ceteris diuerſo modo Tiarã geſtaſſe videntur, propterea quod non vt Reges erectam, ac velut in perpendiculũ in caput elatam: neque vt priuati, in frontẽm propendentem & demiſſam, ſed medio quodam ſtatu in ſinciput proiectam, prominentemque geſtabant. Tiaram autẽ D. Hieronymus ad cap. III. Danielis, genus ait eſſe pileoli, quo Perſarũ Chaldæorumq; gens vtitur: de cuius forma & figura, ex his quę ſubieci locis aliquid cõiectura colligi poterit. Xenophontis ſiquidem lib. v. Αναβάσ. verba ſunt hæc: Ἐπὶ δὲ τῇ κεφαλῇ κράνη σκύτινα, οἷά περ τὰ Παφλαγονικὰ κρώβυλον ἔχοντα κατὰ μέσον ἐγγύτατα τιαροειδῆ. Quem locum Suidas citans Κρώβυλον explicat, πλέγμα τριχῶν εἰς ὀξὺ λῆγον. eaque interpretatio Thucydidis Scholiaſten adſertorem habet, qui ad hæc l. I. verba, Κρώβυλον ἀναδούμενοι: Κρώβυλος δέ ἐστι, ait, εἶδος πλέγματος τῶν τριχῶν, ἀπὸ ἑκατέρου εἰς ὀξὺ ἀπολῆγον. Idem Suidas, Κιδάριον παρὰ Πέρσαις τὸ περὶ τῇ κεφαλῇ περιστείλημα· ὃ δὴ παρ' ἀθηναίοις καλοῦσι Κρώβυλον. nec diſſidet Seruius in IIII. Æneid. Virgilij, *Retiolum quod comas colligit*, Κρωβύλην dici tra-

dens. Crinium ergo in acutum deſinentium figuram, Tiaræ ſpeciem imitari inde elicitur. Dionyſ. Halicarnaſſ. lib. II. de Saliis, καὶ τὰς καλουμένας Ἀπικας ἐπικείμενοι ταῖς κεφαλαῖς, πίλους ὑψηλοὺς εἰς σχῆμα συναγομένους κωνοειδὲς, οὓς Ἕλληνες προσαγορεύουσι Κυρβασίας. Strabo lib. XV. Vulgum quidem Perſarum περὶ κεφαλῇ πίλημα, & vt alias appellat, ῥάκος Σινδόνιον περὶ κεφαλῇ: Principes autem viros, Τιάρας παραπλησίας ταῖς τῶν Μάγων, geſtaſſe ſcribit. Ibidemque Tiaram, πίλημα πυργωτὸν vocat. In Tiara autem & σχῆμα & χρῶμα, Plutarchus in Alexandro memorat. Sed & Ariſtophanis Scholiaſtes ad hunc Comœdiæ quæ Ἀχαρνεῖς inſcribitur, verſum, Ἄχθομαι τῷ περισεβίσκῳ τοῖς τῶν Perſicas Tiaras τῶν ἱστοπέρων habuiſſe ait. quo forte reſpexit Philoſtrat. lib. II. Imagin. cap. de Themiſt. cum de Rege Perſarum loquens ait, Καὶ αὐτὸς ὁ βασιλεὺς ἐπὶ χρυσοῦ θρόνου στικτὸς ὢν ὡς ταώς Interpres vero Æſchyli in Perſas τοῦ φαλάρου καὶ τοῦ λόφου τῆς βασιλικῆς Τιάρας καὶ περικεφαλαίας meminit: & περιφερῶς στικτῶς, τὸ στέμμα appellari ait.

Sane Perſarum pilea coactilia non fuiſſe, ſeu ex coactis, id eſt ex lanis villiſve confecta, ſed ex pannis compacta, docet Herodot. lib. VII. Hoc enim ſignificat, cum ait, περὶ μὲν τῇσι κεφαλῇσι εἶχον (de Perſis loquitur) Τιάρας καλεομένους πίλους ἀπαγέας. Quorum poſtremorum verborum ſententiam interpres adſecutus non eſt. Pilea quoq; Romana æque fuiſſe ἀπαγῆ, indicat hic notiſſimus poëtæ verſus,

*Tritu pilea ſuta de lacernis.*

Sed & Cidarin byſſinam Darium pollicitũ his qui propoſitam quæſtionem aptius & verius expedirent, apud Ioſeph. lib. XI. Antiq. Iud. cap. IV. & Eſdræ lib. III. cap. III. legimus. Tiaram vtiq; tempora & buccas velaſſe oſtendunt, Ouid. & Iuuenal. Ille ſiquidem lib. XI. Metamorph.

*Tempora*, ait, *purpureis tentant vealer Tiaris.*

hic vero Satyra VI.

*Phrygia veſtitur bucca Tiara.*

Tiaram porro diuerſam fuiſſe a Mitra, indicat Herodot. li. VII. qui Perſas Tiaratos, ſi ita loqui liceat, ſeu pileatos fuiſſe: Ciſſios vero, pro pileis, Mitras geſtaſſe, ita ſcribit: ἀντὶ δὲ τῶν πίλων, μιτρηφόροι ἦσαν Hoc idem Max. Tyr. Serm. X. oſtendit, οὐδὲ Μηδικὴ, inquiens, Τιαροφόρος, οὐδὲ Μαρδοχαῖος μιτροφόρος.

Proprio autem nomine inſigne capitis Regum Perſarum, Citaris, ſeu Cidaris (vtrumque enim promiſcue vſurpatum Heſychius teſtis eſt) appellabatur. Pollux lib. VII. Onom. ca. XIII. Περσῶν μὲν ἴδια, Κάνδυς καὶ ἀναξυρίδες καὶ Τιάρα, ἣν καὶ Κυρβασίαν, καὶ Κίδαριν, καὶ Πῖλον καλοῦσι. ſic enim eum locum ſupplēdum cenſeo. Idem lib. X. cap. XXXVI. ἡ δὲ Καυσία πῖλος Μακεδονικὸς· παρὰ Μενάνδρῳ ὥσπερ Κυρβασία Περσικός. Ita enim mihi locus ille reſtituendus videtur. Subiicit deinde, Ηρόδοτος δὲ καὶ Κίταριν. Heſychius cum Suida, Κίδαρις πῖλος βασιλικὸς· ὃν καὶ Τιάραν καλοῦσι. Philo Iudæus de vita Moſis lib. III. Κιδάρει γὰρ οἱ τῶν ἑώων βασιλεῖς, ἀντὶ Διαδήματος εἰώθασι χρῆσθαι.

Quamquam Perſarum quoquè Regibus Diadema Græci auctores tribuūt, & ad Tiaram rectā, Diadema acceſſiſſe docent. Xenophon lib. VIII. παιδ. de Cyro, Εἶχε δὲ καὶ Διάδημα περὶ τῇ Τιάρᾳ. Plutarch. li. περὶ φιλαδελφίας, de Xerxe, θεὶς τὸ Διάδημα, καὶ καταβαλὼν τὴν Τιάραν. Lucian. quoq; in Nauigio ſeu de votis, & rurſus in Piſcat. Diadema cum Tiara ſociat. Fit & Diadematis Regis Perſarum mentio, lib. III. Eſdræ: Eoq; Mardochæum redimitū in publicum podiiſſe narratur.

Quinimo, Diadematis nomine Cidarin deſignant, quod Diodoro & Iuſtino collatus Arrianus aperte comprobat. Alexandrum enim ex habitu Regum Perſarum, Diadema, inſolitū antea Regibus Macedonicis, aſsūpſiſſe Iuſtin. libr. X. narrat Similiterq; Diodorus Sicul. de eo verba faciēs. li. XVII. εἶτα, τό τε Περσικὸν Διάδημα, τῶν νενικημένων ἀντὶ ὧν αὐτὸς ὁ νικῶν πάλαι ἐφόρει, ἀμεῖψαι οὐκ ἐπηδέσθη. Adrianus vero Κίδαριν Περσικὴν ex Perſico luxu Alexandrum mutuatum, refert lib. IV. ita quod ille Περσικὸν Διάδημα, hic Κίδαριν Περσικὴν dicit. Ac deinde lib. VI. Diodoro conſentiens Arrianus, Cidarin & Diadema confundēs, Alexandri Καυσίαν καὶ τὸ συνεχόμενον αὐτῇ Διάδημα numerat. Vnde apparet, eodem modo Macedonicæ Cauſiæ, Cidarin eum adiunxiſſe, quo Tiaræ Rectæ apud Perſas connectebatur. Simili cultu vnum ex Antonij filiis, Καυσίᾳ Διαδηματοφόρῳ κεκοσμημένον. proceſſiſſe Plut. in Antonio ſcribit. Eodemque modo Tigranem Τιάραν καὶ Διάδημα περὶ αὐτὴν, Dio, lib. XXXI. & in eius Epitome Xiphilinus, indicant.

Verum qualis eſſet Cidaris, vnus nobis Curtius Rufus aperit lib.

rit lib.III.his verbis: *Cidarin Perſæ Regium capitis vocabant inſigne. Hoc cerulea faſcia albo diſtincta circuibat.* Rurſuſque lib. VI.de Alexandro: *Itaque purpureum* Diadema, *diſtinctum albo quale Darius habuerat, capiti circumdedit.*

Præterea Myrrha & Labyzo Cidarin delibutam fuiſſe didici ex Athenæo & Heſychio. Ille enim de Cidari talia ex Dione ſcrib. κατεσκευάζετο ἐκ σμύρνης καὶ τοῦ καλουμένου λαβύζου. Εὐώδης δέ ἐστιν ὁ λάβυζος καὶ πολυτιμότερον τῆς σμύρνης. Heſychij vero de Cidaris ornatu & apparatu verba hæc ſunt: ἐστὶ δὲ ἐκ σμύρνης καὶ λαβύζου· ὁ δὲ λάβυζος ἐστὶ πολυτιμοτέρα αὕτη τῆς σμύρνης, καὶ ὄζει ἥδιστον, καὶ θυμίαμα ἐστὶ κάλλιστον παρὰ βασιλεῦ. ἐκ τούτων ἡ Κίδαρις πέπλασται. Ex quibus perſpicue liquere arbitror quid ſibi Curtius velit, cum lib. VI. *Regni inſigne* Beſſo ex capite direptum, itemq; lib. VII. cum Beſſum Comares admonet, magnum onus ſuſtinere cum capite, *Regium inſigne* Vtrobique enim Tiaram rectam, cum purpurea faſcia albo diſtincta accipe: quod & *Decus capitis ſui*, Darius apud eumdem Curtium appellat, Athenæus vero lib. XII. τὸ παράσημον ὃ ἐπετίθει τὸ τῇ κεφαλῇ οἱ τῶν Περσῶν βασιλεῖς.

At in reliquarum gentium Regio dominatu, Diademà (quod omnibus notum non eſt) nihil aliud fuiſſe, quam candidam Faſciam, qua Regum frons præcingebatur, compertum habeo. Demõſtrat hoc ſatis aperte Lucian. in Nauigio. ſeu de votis Diadema ταινίαν λευκὴν περὶ τῷ μετώπῳ, vocans. Idem in Dialogo Diogenis & Alexandri, Diadema hoc verborum ambitu deſignat, Διαδεδεμένον ταινίᾳ λευκῇ τὴν κεφαλήν. Argumento eſt etiam, quod Valer. Maxim. libro VI. cap. II. Fauorinum, Pompeio faſcia crus alligatũ habẽti, Regias vires exigui pãni cauillatione, exprobrantem, dixiſſe narrat. *Non refert qua in parte corporis ſit Diadema.* Suetonius quoque in Iul. Cęſare, cap. LXXIX. inter cætera regij nominis à Cęſare affectati indicia, ponit, *Coronam lauream candida Faſcia præligatam*, ſtatuæ, eius non inuiti à quodam è plebe impoſitam. Quo alludens Cicero Epiſt. III. lib. II. ad Atticum: *Epicratem* ait, *ſuſpicor vt ſcribis, laſciuum fuiſſe: etenim mihi caligæ eius & faſciæ cretatæ non placebant.* Seneca etiam Epiſt. LXXX. Diadema, *Faſciam* appellat. Plinius lib. XI. cap. XVI. *Eſt Regibus Apum, in fronte macula, quodam Diademate candicans.* Silius Ita-

licus libro xvi. de Iuba Rege, -- *cinguntur tempora vitta Albenti.* Feſtus, *Baſiliſcus appellatur genus ſepentis, vel quod in capite habeat album inſtar Diadematis, vel quod reliqua ſerpentum genera vim eius fugiant.* Denique Ammianus Marcellinus libro duodecimo Diadema *Faſciolam candidam Regiæ maieſtatis inſigne*, appellat, *Pannum* vocat Valer. Max. non illo modo quem ſuprà adduxi, loco, ſed & libro vii. cap. ii. his verbis: *Rex etiã ſubtilis iudicij, quem ferunt, traditum ſibi Diadema, priuſquam capiti imponeret, conſideraſſe, ac dixiſſe: O nobilem magis, quam fœlicem pãnum.* Cuius Regis nomen à Valerio ſilentio ſuppreſſum Stobæus edit, Serm. xlvii. Antiochumque fuiſſe, liquido declarat. Et quod ille *Pannum*, hic, ῥάκος, vt & Monima Mileſia apud Plutharcum in Lucullo, nuncupat Capiti quidem impoſitum, Valerius Maxim. ſignificat, & Aurelius Victor, apud quem in cap. de Caligula, *inſigne Regni Capiti nectere*, legimus. Seneca Epiſt. lxxx. *Vides illum Scythiæ Sarmatiæve Regem inſigni capitis decorum.* Vnde & *Capitis Decus* vocatur à Seneca lib. i. de Clementia, & in Hercule furente, Act. ii. Sc. i. & in Agamemn. Act. i. Sc. i. & *Capitis inſigne* à Liuio lib. xxvi. & *Regiũ inſigne*, à Tacito lib. xii. Annal. & *Regium decus*, à Salluſtio, in bello Iugurthino. Regum frontem eo reuinctam fuiſſe, Seneca in Thyeſte Act. ii. Choro, & Act. ii. Sc. ii. docet, vtrobiq; *Regiæ frontis notã*, appellans. Similiterq; in Choro Act. iii. eiuſdem Tragœdiæ, *Ille qui donat Diadema fronti.* vnde Ann. Flor. lib. iii. *veſte*, ait, *purpurea argenteq; Baculo, & Regium in morem fronte redimita.* Plutarch in Coriolano, ex Metellis vnum *Diademati* cognomen inde. inueniſſe ſcribit, ὅτι πολλῷ χρόνιον ἕλκος ἔχων περιεφόρει περιδεδεμένος τὸ μέτωπον Iuſtin. lib. xv. *Sed Lyſimachum deſiliens equo Alexander haſtæ cuſpide ita in fronte vulnerauit, vt ſanguis aliter claudi non poſſet, quam Diadema ſibi demptum Rex, alligandi vulneris cauſa capiti eius imponeret; quod auſpicium regalis maieſtatis Lyſimacho fuit.* Atque hoc Diadema Regum inſigne, Liberum Patrem inueniſſe, Plinius libro vii. cap. lvi. tradit. In orbes vtique ſinuatum fuiſſe tegmen capitis Parthorum Regum, Tacit. lib. vi. Annal. indicat, cum ait, *Nuntiauêre accolæ Euphratem nullis imbrium vi, ſponte in immenſum attolli: ſimul in albentibus ſpumis, in modum Diadematis ſinuare orbes.* Sane Sapo-

rem Perſarum Regem aureum capitis arietini figmentum, interſtinctum Lapillis, pro Diademate geſtaſſe, Ammianus Marcellin. lib. xix. refert.

Quod autem ad reliquum Regum veſtitum attinet, conſtat ſtolatos eos fuiſſe, & vſque ad talos demiſſam veſtem purpuream geſtaſſe. Cuius rei vel vnus Iuſtinus locuples teſtis eſt lib. xii. quo loci de Alexandro, qui, ne inuidioſius in ſe vno Perſarum luxus conſpiceretur, ſuos quoque in ſocietatem vocandos duxit, ita loquitur. *Amicos quoque ſuos lõgam veſtem auream, purpuream q; ſumere iubet, vt luxum quoq;, ſicut cultum imitaretur Perſarum.* Cuiuſmodi veſtem Herodotus lib. vi. & vii. Xenophon. lib. viii. παιδ. Plutarch. in Alexandri vita & l. i. de fortuna eiuſdẽ Principis: Arrian. lib. iv. & vi. Ælian. lib. i. Var. hiſt. cap. xxii. & Zonaras Tomo i. Μηδικὴν ϛολὴν vocant: Æmilius Probus in Pauſania, *Medicam veſtem* Xenophon vero lib. i. Ἀναβασ. Strabo lib. xi. Ælian. lib. i. cap. xxxii. & Athenæus lib. xii. περσικὴν ϛολὴν, & Curtius lib. vi. *veſtem Perſicam*, quam & lib. iii. *Pallam* vocat. Eamdem Plut. in Alexan. & Athenæus lib. i. ϛολὴν βαρβαρικὴν dicunt.

Huius autem veſtis talaris vſum Cyrus in Perſidem induxit, vt Xenophon. li. viii. παιδ. de eo verba faciens, ita ſcribit Στολήν τε γοῦν εἵλετο τὴν Μηδικὴν, αὐτός τε φορεῖν καὶ τοὺς κοινῶνας ταύτην ἔπεισεν ἐνδύεσθαι. αὕτη γὰρ αὐτῷ συγκρύπτειν ἐδόκει, εἴ τις τι ἐν τῷ σώματι ἐνδεὲς ἔχει, καὶ καλλίστους καὶ μεγίστους ἐπιδεικνύναι τοὺς φοροῦντας. Atque adeo eius generis veſtes quã plurimas, ſuis largitum Cyrum, Zonaras to. i. Annal. poſt Xenophõtẽ narrat. Quãquam, ſi ab vltima antiquitate res repetenda ſit, originem hæc veſtis ſpecies ducit à Semiramide. Eam namq; hoc genus veſtis excogitaſſe, cum iter illi inſtaret ſubitum & longum, Diodor. Sicul. lib. ii. memorat, indicans εὐκίνητον καὶ νεανικὴν ϛολὴν fuiſſe: additq; καὶ τὸ σύνολον τοιαύτη τις ἐπὶν αὐτῇ χάρις ὥσθ' ὕστερον Μήδους ἡγησαμένους τῆς Ἀσίας, φορεῖν τὴν Σεμιράμιδος ϛολὴν, καὶ μετὰ ταῦθ' ὁμοίως Πέρσας. Iuſtinus lib. i. de Semiramide: *Igitur brachia & crura Velamentis, caput tiara tegit: & ne nouo habitu aliquid occultare videretur, eodem ornatu & populum veſtiri iubet: quem morem veſtis, exinde gens vniuerſa tenet.* Strabo vero lib. xi. ad Medeam huius veſtis originem refert his verbis, τινὲς δὲ Μήδειαν καὶ-

παδεῖξαι τὴν ἐσθῆτα ταύτην φασὶ, δυναστεύσασαν τοῖς τόποις καθάπερ Ἰάσονα, καὶ ἐπικρυπτομένην τὴν ὄψιν ὅτε αὐτὴ τοῦ βασιλέως ἐξίοι. Hanc autem Medicam veſtem eandem cum Serica Procop.lib.1.de Bello Perſ.facit. Pretioſiſſimam vero illam Regum longam veſtem fuiſſe, multo auro, multiſque gemmis conijcere licet, cũ ex cap.III.Eſther, tum ex eo quod de Cyri minoris ornatu Perſico, Cicero li.de Senectute, ex Xenophõtis Oeconomico cõmemorat. Quinetiã περικείμενον ἀεὶ τῷ τοῦ βασιλέως σώματι κόσμον fuiſſe, τῶν μυρίων καὶ δισχιλίων ταλάντων, auctor eſt Plutarch.in Artaxerxe. Eundemq; principem, τὴν στολὴν τῆς ἐπιφανείας αὐτοῦ ἐνδεδυκότα, ὅλην διὰ χρυσοῦ καὶ λίθων πολυτελῶν in ſolio reſediſſe, narratur Eſther cap. v. Cõcordat Ioſephus li.XI. Antiq. Iud. cap. VI. qui ſediſſe eũ ait ἐπὶ τοῦ θρόνου, τὸν βασιλικὸν περικείμενον κόσμον, ὃς ἦν ἐκ ποικίλης μὲν ἐσθῆτος, χρυσοῦ δὲ καὶ λίθου πολυτελοῦς.

Nec auro modo, & purpura inſignem, ſed & variis animalium auiumq; figuris diſtinctam Q. Curtius oſtendit, veſtitum Xerxis deſcribens, his verbis, *Pallam auro diſtinctam, aurei accipitres, velut roſtris inter ſe corruerent, adornabant.* Quod & Philoſtrat. lib. II. Imagin. cap. de Themiſtocle, ſignificat, quum ait, Καὶ θηρίων περιττώδεις μορφὰς, οἷα ποικίλλουσι βάρβαροι. Illius vero Pallæ Perſicæ figuram quadrangulam fuiſſe Dionyſ. Halicarn. lib. III. docet. Illic enim Hetruſcos legatos, Tarquinio inter cetera σύμβολα τῆς ἡγεμονίας, attuliſſe refert, χιτῶνα πορφυροῦν χρυσόσημον, καὶ περιβόλαιον πορφυροῦν ποικίλον, οἷα Λυδῶν καὶ Περσῶν ἐφόρουν οἱ βασιλεῖς πλὴν οὐ τετράγωνόν γε τῷ σχήματι, καθάπερ ἐκεῖνα, ἦν, ἀλλ' ἡμικύκλιον. Mathematicis autem τετράγωνον eſt, quadratum conſtans quatuor lateribus æqualibus, & quatuor rectis angulis. Quæ & Pallij Græcorum forma & figura erat, quemadmodum Tertull. in lib. de Pallio indicat, *in viris autem*, inquiens illic, *Pallij extrinſecus habitus, & ipſe quadrangulus, ab vtroque laterum regeſtus, & ceruicibus circumſtructus, in fibulæ morſu, humeris adquieſcebat.* Et in fine eiuſdem libri, Pallium fingit ita loqui, *Omnis liberalitas ſtudiorum, quatuor meis angulis tegitur.* Hrabanus etiam de rerum naturis lib. XXI. cap. VIII. *Pallam* definit *quadrum pallium muliebre, vſque ad veſtigia.*

Tunicam præterea, quam patrio ſermone Κάνδυν appel-

labant, Reges induiſſe, ex Plutarchi libris, quibus Alexandri vitam & fortunam literis mandauit, liquet. Atque vt Tiara capitis, ita & Candys corporis commune Perſarum tegmen erat. Lucian. ἐν δὶς κατηγορ. Καὶ μονονουχὶ κάνδυν ἐνδεδυκότα ἐς τὸν Ἀσσυρίων τρόπον Suidas, Κάνδυς χιτὼν Περσικός. Quibus verbis Heſychius addit, ὃν ἐμπορπῶνται οἱ στρατιῶται. Verum Regum Candys à ceteris purpuratorum & procerũ amiculis non pretio tantum, ſed & colore diſtabat. Nam, vt Pollux li. VII. Onomaſt. ca. XIII. tradit, ὁ μὲν βασίλειος Κάνδυς ἁλιπόρφυρος, ὁ δὲ ἄλλων, πορφυροῦς, erat. Quibus verbis Pollux demonſtrat, hoc eximii Candyn Regium ſupra reliquos habuiſſe, quod murice & conchylio, id eſt, marina purpura tinctus eſſet. Ea quippe ſecundum Grçcorum interpretationẽ vocis ἁλιπόρφυρος ſignificatio eſt Heſychius, ἁλιπόρφυρα, ἁλουργῆ, τοῦτ' ἔστιν ἐκ θαλασσίας πορφύρας. Euſtath. in VII. Iliad. ἁλιπορφύρεα παρὰ τοῖς παλαιοῖς ἁλίκλυστα, ἁλουργᾶ πορφυρᾶ. ν. Odyſſ. ἁλιπορφύρεα inquit, τὰ πορφυρᾶ δίκην ἁλός, ἢ τὰ ἁλουργᾶ. Nam & ἁλουργᾶ Suidas, θαλασσιοπόρφυρα interpretatur. Diodorus Sicul. lib. XVII. ſect. II in Perſepolitana præda multas à Macedonibus militibus direptas veſtes pretioſas narrans, τὰς μὲν ait, θαλασσίαις πορφύραις, τὰς δὲ χρυσοῖς ἐνυφάσμασι πεποικιλμένας Cuiuſmodi murice infectas veſtes prç ceteris purpureis in pretio fuiſſe, indicio ſunt hæc quæ apud Stobçum ca. LXXXIII legimus, εἵματα ποικίλα ἀπὸ θαλασσίης βάψιος τοῦ κόκκου. Rurſuſque apud eundem cap. XCI. ex Naumacho, εἵματα δ' εἰναλίης αἵματος κόχλου. Eius vero generis veſtes Perſarum Regibus, Phœnicum oram maritimam cui imperabant ſuppeditaſſe veriſimile eſt, quod illic laudatiſſimus murex legebatur: ibiq; purpurç Baphia Imperatores Romanos, Conſtãtinopolitanoſque habuiſſe, notum eſt Poſterioribus vero ſeculis aliud ex Sandice Indica purpurç genus in pretium veniſſe apud Perſas, Vopiſcus in Aurçliano auctor eſt: ad cuiuſmodi purpuras, cum reliquæ Romanorũ purpuræ iungerentur, *cineris ſpecie decolorari*, vt ait ille, *videbantur, diuini comparatione fulgoris.*

Regum vtiq; amiculum purpureum, μεσόλευκον, ſeu διάλευκον (vtrumque enim idem valet) fuiſſe obſeruaui: qualem habitum nemini, prçter Regem, geſtare licuiſſe, docet Xeno-

phon l. VIII. παιδ. qui Cyrum indutum fuiſſe χιτῶνα πορφυροῦν μεσόλευκον refert. Plutarch. in Alexandri vita, de his qui Perſarum imperio ſuberant, Οἱ τὴν Περσικὴν, ait, ζώνην καὶ τὸν διάλευκον αὐτοὶ χιτῶνα προσκυνοῦσι. Alexander etiam poſtquam in Perſarum mores tranſiit, τό τε Περσικὸν Διάδημα περιέθετο, καὶ τὸν διάλευκον ἐνεδύσατο χιτῶνα, vt Diodo. Sicul. li. XVIII. ſcribit. Quod & Ephippi Olynthii auctoritate firmatur, ex quo Athenæus li. XII. hęc verba citat, Καθ' ἑκάστην ἡμέραν χλαμύδα τε πορφυρᾶν, καὶ χιτῶνα μεσόλευκον καὶ Καυσίαν ἔχοντα τὸ Διάδημα τὸ βασιλικόν. Tigranem quoq; Armeniæ Regem, Diodor. lib. XXXVI. indicat geſtaſſe χιτῶνα μεσόλευκον, καὶ τὸν Κάνδυν τὸν ὁλοπόρφυρον. Tarſenſem quoq; Tyrannum Lyſiam πορφυροῦν καὶ μεσόλευκον χιτῶνα geſtaſſe, Athenæus lib. V. memorat Idem lib. XIV. Phalos χιτῶσι μεσολεύκοις vſos tradit. Sed enim quæ ſit harum Græcarum vocum vis ac poteſtas, cum Plinio, Curtius planum facit. Ille enim lib. XXI. cap. VI. cum Diadema Darii deſcribit, μεσόλευκον ſeu διάλευκον, *purpureum albo diſtinctum* vertit Alias, *purpureum cui medium album intextum erat*, reddit. De Darii namque cultu lib. III. loquens, ait, *Cultus Regis, inter omnia, luxuria notabatur: purpurea tunicæ medium album intextum erat.* Ac ne quis à parum idoneo auctore interpretationem ſumptam ſuſpicetur, Curtius hic ex cuius ſcriptis toties à me auctoritas in his libris ad faciendam fidem petitur, iis temporibus vixit, quibus bonas artes & ſtudia literarum floruiſſe, nemo inficiari poſſit. Nam, niſi me coniectura fallit, hic hiſtoriæ Alexandi auctor, CVRTIVS ille RVFVS EST, qui inde a Tiberii temporibus Rempublicam attigit, & cui, dum Africæ Proconſuli, velut comes & ſectator hæreret, ſpectrum muliebri figura ſeſe obtulit, eique prouinciæ prǽfuturũ eum, prædixit. Quod & euentus re ipſa comprobauit. Claudio enim imperante Africam cum imperio obtinuit, triumphaliaque inſignia adeptus, ibi diem obiit, quemadmodum Tacitus lib. XI. Annal. & Plin. Epiſt. XXVII. lib. VII. memorant. Itaque ad Claudium Imperatorem pertinet, quod ille lib. X. ſcribit, in hæc verba: *Proinde iure meritoque Populus Romanus ſalutem ſe principi ſuo debere profitetur, cui noctis, quam pene ſupremam habuimus, nouum ſidus illuxit. Huius* Hercule

*non ſolis ortus lucem caliganti reddidit mundo, cum ſine ſuo capite diſcordia membra trepidarent. Quot ille tum extinxit faſces? quot condidit gladios? quantam tempeſtatem, ſubita ſerenitate diſcuſſit? Non ergo reuireſcit ſolum, ſed etiam floret imperium. Abſit modo inuidia, excipiet huius ſæculi tempora eiuſdem domus vtinam perpetua, certe diuturna poſteritas.* Idemque mecum ſentiet qui de eius loci interpretatione Sueton. in Claudio, cap. x. & xi. & Ioſeph. lib. xix. Antiquit. cap. II. & III. conſulet: à quibus diſcet, poſt Caii cædem, per biduum, de mutando Reipubl. ſtatu, adſerendaque communi libertate, hæſitatum. Senatu vero ſegniore in exequendis conatibus, per tædium ac diſſenſionem diuerſa cenſentium & multitudine quæ circumſtabat, Rectorem vnum & nominatim Claudiũ, expoſcentium, imperiũ ei ſtabilitum atque firmatum. His & illud addam, Curtiũ hunc Rufum à Suetonio, clarorũ Rhetorum albo adſcriptum fuiſſe. Manuſcriptis enim eius argumenti codicibus, tam eorum quæ extant, quam quæ iniuria temporis perierunt capitũ, Catalogum ſeu Indicem breuem reperiri Achilles Statius teſtatur: in quo Porcio Latroni Q. CVRTIVS RVFVS ſubiungitur. Ceterum vt ad ordinem à quo me Curtii iniecta mentio auerterat, redeam,

Candyn amiculum fuiſſe Chiridotum, ſuſpenſum ex humeris, Pollux lib. VII. Onomaſt. cap. XIII. docet. Ac certe, prolixis vltra brachia & vſq; in primores, manus, ac prope in digitos Tunicis vſos Perſas Strabo lib. xv. indicat: cuiuſmodi Tunicas, Græci χειριδωτοὺς id eſt, manicatas, appellabant. Hanc ſiquidem vocis illius Græcæ ſignificationem Agell. li. VII. cap. XII. tradit, eamq; Romanos vſu ſuam feciſſe. demõſtrat: Publii Africani orationem contra Sulpicium citans, in qua ille *Chiridotam tunicam*, dixerat. Quam vocem Lampridius quoque in Heliogabalo vſurpat: vnde obiter admonebo Iſidorl lib. xix. Origin. locum emendandum eſſe hoc modo, *Manuleata tunica, id eſt, manicata, eo quod habeat manicas, quã Græci χειριδωτὸν vocant* Chiridotas autem fuiſſe Barbarorũ veſtes Herodiã. lib. v. teſtatur his verbis, προῄει ἐν σχήματι βαρβάρῳ χιτῶνας χρυσουφεῖς καὶ ἁλουργεῖς χειριδωτοὺς, καὶ ποδήρεις ἀνεζωσμένος. Et alio eiuſdem libri loco. ἀνεζωσμένοι οἱ μὲν χιτῶνας ποδήρεις καὶ χειριδωτοὺς νόμῳ φοινίκων. Quod genus veſtiũ

Romani,quorũ tunicę ſubſtrictæ & circa humerũ deſinentes erant,molle cenſebant, tunicíſque vti virum,quæ manus totas operirent,probro ducebant.Qua de cauſa Virgil. lib. IX. Æneid.hiuſmodi veſtes, vt fœmineas & probroſas criminatur. Quinetiam Alexander è cultu quidem Perſarum veſtem ſumpſit, Candyn autem,vt Diodor,li.XVII.& Plutarch. lib.I. de Fort. Alex.auctores ſunt,reſpuit. Regum plane, vt & reliquorum Perſarum tunicę χειρῖδας,ſeu manicas habebat quibus eorum manus tegebatur; extra quas,vt ſupra docuimus,nõ licebat Perſis coram Rege manus exerere. *Manuleati* ergo vt Plautus Pſeudolo,Seneca Epiſt.XXXIII.& Sueton.in Caligula loquuntur,erant, quicumq; Regi apparebant.Rex vero ipſe,manibus extra manicas protenſis, conſpiciendum ſe præbebat. Ex his efficitur, Regum inſignia, quæ Dionyſ. Halicarn.lib.III.σύμβολα τῆς ἡγεμονίας,& Dio Chryſoſt.Orat. XIV.βασιλείας σημεῖα vocant,fuiſſe Tiaram rectam cum Diademate, Candyn ἁλιπόρφυρον & μεσόλευκον. Cuiuſmodi inſignia imperii Darium fugientem indecore abieciſſe,ne cultu proderetur,Curtius lib.III.narrat.Eademque ornamenta Antonio in Alexandrum vnum ex filiis conferre placuit. Eũ enim ex ſe & Cleopatra natum,Antonius (quemadmodum Plutarchus in eius vita refert) in publicum produxit ἐσθῆτι, Τιάραν καὶ Κίδαριν ὀρθὴν ἐχούσῃ: quę quidem, vt ſubiicit, σκευὴ Μηδῶν erant. Alexandri vero ſucceſſores, κρηπῖσι καὶ χλαμύδι, καὶ καυσίᾳ διαδηματοφόρῳ κεκοσμημένους fuiſſe, Plutarch. eodem lib. tradit. diadema autem ſinuatum fuiſſe in orbes, indicat Tacitus li.v.cum ait, Tyridatem omen imperii ſeu proſperi tranſgreſſus auſpicium hoc accepiſſe,quod eo ſacrificãte, Euphratem nulla imbrium vi, ſponte in immenſum attolli, ſimul albentibus ſpumis, *in modum Diadematis ſinuare orbes*, contigit.

Perſarum vtique Reges crinitos & capillatos fuiſſe indicio eſt Veſpaſiani dicterium, quo Cometem,qui ſuis temporibus apparuit,eluſit,dicens ad Perſarum Regem pertinere, *cui capillus effuſior*.quod Suetonius in Veſpaſiano,ca.XXIII.& Sex.Aurel.Victor, memorant.

Reges etiam inaures geſtaſſe,argumento eſt quod Cyri ſepulchro illata fuiſſe ἐνώτια, Arrian.lib.VII.refert. Ita Peroſę

ſarum Regi ex aure dextra pendebat *μάργαρος λευκότητι τε καὶ μεγέθους ὑπερβολῇ ἔντιμος ἐξ ὠτὸς τοῦ δεξιοῦ ἀπεκρέματο*, vt Procop. li. I. de bello Perſico refert. Quod & Parthorũ gẽti familiare fuiſſe, Tertullian. in lib. de cultu Fœminar. tradit his verbis: *Scrupuloſa Deus auribus vulnera intulit, & tanti habuit vexationem operis ſui & cruciatus infantiæ tunc primum dolentis; vt ex illis ad ferrum nati corpori: cicatricibus grana neſcio quæ penderent: quæ plane Parthi, per omnia quæque ſua bullarum vice inſerunt.* Zona etiam accinctos fuiſſe Perſarum Reges Curtius lib. III. docet, cum ait, *Zona aurea muliebriter cinctus, acinacem ſuſpenderat, cui ex gemma erat vagina* Diodor. Siculus lib. XVII. de Alexandro, *εἶτα τότε περσικὸν διάδημα περιέθετο, καὶ τὸν διάλευκον ἐνεδύσατο χιτῶνα, καὶ τὴν περσικὴν ζώνην.* vnde & Plutarch. in Alexandro, eos qui Perſarum imperio parebant *περσικὴν ζώνην περιεζωσμένους* vocat, *ἀνεζωσμένους* plane *χιτῶνας* Barbarorum Herodian. li. V. vno & item altero loco memorat.

Hoc amplius, Bracchis & feminalibus, Regum crura velabantur. Proinde Xenophon lib. VIII. Pæd. Cyri habitum deſcribens, habuiſſe cum ait *περὶ τοῖς σκέλεσιν ἀναξυρίδας ὑσγινοβαφεῖς.* Siquidem *ἀναξυρίδας* Heſych. & Suid. *φημινάλια καὶ βράκια* interpretantur. Euſtath. etiam in I. Iliad. *Ἀναξυρὶς*, ait, *τὸ παρὰ Ῥωμαίοις βράκιον δηλοῖ.* Cuiuſmodi fœminalia, ſeu bracchas vſque ad genua pertingentes, à Græcis *περισκελῆ* appellari, D. Hieronym. Epiſt. ad Fabiol. ſcribit. quæ cũ recta ſit vocis *ἀναξυρίδος* interpretatio, quæro quid ſibi velit Pollux lib. VII. Onomaſtic. cum ait: *Καὶ Περσῶν μὲν ἴδια Κάνδυς, καὶ ἀναξυρὶς, ἣν καὶ Κυρβασίαν καὶ Κίδαριν καὶ Πῖλον καλοῦσι.* Falſum enim eſt, ſynonyma iſta eſſe: & bracchas pileo, perinde eſt ac cęlum terræ miſcere. Ac plane Pollucem deliraſſe, nemini ſano veriſimile fiet: nec dubium eſt, deeſſe vocem *Τιάρα*, quæ ex contextu euolauit; quam ſi reuoces & inſeras, in hũc modum, *Καὶ Περσῶν μὲν ἴδια κάνδυς, καὶ ἀναξυρὶς, καὶ Τιάρα, ἣν καὶ κυρβασίαν καὶ κίδαριν καὶ πῖλον καλοῦσιν*, verba conſtabunt, & iis ſententia congruet. Quanquam ſi cui cum Lazaro Bayfio placeat ita emendare, *τὴν δὲ Κυρβασίαν*, &c. non valde repugnabo. Ac rectum eſt quod in fine adiicit, *τὰς δὲ ἀναξυρίδας καὶ σκελέας καλοῦσιν. Σκελέας* autẽ Heſychius interpretatur *τὰ*

τῶν σκελῶν σκεπάσματα, eaque à Parthis Σαράβαρα (ſic enim emendo) vocari tradit. Quam vocem pro Perſica adgnoſcit Suidas, his verbis; Σαράβαρα (ita quippe lego) ἐσθὴς περσική. ἔνιοι δὲ λέγουσι βράκια. Proinde Antiphanes ἐν Σκύθαις ἢ Ταύροις apud Pollucem lib. VII. cap. XIII. & lib. X. cap. XL. Σαράβαρα καὶ χιτῶνας πάντες ἐνδεδυκότες. Heſychius etiam alio loco Σαράβαρα, ait, περὶ τὰς κνημίδας, aut vt magis placet κνήμας, ἐνδύματα. In cuius verbi explicatione nugatur Iſidorus, lib. XIX. Origin. ex quo tamen Publii locum elicimus, quem ad ſuperiora loca adiungam. Ex eo enim hæc verba citat: *Vt quid ergo in ventre tuo Parthi Sarabara ſuſpenderunt?* Inuenitur & hoc verbum cap. III. Danielis, vbi ſic eſt, τότε οἱ ἄνδρες ἐκεῖνοι ἐπεδήθησαν σὺν τοῖς Σαραβάροις αὐτῶν καὶ Τιάραις. Et eod. cap. Καὶ τὰ Σαράβαρα αὐτῶν οὐκ ἠλλοιώθη. Quãquã D. Hieron. in ſuis ad illud Danielis caput commentariis, hanc ſcripturam improbat. Sic enim priorem illum locum cõuertit: *Et confeſtim viri illi vincti bracchis ſuis & tiaris & calciamentis & veſtibus.* Vbi ille, *pro braccis, ait, quas Symmachus* ἀναξυρίδας *interpretatus eſt, Aquila & Theodotion,* Saraballa, *dixerunt & non, vt incorrupte legitur,* Sarabara. *Lingua autem Chaldæorum Saraballa crura hominum vocantur & tibiæ:* ὁμωνύμως, *braccæ eorum quibus crura teguntur & tibiæ, crurales & tibiales appellatæ ſunt.* Eamque vocem, vt idem Hieron. in Epiſt. ad Innocent. de muliere ſæpius icta, vſurpat.

Ceterum Perſas omnes Braccatos fuiſſe, & crura feminalibus velaſſe; Pollux lib. VII. Onomaſtic. cap. XIII. docet. Περσῶν μὲν, inquiens, ἴδια Κάνδυς καὶ ἀναξυρίς. vt & Ariſtagoras Mileſius apud Herodot. lib. V. de Perſis loquens in hunc modum, Ἀναξυρίδας ἔχοντες ἔρχονται εἰς τὰς μάχας. Perſas etiam, vt & Parthos, Τιάραν καὶ ἀναξυρίδας geſtaſſe, Dio Chryſoſtomus Oration. LXXII. ſcribit. Inter βαρβαρικὸν quoque κόσμον ἔξαλλον καὶ ἀλλόκοτον, Plutarch. in Alexandri vita, & lib. I. de eiuſdẽ fortuna. Τιάραν, καὶ Κάνδυν καὶ ἀναξυρίδας, ponit. Et his braccis atq; Cãdye, vt & Tiara abſtinuiſſe eũ principem, Plutarch. ibidem, cum Diodoro lib. XVII. ſcribit. Vnde & *Perſicã braccam*, Ouid. lib. V. Triſt. Eleg. XI. dixit, & *Medos braccatos*, Perſius Satyra III. Suidas in voce Κάνδυς, hæc ex vetuſto ſcriptore ad Perſas pertinentiã verba profert: Ἀποδύσαντες δὲ τὸν

Κάνδυν καὶ τὰς ἀναξυρίδας. Iſidor. lib. xix. Origin. *Perſæ brachia & crura lineamentis, caput Tiara tegunt.* Quo loci *velamentis*; legendum indicat Iuſtinus, è cuius fonte hic riuulus manauit. Apud eum namque legitur, Semiramidem brachia & crura velamentis, caput Tiara texiſſe. Curtius lib. iv. de Babyloniis mulieribus, *Ad vltimum (honos auribus ſit) ima corporum velamenta proiiciunt.* Euſtathius autem in lib. 11. Iliad. τὸ κάλυμμα τῆς αἰδοῦς à Romanis Βράκαι, ab aliis Ἀναξυρίδα, ἐκ τοῦ ἀνασύρεσθαι, dici tradit.

Nec luxu caruiſſe eas procerum Braccas docet Xenophō lib. 10. Ἀναβάσ. Κύρ. his verbis, Ἔχοντες τούτους τοὺς πάνυ πολλοὺς χιτῶνας καὶ τὰς ποικίλας ἀναξυρίδας. Quinetiam principes viros ἀναξυρίσι τριπλῆ vſos, Strabo lib. xv. tradit. Ipſas quoque mulieres in Perſide bracchis vſas, ex Philoſtrato in Rhodogynes Icone colligitur. Bracchas autem *tegmen Barbarum* Romanos exiſtimaſſe, vel vnus Tacitus de Cæcina loquens, locuples teſtis eſt.

Poſtremo, ſceptrum aureum Regés Perſarum geſtaſſe. indicat Xenophon lib. viii. παιδ. Κύρ. apud quem Cyrus moriens hæc ad filios verba facit: Οὐ τόδε τὸ χρυσοῦν σκῆπτρον τὸ τὴν βασιλείαν διασῶζόν ἐστιν, ἀλλ' οἱ πιστοὶ φίλοι σκῆπτρον βασιλεῦσιν ἀληθέστατον. Sed & χρυσῆν ῥάβδον Regis Artaxerxis, legere eſt Eſther cap. vi. & viii. & apud Ioſeph. lib. xi. Antiquit. Iud. cap. vi. Suidas etiam σκῆπτρον interpretatur βασιλικὴν ῥάβδον. Verum de Regio veſtitu cultuq; ſatis ſuperque. Proxime ſequitur, vt quib⁹ in locis degere ac verſari Reges ſolerēt, vtiq; eorum Regiæ extructę inſtructæq; eſſent, dicamus.

Perſarum Reges certo loco, continuas ſedes non habebant, ſed eas ſtatis temporum vicibus mutabant: alibi æſtate. alibi hyeme moram faciētes. Cyrus quidē certe. vt Xenophō lib. viii. παιδ. ſcribit, τὸν μὲν ἀμφὶ τὸν χειμῶνα χρόνον διῆγεν ἐν Βαβυλῶνι ἑπτὰ μῆνας (αὕτη γὰρ ἀλεεινὴ ἡ χώρα) τὸν δ' ἀμφὶ τὸ ἔαρ τρεῖς μῆνας ἐν Σούσοις, τὴν δὲ ἀκμὴν τοῦ θέρους, δύο μῆνας ἐν Ἐκβατάνοις additque, οὕτω δὲ ποιοῦντα αὐτὸν, λέγουσιν ἐν ἐαρινῷ θάλπει καὶ ψύχει διάγειν ἀεί. Similiter & Zonaras Annal. 10. 1. de Cyro, ἐν Βαβυλῶνι μὲν, ait, μῆνας διῆγεν ἑπτὰ τὸν χρόνον δὴ τὸν χειμέριον ἀλεεινὴ γὰρ αὕτη ἡ χώρα. τρεῖς δὲ μῆνας καὶ ἀμφὶ τὸ ἔαρ ἐν Σούσοις ἐν δ' Ἐκβατάνοις δύο διῆγε μῆνας τὴν τοῦ θέρους ἀκ-

μὴν : Quod eius inſtitutum reliqui deinceps fere ſecuti ſunt. Xenophon. lib. III. Αναβάσ. ἡ δὲ πρὸς ἕω, ait; ἐπὶ Σοῦσα καὶ Ἐκβάτανα φέρει, ἔνθα θερίζειν καὶ ἐαρίζειν λέγεται βασιλεύς. Plutarch. in lib. de Exilio Καίτοι τούς γε Περσῶν βασιλέας ἐμακάριζον, ἐν Βαβυλῶνι τὸν χειμῶνα διάγοντας, ἐν δὲ Μηδίᾳ, τὸ θέρος ἐν δὲ Σούσοις τὸ ἥδιστον τοῦ ἔαρος. Hoc & Ælianus lib. III. de Animalib. cap. XIII. ſignificat, cum de Gruum migratione, & cęli mutatione tractans, addit : Σοφίαν δὲ ἥγηνται ἄνθρωποι θαυμαστὴν τοῦ Περσῶν βασιλέως εἰς ἐπιστήμην ἀέρων χρήσεως Σοῦσα καὶ Ἐκβάτανα ᾄδοντες, καὶ τὰς δεῦρο καὶ ἐκεῖσε τοῦ Πέρσου τεθρυλλημένας μεταβάσεις. Athenæus li. XII. Dipnoſoph, Διαβόητοι δὲ ἐπὶ τρυφῇ ἐγένοντο πρῶτοι πάντων ἀνθρώπων Πέρσαι, ὧν καὶ οἱ βασιλεῖς ἐχείμαζον μὲν ἐν Σούσοις, ἐθέριζον δὲ ἐν Ἐκβατάνοις. Et mox, ἐν Περσεπόλει δὲ διατρίβουσι φθινόπωρον, καὶ ἐν Βαβυλῶνι τὸ λοιπὸν τοῦ ἐνιαυτοῦ μέρος. Quæ res Ariſtidi, in Oratione de Romæ laudibus, anſam ad reprehendendum dedit. illic enim Perſarum Reges Scythis Nomadibus comparat, quaſi vagi & errones, hac atque illa commearent. Verba eius ſunt hæc Μεταναστάται τινὲς βασιλεῖς, καὶ Σκυθῶν νομάδων τοσοῦτον διέφερον, ὅσον οὐκ ἐφ' ἁμαξῶν περιῄεσαν, ἀλλ' ἐφ' ἁρμαμαξῶν. νομάδες τινὲς βασιλεῖς καὶ πλάνητες διὰ τὴν ἀπιστίαν καὶ τὸ φόβον τὸ ἐν ταυτῷ καθέδρας, πιέζοντες ὡς ἀληθῶς ὥσπερ τινὰ βύρσαν τὴν ἑαυτῶν χώραν, καὶ τοῦτο κρατοῦντες νῦν μὲν Βαβυλῶνα, πάλιν δὲ Σοῦσα, εἶτα Ἐκβάτανα. Ea plane ratione Perſarum Reges adſecutos ferunt, vt in verna temperie & ἐαρινῷ θάλπει καὶ ψύχει, vitam perpetuo degerent.*

Quæ cum ita ſe habeant, quomodo ſtare poteſt, quod Ælianus lib. x. de Animalibus cap. VI. ſcribit, cochleas Ponticas Perſarum regē, eſtiuos dies Suſis, hibernos vero, Ecbatanis agentē imitari? Hoc enim Gręca eius verba ſonāt, Ποντικοὶ δ' ἄρα κοχλίαι τὸν Περσῶν βασιλέα μεμίμηνται, θερίζοντα μὲν ἐν Σούσοις. χειμάζοντα δὲ ἐν Ἐκβατάνοις. Quæ plane corrupta ſunt, & eorum vitio, fidus alioquin interpres, præceps in errorem actus eſt. Sic igitur procul dubio commutātis verbis, ille locus reſtituendus eſt. θερίζοντα μὲν ἐν Ἐκβατάνοις, χειμάζοντα δὲ Σούσοις. Cur autem Suſis ea anni parte morarentur, in cauſa erat, vt Strabo lib. XV. & ab eo mutuatus Euſtathius in Dionyſ. de Situ orbis ſcribit, καὶ Σούσοις ἔκπυροι τὸν ἀέρα ἔχει, κα-

καυματηρὸν, ὥστε ὑ φθάνουσιν αἱ σαῦραι καὶ οἱ ὄφεις ἐν τῷ διαπορεύεσθαι τὰς ὁδοὺς, ἀλλὰ καταφλέγονται, καὶ λουτρὰ δ᾽ ἤγουν ὕδατα εἰς τὸ λούσασθαι προτεθέντα ψυχρὰ ἐκθερμαίνεται παραχρῆμα. Suſa autem à loci amœnitate & floriditate nomen traxiſſe, ex Ariſtobulo & Chare Mitylenæo Athenæus notat, propterea quod lingua Perſica, SVSVM, lilium ſignificaret. Similitérq; idem Euſtathius in Dionyſiũ, Suſa, διὰ τὸ τοῦ τόπου ἀνθηρὸν, ita vocata ſcribit, Σοῦσα γὰρ ἑλληνικῶς, τὰ κρίνα. Stephanus vero lib. de vrbibus. Suſa vocata ait ἀπὸ τῶν κρίνων, ἃ πολλὰ ἐν τῇ χώρᾳ πεφύκει ἐκείνῃ. Ad fluuium autem Choaſpem ſita fuiſſe Suſa, illicque domicilium Reges conſtituiſſe, Herodot. lib. v. ſcribit in hunc modum, ἐν γῇ Κισσίῃ παρὰ ποταμὸν τόνδε Χοάσπην κείμενα ἐστὶ τὰ Σοῦσα ταῦτα, ἔνθα βασιλεύς τε μέγας δίαιταν ποιέεται, καὶ τῶν χρημάτων οἱ θησαυροὶ ἐν ταῦθα εἰσί. Cyrum etiam loci opportunitatem ſequutum, Suſis τὸ τῆς ἡγεμονίας βασίλειον cõſtituiſſe, quod ea vrbs victis à ſe gentibus immineret, Strabo lib. xv. ſcribit. Ibidemq; οἰκητήριον τῷ βασιλεῖ ἀποδεδειγμένον ait Pauſan. in Laconicis, vt & Ammian. Marcellin. lib. XXIII. *Suſa, ſæpe domicilium Regum*. Diodorus quoq; lib. XVII. τὰ περιβόητα ἐν Σούσοις βασίλεια. Plinius lib. VI. cap. XXVII. *infra eſt Suſiane, in qua vetus regia Perſarum, Suſa*, à Dario *Hyſtaſpis filio condita*. Quæ verba vti accipienda ſint, Ælian. lib. I. de Animalib. cap. LIX. docet, qui à Dario lautius ædificata, & ædium Regiarum magnificentia ornata fuiſſe Suſa ſcribit. Alioquin enim refragaretur vetuſtas, quæ à Tithono eiuſque filio Memnone Suſa condita credidit. Vnde oppidum hoc Μεμνόνειον ἄστυ, καὶ βασιλήια τὰ Μεμνόνεια, Herodot. lib. v. vocat. Eius certe arx. Μεμνόνειον à Strabone lib. xv. vocatur. Sed & Ælian. lib. XII. de Animalib. cap. XVIII. τὰ Μεμνόνεια Σοῦσα nominat. Stephanus de vrbib. Suſa, Μέμνονος κτίσμα, οἰκοδομῆσαι ἐπὶ τῆς ἄκρας τὰ ἐν Σούσοις βασίλεια, τὰ διαμείναντα μέχρι τῆς Περσῶν ἡγεμονίας κληθέντα δ᾽ ἀπ᾽ ἐκείνου Μεμνόνεια. Cui & Diodor. lib. II. adſtipuletur. Caſſiodorus vero lib. VII. variar. Epiſt. xv. *Cyri Medorum Regis domum, quam Memnon arte prodiga, illigatis auro lapidibus fabricauit*, inter fabricarum ſeptem, terris attributa miracula, numerat. Ioſephus certe lib. x. Antiquit. Iud. cap. vlt. & lib. XI. cap. v. Suſa, μητρόπολιν τῆς Περσίδος ſeu Περσῶν appellat.

Nec eſt ſilentio Ecbatanorum Regia prætermittenda, quã Herodot.lib.I.prędicat Ecbatana namq; Medorum Metropolim Diodor.lib.XVII.vocat. Q. Curt.lib.V. *Illeiam Ecbatana peruenerat, Caput Mediæ nunc tenent Parthi, eaque æſtiua gentibus.* Athenæus tamen lib.XI.nulla Ecbatanorum mentione facta, Καὶ οἱ Παρθυηνῶν βασιλεῖς, ait, ἐαρίζουσι μὲν ἐν Ῥαγαῖς, χειμάζουσι δὲ ἐν Βαβυλῶνι. Strabo lib.XV.de Cteſiphonte, ταύτην δὲ ἐποιοῦντο χειμάδιον οἱ τῶν Παρθυαίων βασιλεῖς. Et mox, εἰώθασι δ' ἐν ταῦθα τοῦ χειμῶνος διάγειν οἱ βασιλεῖς διὰ τὸ εὐάερον· τοῦ θέρους δὲ ἐν Ἐκβατάνοις. Ioſeph.lib.XVIII.Antiq.Iud.cap.vlt. τούτοις τε ἦν εἰς Κτησιφῶντα ἀναχώρησις, πόλιν Ἑλληνίδα, καὶ τῇ Σελευκείᾳ πλησίον κειμένην ἔνθα χειμάζει ὁ βασιλεὺς κατὰ πᾶν ἔτος, καὶ πλείστη τῆς ἀποσκευῆς αὐτοῦ τῇδε ἀποκειμένη τυγχάνει. Mediam vtique diuerſoria & magnos receſſus, eoſq; nemoribus manu conſitis amœnos, habuiſſe, Q. Curtius l. VII. narrat, *Eaq; vt ibidem adiicit, præcipua Regum Satraparumq; voluptas erat.* Atq; adeo vbique in Regis Perſarum ditione βασιληΐους σταθμοὺς fuiſſe, καὶ καταλύσιας καλλίστας, Ariſtagoras Mileſius apud Herodotum.lib.V.Cleomeni exponit. Quippe pręter Suſa & Ecbatana alias quoque complures Regias, teſte Strabone lib.XV. Perſarũ Reges habebant: & in his Paſargadas ac Perſepolim, conſentiẽte Arriano lib. III. de Rebus geſt. Alexand. Illic vero Regiam gazam fuiſſe, καὶ τοὺς θησαυρούς. καὶ τὰ μνήματα, ait Strabo, ὡς ἐν τόποις ἐρυμνοτέροις καὶ ἅμα προγονικοῖς. Cyrum vtiq; Paſargadas præ cæteris coluiſſe, ibiq; Regiam, ceu victoriæ monumentum, condidiſſe, quod eo loci Aſtyagem bello viciſſet, idem oſtendit: & Anaximenes ἐν μεγάλαις βασιλέων confirmat, apud Stephanum lib. de vrbibus, cuius verba ſic habent: τὰς δὲ Πασαργάδας ἔκτισεν ὁ Κῦρος, ἐφ' τοῦ τόπου παραταξάμενος Ἀστυάγην ἐνίκησεν. ὀνομάζεται δὲ ἡ πόλις δὲ ἑρμηνευθεῖσα, Περσῶν στρατόπεδον. Eadem de vocis huius notione ſeu etymo, Euſtath. in Dionyſ. tradit.

In Perſepolitana quoq; vrbe (quam, *Caput Perſici Regni* Plinius lib. VI. hiſtor. cap. XVI Iuſtin. lib. XI. Q. Curtius libro IIII. Diodor. Sicul lib. XVII. μητρόπολιν τῆς Περσῶν βασιλείας vocant) Palatium ædificaſſe Cyrum, Ælian. lib. I. de Animalibus cap. LIX. auctor eſt. Paſargada quoque fuiſſe, βασίλεια ἐκοσμεῖτο καὶ μάλιστα τῇ πολυτελείᾳ τῶν κειμένων, id eſt, re-

rum adſeruatarum & reconditarum, idem Strabo eodem li. ſcribit: eaque, τὰ μεγάλα καὶ κατὰ τὴν οἰκουμένην περιβόητα βασίλεια, Diodor. lib. XVII. vocat. Hanc vrbem opulentia Regia ſupra cæteras refertam fuiſſe, Q. Curtius libro quinto confirmat his verbis: *Huius vrbis diuitiæ vicêre præterita. In hanc totius Perſidis opes congeſſerant barbari: aurum argentumque cumulatum erat. Veſtis ingens modus, ſupellex non ad vſum, ſed ad oſtentationem luxus comparata.* Hanc etiam vrbem *multis annis illuſtrem, refertamque orbis terrarum ſpolijs* fuiſſe, Iuſtinus libro XI. ait. Denique vrbs hæc, vt Diodorus Sicul. lib. XVII. ſcribit, πλουσιωτάτη ἦν τῶν ὑπὸ τὸν ἥλιον, τῶν ἄλλων πόλεων ὑπερεῖχεν εὐδαιμονίᾳ, τῶν ἰδιωτικῶν οἴκων πεπληρωμένων ἐκ πολλῶν χρόνων παντοίας εὐδαιμονίας. Regia autem in arce ſita erat, cuius deſcriptionem propter παρασκευῆς πολυτέλειαν hiſtoriæ ſuę inſerere operæpretium Diodor. duxit. Arcem enim cum ſatis ampla & ſpatioſa eſſet, triplici muro cinctam fuiſſe refert: quorũ primus, immenſo ſumptu extructus erat, altitudine cubitorum XVI. exornatus pinnis. Secundus, fabrica priori aſſimilis, duplo altior erat. Tertij ambitus figura erat quadrilatera: eius autem murus altitudinem habebat cubitorum LX. duro lapide, & ad perpetuitatem appoſitiſſimo ædificatus, Latera ſingula æneas habebant portas, quibus adſtabant valli ænei XX. cubitorum longitudine. Hi quidem ad percellendos ſpectãtium animos, illæ ad firmitatem comparatæ. Qua parte arx ad Orientem ſpectabat, aberat ab ea quatuor iugeribus mõs, qui Regius vocabatur, in quo erant ſepulchra Regum. In eadem arce etiam erant Regiæ manſiones complures, extructæ ſumptuoſe: & theſauri ad pecuniarum cuſtodiam accommodate fabricati.

Enimuero multa cedro ædificatam fuiſſe Perſepolitanam Regiam, Q. Curtius libr. V. retulit, cui Alexander, ſtimulos admouente ebrio ſcorto, primus ignem iniecit, aliiſque faſces ſubdentibus, celeriter igne concepto, late ſeſe ſubdit incendium, vt narrant Diodor. Sicul. lib. XVII. Arrianus lib. IV. & Curtius lib. V. qui vrbis illius caſum ita deflet: *Hunc exitum habuit Regia totius Orientis, vnde tot gentes ante iura petebant: patria tot Regum vnicus quondam Græciæ terror, molita mille nauium claſſem, & exercitus, quibus Europa inundata eſt*

*contabulato mari molio, perfoſſiſque montibus, in quorum ſpecus fretum immiſſum eſt. Ac ne tam longa quidem ætate, quæ excidium eius ſecuta eſt, reſurrexit. Alias urbes habuêre Macedonum Reges, quas nunc habent Parthi. Huius veſtigium non inueniretur, niſi Araxes amnis oſtenderet.*

Tranſlato vero ad Parthos imperio, Cteſiphon Imperij ſedes conſtituta. Tacitus lib. VI. Annal. *Atque interim Cteſiphon ſedes Imperij petita.* Herodian. lib. III. de Cteſiphonte, ἔνθα ἦν τὰ βασίλεια τῶν Παρθυαίων. Plin. lib. V. cap. XXVI. *Cteſiphontem in Chalanotide condidêre Parthi: quod nunc eſt caput regni.*

Septam autem fuiſſe Perſarum Regiam multis ianuis & ſtipatoribus, Ariſtoteles lib. de Mundo ſcribit, cuius verba ipſa Græca, quod non Regiarum modo ædium magnificentiam, verum etiam faſtum Perſici Regni graphice depingant, ſubieci. Sic autem habent: ἀλλ' οἷον ἱστορεῖται τὸ Καμβύσου, Ξέρξου τε καὶ Δαρείου πρόσχημα, εἰς σεμνότητος καὶ ὑπεροχῆς ὕψος μεγαλοπρεπῶς διεκεκόσμητο. αὐτὸς μὲν γὰρ, ὡς λόγος, ἵδρυτο ἐν Σούσοις καὶ Ἐκβατάνοις παντὶ ἀόρατος, θαυμαστὸν ἐπέχων βασιλέων οἶκον, καὶ περίβολον χρυσῷ καὶ ἠλέκτρῳ καὶ ἐλέφαντι ἀστράπτοντα. πυλῶνες δὲ πολλοὶ καὶ συνεχεῖς, πρόθυρά τε συχνοῖς εἰργόμενα σταδίοις ἀπ' ἀλλήλων, θύραις τε χαλκαῖς καὶ τείχεσι μεγάλοις ὠχύρωτο. ἔξω δὲ τούτων ἄνδρες οἱ πρῶτοι καὶ δοκιμώτατοι διεκεκόσμηντο. οἱ μὲν ἀμφ' αὐτὸν βασιλέα δορυφόροι τε καὶ θεράποντες, οἱ δὲ ἑκάστου περιβόλου φύλακες, πυλωροί τε καὶ ὠτακουσταὶ λεγόμενοι· ὡς ἂν ὁ βασιλεὺς αὐτὸς δεσπότης καὶ θεὸς ὀνομαζόμενος πάντα μὲν βλέποι, πάντα δὲ ἀκούοι. χωρὶς δὲ τούτων ἄλλοι καθειστήκεσαν προσόδων ταμίαι, καὶ στρατηγοὶ πολέμων, καὶ κυνηγεσίων, δώρων τε ἀποδεκτῆρες τῶν δὲ λοιπῶν ἔργων ἕκαστοι κατὰ τὰς χρείας ἐπιμεληταί. τὴν δὲ σύμπασαν ἀρχὴν τῆς Ἀσίας, περατουμένην Ἑλλησπόντῳ μὲν, ἐκ τῶν πρὸς ἑσπέραν μερῶν Ἰνδῷ δὲ, ἐκ τῶν πρὸς ἕω, διειλήφεσαν κατ' ἔθνη στρατηγοὶ καὶ σατράπαι καὶ βασιλεῖς, δοῦλοι τοῦ μεγάλου βασιλέως, ἡμεροδρόμοι τε καὶ σκοποὶ, καὶ ἀγγελιαφόροι καὶ φύλακες, φρυκτωριῶν τε ἐπόπτῆρες. τοσοῦτος δὲ ἦν ὁ κόσμος καὶ μάλιστα τῶν φρυκτωριῶν κατὰ διαδοχὰς πυρσευόντων ἀλλήλοις ἐκ περάτων τῆς ἀρχῆς μέχρι Σούσων καὶ Ἐκβατάνων, ὥς τε τὸν βασιλέα γινώσκειν αὐθημερὸν πάντα τὰ ἐν τῇ Ἀσίᾳ καινουργούμενα. Quem Ariſtotelis locum, Apuleius in libro eiuſdem argumenti & tituli, Latinum fecit in hunc modum: *Cambyſes & Xerxes & Darius potentiſsimi Reges fuerunt:*

*fuerunt: horum præpotentia quam ex opibus collegerant, lenocinium vitæ effecerat celſiorẽ: cum eorum alter apud Suſam & Ecbatana, vt in fano quodam ſacratus, nulli temere notitiam oris ſui panderet, ſed circumſeptus admirabili Regia, cuius tecta fulgerent, eboris, argenti, luce flammea, auri vel electri claritate. Limina vero alia præ aliis erant. Interiores fores exteriores ianuæ muniebant, portæque ferratæ & muri adamantina firmitate. Ante fores viri fortes Stipatoreſque regalium laterum tutela peruigili, cuſtodia, per vices fortium, ſuſtinebant. Erant inter eos diuerſa officia in comitatu Regio. Armigeri quidam, at extrinſecus ſinguli cuſtodes locorum erant, & Ianitores, & Atrienſes. Sed inter eos* Aures Regiæ & *Imperatoris* Oculi *quidam homines vocabantur; per quæ officiorum genera,* Rex *ille ab hominibus* Deus *eſſe credebatur, cum omnia vbicunque gererentur ille Otacuſtarum relatione diſcebat. Diſpenſatores pecuniæ, Quæſtores vectigalium, & Tribunos ærarios habebat. alios & alios præfecerat ceteris vrbibus. alij venatibus agendis prouinciam nacti, pars domibus & muneribus præfecti putabantur, & ceteris perpetuis magniſque curis obſeruatione ſingularum rerum appoſiti erant. ſed omne* Aſiaticum Regnum *ab* Occidente *Helleſpontus terminabat, ab ortu gens inchoabat Indorum.* Duces *ac Satrapæ vbique diſpoſiti, & permixta locis omnibus mancipia regalia. Ex eo numero erant excurſores diurni, atque nocturni exploratores, & per vices incenſæ faces ex omnibus* Regni *ſublimibus locis in vno die Imperatori ſignificabant quod ſcito opus.* Quæ verba valde in editis exemplaribus deprauata, à me ſunt manuſcriptorum codicum beneficio, in integrum reſtituta. Facit autem hic locus ad eorum firmandam opinionem, qui librũ illum de Mundo, vtpote ſtante adhuc, & necdum euerſo Perſarum imperio ſcriptum, Ariſtoteli merito adſcribendum cenſent: quem ſine cauſa plerique ad alium auctorem transferunt.

Porro auream Regis Perſarum Domum Philoſtrat. lib. II. Imag. in Themiſtoclis tabula, ſtrictim & per tranſenam attigit. Apud Æſchylum quoque ἐν Πέρσαις, Atoſſa χρυσοστόλμους ſuas δόμους iactat. Nec non Dio Chryſoſt. Orat. II. de Regno: αὐλὴν τῶν Ἀσιαγενῶν βασιλέων fuiſſe πολυχρήματον & πολύχρυσον ait: Menelaiq; habitationem, ab Homero lib. IIII. Odyſſeæ, tanquam Perſicam aut Medican Regum habita-

tionem deſcribi Sed & χρυσοῦ βασιλέως οἶκον prædicat Lucian.in lib. περὶ οἴκου: cuius Arſacidas conditores facit, quam tamen popularem duntaxat admirationem habuiſſe, propter magnificentiam laude carentem, ſcribit.

Sed & in aurea ſella ſediſſe Perſarum Regem Philoſtra. li. II. Imag. illo quem paulo ante laudaui loco oſtendit. Cteſias quoque meminit δίφρου χρυσοῦ, quod Magus falſus Rex in cubiculo habebat, cuius pede arrepto contra percuſſores ſuos pugnauit. Xerxem etiam ἐν χρυσῷ θρόνῳ καθήμενον naualem pugnam ſpectaſſe, Io. Tzetzes hiſtor. Chil. I. cap. XXXII. ſcribit. Aureo pariter ſolio Alexandrum vſum Athenæus lib. XII. ſcribit. Eiuſdem mortui corpus aureo ſolio impoſitum Quintus Curtius libro vltimo refert. Ælian. libr. IX. var. hiſt. cap. III. καὶ ἐν μέσῃ δὲ τῇ σκηνῇ χρυσοῦς ἐτίθετο δίφρος, καὶ ἐπ' αὐτῷ καθήμενος Ἀλέξανδρος ἐχρημάτιζε. Arrianus autem lib. VI. θρόνον βασίλειον Alexandri deſcribens, fuiſſe ait κλίνας ἑκατέρωθεν τοῦ θρόνου ἀργυρόποδας, ἐφ' ὧν οἱ ἀμφ' αὐτὸν ἑταῖροι ἐκάθηντο. Similiter Athenæus lib. XII. ex Ephippo Olynthio, ἐν τῷ παραδείσῳ ἔκειτο αὐτῷ χρυσοῦς θρόνος, καὶ κλίναι ἀργυρόποδες· ἐφ' ὧν καθεζόμενος ἐχρημάτιζε μετὰ τῶν ἑταίρων. Vnde Dio Chryſoſt. Orat. XLIX. Perſarum Reges ἐν θρόνοις χρυσοῖς καθημένους βασιλέας vocat ipſius etiam Cyri qui Regis Darij minor natu filius erat, cum prouinciam ſibi à patre decretam obtineret, θρόνον, ἐφ' ᾧ ἐκάθητο, ἀργυροῦν καὶ χρυσοῦν fuiſſe, Xenophon lib. I. ἑλλην. indicat. Regiam vero ſellam & θρόνον τῆς βασιλείας Suſis Reges habuiſſe ex cap. I. & V. hiſtoriæ Eſther patet. Eamq; vrbem ingreſſus Alexander, in Darij ſella conſediſſe dicitur: Quod conſpiciens Demaratus Corinthius, vt Plutarch. li. I. de fort. Alexand. narrat, prægaudio lachrymas, maxima voluptate & lætitia Græcos caruiſſe dixit, qui morte præcepti, Alexandrum Darij ſellæ inſidentem non vidiſſent.

De hac autem Regia ſella, in qua priuatis conſidere capitis pœna interdictum fuiſſe, ſupra docuimus, hiſtoriam non iniucundam Diodor. Siculus lib. XVII. ſectio. II. refert, quam Curtij verbis enarrabo. Hoc enim interprete Græcus auctor gloriabitur. Sic igitur Diodori ſententiam Curtius libro quinto de Alexandro Suſa ingreſſo agens, expreſſit. *Conſedit deinde in Regia ſella, multo excelſiore, quam pro habitu cor-*

*poris Itaque eum pedes imum gradum non contingerent, vnus ex Regijs pueris menſam ſubdidit pedibus: & cum Spadonem, qui Darij fuerat, igemiſcentem conſpexiſſet Rex, cauſam mæſtitiæ requiſiuit. Ille indicat, Darium veſci in ea ſolitum, ſeque ſacram eius menſam ad ludibrium recidentem ſine lachrymis conſpicere non poſſe: ſubiit ergo Regem verecundia violandi hoſpitales Deos: Iamque ſubduci iubebat, cum Philotas, Minime vero feceris Rex, ſed Omen quoque accipe, menſam ex qua libauit hoſtis epulas, tuis pedibus eſſe ſubiectam.* Plutarchus in Alexandrina vita, & libro III. de Fortuna eiuſdem Principis. Quo loci notandum eſt, quod Diodor. τὸ ὑπὸ τὸν θρόνον ὑπόβαθρον dixit, Curtium, *imum gradum* vertiſſe Et quidem θρόνον Athenæus libro V. χαθέδραν σὺν ὑποποδίῳ interpretatur. Quod autem Plutarch. li. II. de fort Alexand. in Darii precatione Κύρου θρόνον dixit, Horat. Ode II. li. II. *Cyri ſolium* Curt. vero li. VI. *Cyri ſedem* vocat. Sellam plane Regiam Parthorum Regi repetenti quam Traianus ceperat, Antoninum Pium pernegaſſe, Capitolinus in eius vita ſcribit Enimuero ſellç illius in qua ſedēs Perſarū Rex populo Ius reddere ſolebat, ornatum Athenæus lib. XII. declarat his verbis: ὁ δὲ θρόνος ἐφ᾽ ᾧ ἐχρημάτιζε καθήμενος, χρυσοῦς ἦν, ὃν περιειστήκεσαν τέσσαρες κιονίσκοι λιθοκόλλητοι χρυσοῖ, ἐφ᾽ ὧν διετέτατο ἱμάτιον ποικίλον πορφυροῦν.

Præterea aureo lecto cubare Reges ſolebant, qui mos & ad Parthos tranſiit. Proinde Artabanus Parthorum Rex, Adiabenorum Regem, cuius ope in Regnum reſtitutus fuerat quam maximis poſſet honoribus ornare cupiens, Τιάραν ὀρθὴν ἐπέτρεψεν αὐτῷ φορεῖν, καὶ ἐπὶ χρυσῆς κλίνης καθεύδειν· ἅπερ μόνων ἐστὶ γέρας καὶ σημεῖον τῶν Πάρθων βασιλέων, ait Ioſephus lib. XX. Antiquit. Iudaic. cap. III. Ei etiam ex tribus corporis cuſtodibus qui verioris orationis palmam ferret, pollicitum Darium ἐπὶ χρυσῷ, ſeu, ἐπὶ χρυσοῖν καθεύδειν, libr III. Eſdræ cap. III. & apud Ioſephum libro X. Antiquit. Iudaic. capite IIII. legimus. Sed & aureo tabernaculo, nauem Sidoniam, qua Xerxes vehebatur, inſtructam fuiſſe, Herodot. libr. VII. refert. Auream quoque Platanum, item Auream arbuſtiuam vitem Regis Perſarum, hiſtoriarum monumenta prædicant. Xenophon lib. VII. ἑλληνικ. Ἐπεὶ καὶ τὴν ὑμνουμένην ἂν χρυσῆν πλάτανον οὐχ ἱκανὴν ἔφη εἶναι τέττιγι σκιὰν παρέχειν. Qua de

re Athenæus lib. VII. hæc Philarchi verba adfert, τὰς χρυσᾶς πλατάνους καὶ τὴν χρυσῆν ἄμπελον, ὑφ' ἧς οἱ Περσῶν βασιλεῖς ἐχρημάτιζον πολλάκις καθήμενοι, σμαραγδίνους βότρυς ἐχούσας, καὶ τῶν ἰνδικῶν ἀνθράκων ἄλλων τε παντοδαπῶν λίθων ὑπερβαλλόντων ταῖς πολυτελείαις. Plane aurea Platano, ſimul & aurea vite, Darium à Phytio Lydo hoſpite ſuo donatum Herodot. lib. VII. memoriæ prodidit. Plinius lib. XXXIII. cap. X. *Quota vero ille ipſe (neque enim de Regibus loquor) portio fuit Pythij Bithini, qui Platanum auream vitemque nobilem* illam Dario Regi *donauit.* Vnde Tzetzes hiſtoria verſ. cap. XXXII. Πύθιος τοῦτον (Xerxem videlicet) ὁ Λυδὸς ὡς ποδόνιπτρον Δαρείῳ ἀναδενδράδα δέδωκε. καὶ πλάτανον πάγχρυσον. Atq; aureæ huius platani meminit Dio Chryſoſtom. Orat. LVIII. Eius etiam, vt & χρυσῆς ἀναδενδράδος, Plutarch. lib. II. de fortuna Alexandri mentionem facit, narrans Alexandrum à tenera ætate, Regiæ indolis ſpecimen exhibuiſſe in eo, quod Regis Perſarum legatos ad patrem miſſos nihil de aurea illa vite, nec aliis id genus ludicris percontatus foret. Vitem autem illam gemmis ornatam fuiſſe, & lecto ſuperſtantem, Athenæus lib. XII. planum facit. Hæc enim ex Chare Mytilenæo lib. V. Alexandreïdos verba adducit. ἦν δὲ ἐν τῷ κοιτῶνι καὶ λιθοκόλλητος ἄμπελος χρυσῆ, ὑπὲρ τῆς κλίνης. Huius vitis vuas ex pretioſiſſimis lapillis coagmẽtatas fuiſſe, ibidem refert, Amyntam auctorem laudãs, cuius hæc verba adfert: τὴν δὲ ἄμπελον ταύτην Ἀμύντας ἔφη ἐν τοῖς σταθμοῖς, καὶ βότρυας ἔχειν ἐκ τῶν πολυτελεστάτων ψήφων συντεθειμένους, fuiſſe hoc Theodori opus Himerius ἐν μελέταις docet, Καὶ οἶκος, inquiens, Δαρείῳ βασίλειον καὶ ἄμπελος Ἀρταξέρξῃ, Θεοδώρου Σαμίου ποίημα.

Palatiis vero Regum hortos applicitos fuiſſe, ex cap. VII. Eſther colligitur. Erant & illis agri cõſepti, ac diligenter cõſiti, quos παραδείσους lingua ſua vocabant, in quos animi laxandi & remittendi cauſa ſecedere & morari conſueuerant. Xenophon Oeconomico de Rege Perſarum loquens, Ἐν ὁπόσαις τε χώραις ἐνοικεῖ καὶ εἰς ὁπόσας ἐπιστρέφεται, ἐπιμελεῖται τούτων, ὅπως κῆποί τε ἔσονται οἱ Παράδεισοι καλούμενοι, πάντων καλῶν τε καὶ ἀγαθῶν μεστοὶ ὁπόσα ἡ γῆ φύειν ἐθέλει καὶ ἐν τούτοις αὐτὸς τὰ πλεῖστα διατρίβει, ὅταν μὴ ὥρα τι ἐξείργῃ. Et mox ait, cum in his paradiſis Rex verſari ſoleret, operam dediſſe

cum, ὡς κάλλιστοι κατεσκευασμένοι, δένδρεσι καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι καλοῖς ὅσα ἡ γῆ φέρει. Eiuſmodi ſeptum in vrbe Phœniciæ Sidone habuiſſe Reges Perſarum indicio eſt, quod Diodor. li. XVI. ſcribit, βασιλικὸν παράδεισον, ἐν ᾧ τὰς καταλύσεις οἱ τῶν Περσῶν βασιλεῖς εἰώθεσαν ποιεῖσθαι δενδροτομήσαντες διέφθειραν. Plutarchus etiam in Artaxerxe, Ἐπεὶ δὲ, inquit, εἰς σταθμὸν κατέβη βασιλικὸν, παραδείσους ἔχοντα θαυμαστοὺς καὶ κεκοσμημένους διαπρεπῶς, ἐν τῷ πέριξ ἀδένδρῳ καὶ ψιλῷ. Vnde Heſychius Παράδεισον, τὴν βασιλέως κατάλυσιν interpretatur. Quam vocem è Perſide in Græciam migraſſe, illa Xenophontis modo prolata verba ſatis aperte indicant: diſerte vero idipſum confirmat Pollux lib. IX. cap. II. his verbis: Οἱ δὲ παράδεισοι βαρβαρικὸν εἶναι δοκοῦσι τοὔνομα, ἤδη καὶ κατὰ συνήθειαν εἰς χρῆσιν ἐλληνικὴν ὡς καὶ ἄλλα πολλὰ τῶν Περσικῶν. vſurpatur & ab Hebræis vox hæc, Pardes e Perſico idiomate, vt Eccleſiaſtici cap. II. Canticor. IIII. apparet. Valeāt ergo qui cum Suida peregrinę huius vocis originem παρὰ τὸ δεύσω, id eſt, βρέχω, aut παρὰ τὸ τὴν δεῖσαν id eſt, βοτανῶν συλλογὴν) ποιεῖσθαι, arceſſunt.

Paradiſos autem Perſarum μεστοὺς δένδρων καὶ θηρίων fuiſſe Xenophon lib. III. ἑλληνικῶν docet. His enim incluſæ feræ alebantur, quas Reges, voluptatis ſimul & exercendi corporis cauſa, agitare exercereque conſueuerant. Itaque Aſtyages ad Cyrum apud Xenophont. lib. I. παιδ. πάντα νῦν ἐν τῷ παραδείσῳ θηρία δίδωμί σοι. Et aliás eodem lib. ταχὺ δὲ ἐν τῷ παραδείσῳ θηρία ἀνηλώκει, διώκων καὶ βάλλων, καὶ κατακαίνων. Ac paulo poſt, ἐφλυαροῦμεν, ὅτε τὰ ἐν τῷ παραδείσῳ θηρία ἐθηρῶμεν. Idem lib. I. Αναβασ. de Celænis Phyrgiæ vrbe, Ἐνταῦθα Κύρῳ βασίλεια ἦν καὶ παράδεισος μέγας, ἀγρίων θηρίων πλήρης ἃ ἐκεῖνος ἐθήρευεν ἀπὸ ἵππου ὁπότε γυμνάσαι βούλοιτο ἑαυτόν τε καὶ τοὺς ἵππους. Philoſtrat. lib. I: de vita Apollonii: Μέλλων δὲ ποτε πρὸς θήραν γίγνεσθαι τῶν ἐν τοῖς παραδείσοις χωρίων, ἐς οὓς λέοντες ἀποκλείονται τοῖς βαρβάροις καὶ ἄρκτοι καὶ παρδάλεις. Vnde hiſce paradiſis cauſas feras, θηρία περιωκοδομημένα Xenophon lib. I. παιδ. vocat. Cuiuſmodi ſepta Romani *Viuaria* appellabant. Agell. lib. II. cap. XIX. *Viuaria quæ nunc dicuntur, ſepta quædam loca in quibus feræ viuæ paſcuntur.* Et mox, *Viuaria autem quæ nunc vulgus dicit, ſunt quos Græci* Παραδείσους *vocant.* Ammian. Marcellin. lib. XXXI. de Gratiano, *Intra Septa, quæ appel-*

*lant Viuaria, ſagittarum pulſibus crebris dentatas conficiens beſtias*
Cuius generis ſaltus multos in regione, quæ *Bazaria* appellatur, fuiſſe, Curtius Rufus lib. VIII. ita ſcribit: *Barbaræ opulentiæ in illis locis haud ulla ſunt maiora indicia, quam magnis nemoribus, ſaltibuſq; nobilium ferarum greges clauſi. Spatioſas ad hoc eligũt ſiluas crebris perennium aquarum fontibus amœnas. Muris nemora cinguntur, turreſque habent venantium receptacula.* Sed & Ammian. Marcell. libro XXIV. refert in lucorum tractu. *extentũ fuiſſe ſpatium & rotundum loricæ ambitu circumcluſum, deſtinatas* Regis *voluptatibus continens feras ceruicibus iubatis Leones, armiſq;* Hiſpidos *apros & vrſos* (vt ſunt Perſici) *vltra omnem rabiem ſæuientes, & alia lecta immania corpora beſtiarum.* Venationes quoque regias fuiſſe in Babylone, & omnis generis beſtias quę murorum eius tantum ambitu coërcerẽtur, D. Hierõ. in Eſaiæ cap. XI. ſcribit. Hiſce vero cõſeptis agris ſupra modum oblectatos Perſarũ Reges, vel ex eo liquet, quod Sardianum Paradiſum manu ſua conſerere Cyrus minor, non ſit grauatus. Quod poſt Xenophontem in Oeconomico, Ælianus lib. I. de Animalibus ca. XIX. refert. Sed ipſum Xenophõtẽ Latine, Ciceronis ore loquentẽ, audiamus. Eius enim in li. de Senectute verba ſic habent: *Xenophon in eo libro, qui eſt de tuenda re familiari, qui Oeconomicus inſcribitur, refert, Cyrum minorem Perſarum Regem præſtantem ingenio atque imperii gloria, quum Lyſander* Lacedæ*monius vir ſummæ virtutis veniſſet ad eum Sardis, eique dona a ſociis attuliſſet, & ceteris in rebus comem erga Lyſandrum atque humanum fuiſſe, & ei quandam conſeptum agrum, diligenter conſitum oſtendiſſe. Quum autem admiraretur Lyſander & proceritates arborum, & directos in quincuncem ordines, & humum ſubactam atque puram, & ſuauitatem odorum, qui afflarentur à floribus: tum eum dixiſſe, mirari ſe non modo diligentiam, ſed etiam ſolertiam eius à quo eſſent illa dimenſa atque deſcripta: & ei Cyrum reſpondiſſe, Atqui ego omnia iſta ſum dimenſus: mei ſunt ordines, mea deſcriptio: multæ etiam iſtarum arborum mea manu ſatæ ſunt. Tum Lyſandrum intuentem purpuram eius, & nitorem corporis, ornatumque Perſicum multo auro, multiſque gemmis, dixiſſe: Recte vero te Cyre beatũ ferũt, quoniam virtuti tuæ fortuna coniuncta eſt.* Eoſdem Cyri minoris

hortos prædicat & Ælianus lib. I. de Animal. cap. LIX. Cuius verba Græca cum Latinis Ciceronis cuilibet comparãda relinquo. Alexãdrũ vero hiſce Perſarũ ſeptis è Græcia aduectas arbores poni iuſſiſſe Plutarch. li. III. Sympoſiac. auctor eſt.

Hoc loco celebres illos Hortos penſiles Babylonis tacitè præterire nõ poſſum: Hos enim inter ſeptem orbis mira narrari, Lactantius lib. III. De falſa ſapientia, cap. XIV. prodidit: De quibus hæc Diodor. Sicul. lib. II. Ὑπῆρχε δὲ καὶ ὁ κρεμαστὸς καλούμενος κῆπος παρὰ τὴν ἀκρόπολιν. οὐ Σεμιράμιδος, ἀλλά τινος ὕστερον Σύρων βασιλέως κατασκευάσαντος χάριν γυναικὸς Παλλακῆς. ταύτην γὰρ φασὶν οὖσαν τὸ γένος Περσίδα καὶ τοὺς ἐν τοῖς ὄρεσιν λειμῶνας ἐπιζητοῦσαν, ἀξιῶσαι τὸν βασιλέα μιμήσασθαι διὰ τῆς τοῦ φυτουργίου φιλοτεχνίας τὴν τῆς Περσίδος χώρας ἰδιότητα. Horti autem illi, vt ibidem ſubiungit, patebant in ſingula latera quatuor iugera: acceſſus vero montoſus erat, habebatque extructiones alias ex aliis aptas, ita vt theatri aſpectũ referrent: ſub extructis autem aſcenſibus ædificatæ erant teſtudines ſuſtinentes totum viridarii pondus, ſeque inuicem ſenſim paulùlum exuperantes acceſſu. Fornici autem ſupremo cuius altitudo erat L. cubitorum, impoſita erat ſuprema hortorum ſuperficies ambitui propugnaculorum adæquata. Deinde muri ſumptuoſe firmati & ſtabiliti craſſitudinem habebant pedum XXII. Egreſſus autem quilibet latitudinem habebat X. pedum. Culmina tegebantur lapideis trabibus, longitudine, vna cum epibolis, pedum XVI. latitudine vero, IIII. Tabulatum autem trabibus impoſitum, primo quidem ſubſtratum habebat calamum multo bitumine illitum, deincepſque laterem coctum duplicem gypſo colligatum. tertio ſuperiniectum erat tectum plumbeum, ne aggeris humor altius penetraret: ſuper hæc aggeſta erat terræ magna vis quæ ſufficeret alendis maximarum arborum radicibus. Solum autem adæquatum & complanatum, plenum erat arborum omnis generis, quarum & magnitudine & reliqua venuſtate ſpectatores caperentur. fornices lumen excipientes quod ſe mutuo excederent, habebant multas & varias Regum diætas: Quarum vna ſupremam ſuperficiem multis locis inciſam habebat, & machinas ad hauriendas aquas, quibus aquæ magna vis ex flumine ſurſum attollebatur,

quod à nemine externo perſpici poterat. Similiter & Strabo lib. xv. hortos iſtos penſiles deſcribens, quadrata figurà fuiſſe, eorumque ſingula latera quatuor iugera patuiſſe ſcribit. Continebanturque, vt ibidem ait, ac fulciebantur concameratis fornicibus, firmatis, ſuper talis cuborum ſimilibus, quorum alii ſuper alios erant impoſiti. Tali autem illi concaui erant, terra pleni ad excipiendas & alendas maximas quaſq; arbores: ex coctili latere & bitumine conſtructi, tam ipſi quam fornices & teſtudines. Supremum tectum aſcenſus ſcalares habebat, & cochleas ipſis appoſitas, per quas aquam ſurſum in hortos ex Euphrate aſſidue attollebant ii quibus id oneris mandatum erat. Fluuius ſiquidem mediam ciuitatem præterfluebat, latitudine ſtadii, cui erant horti impoſiti. Placet etiam Q. Curtii de iiſdem hortis locum, ex eius lib. v. ſubiicere: vt eo modo Latina eius verba cũ Græcis Diodori & Strabonis coniungi poſſint. *Super arcem*, ait ille, *vulgatum Græcorum fabulis miraculum, Penſiles horti ſunt, ſummam murorum altitudinem æquantes, multarumque arborum vmbra & proceritate amœni. Saxeæ pilæ, quæ totum onus ſuſtinent, inſtructæ ſunt. Super pilas lapide quadrato ſolum ſtratum eſt, patiens terræ, quam altam iniiciunt, & humoris quo rigant. adeoque validas arborum ſuſtinent moles, vt ſtipites earum* VIII. *cubitorum ſpacium craſsitudine æquent, in* L. *pedum altitudinem emineant, & frugiferæ æque ſint, ac ſi terra ſua alerentur. Et cum vetuſtas non opera ſolum manu facta, ſed etiam ipſam naturam paulatim exedendo perimat, hæc moles, quæ tot arborum radicibus premitur, tantique nemoris pondere onerata eſt, inuiolata durat: quippe* XX. *lati parietes ſuſtinent,* XI. *pedum interuallo diſtantes, vt procul viſentibus ſiluæ montibus ſuis imminere videantur. Syriæ* Regem *Babyloniæ regnantem, hoc opus eſſe molitum, memoriæ proditum eſt, amore coniugis victum, quæ deſiderio nemorum ſyluarumque in campeſtribus locis virum compulit naturæ genium amœnitate huius operis imitari.* Illius autem Aſſyriorum Regis huiuſmodi hortorum auctoris nomen, quod Diodor. Sicul. eumque ſecutus Curtius ſilentio prætermiſit, efferre mihi in promptu eſt, indicium deferente Ioſepho libro x. Antiq. Iud. cap. XI. qui Nabuchodonoſorem patris Regiæ aliam adieciſſe cum horum hortorum acceſſione, ita ſcribit,

Ἐν δὲ τοῖς βασιλείοις τούτοις. ἀναλήμματα λίθινα ἀνῳκοδόμησε, τὴν ὄψιν ἀποδοὺς ὁμοιότητα τοῖς ὄρεσι, καὶ καταφυτεύσας δένδρεσι παντοδαποῖς, ἐξειργάσατο καὶ κατεσκεύασε τὸν καλούμενον κρεμαστὸν παράδεισον, διὰ τὸ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ ἐπιθυμεῖν τῆς οἰκείας διαθέσεως, ὡς τεθραμμένην ἐν τοῖς κατὰ Μηδίαν τόποις Suidas, Ναβουχοδονόσορ βασιλεὺς Βαβυλῶνος, οὗτος κτίσας Βαβυλῶνα πόλιν μεγάλην καὶ κινστέρναν, καὶ ἐπάνω αὐτῆς, κῆπον τεχνησάμενος, καὶ τὸν κληθέντα Κρεμαστὸν, καὶ καταφυτεύσας ἐν αὐτῷ παντοδαπὰ γένη φυτῶν, ἐν αὐτῷ διῆγεν. εἰς τοῦτον οὖν ἡ γυνὴ αὐτοῦ περιπολοῦσα καὶ πᾶσαν ἐκείνην ἐποπτεύουσα, κατετέρπετο, ὑπ' οὐδενὸς ὁρωμένη Fallitur ergo Euſtathius in ſuis Dionyſ.. de ſitu orbis commẽtariis, qui Semiramidi huiuſmodi hortos acceptos fert, in reliquis belle cum Diodoro conueniens, his verbis, ἔκτισε δὲ (Semiramidem intelllge) καὶ δεξαμενὴν μεγάλην ἢ κῆπον ἐπίγειον θαυμαστὸν, ἐπιλεγόμενον κρεμαστὸν, ὃς τετράπλευρος μὲν ἦν, ἑκάστην δὲ πλευρὰν εἶχε τετράπλεθρον. καὶ ἦν ἓν καὶ αὐτὸς τῶν ἑπτὰ κοσμικῶν θεαμάτων. Atque hi ſunt κρεμαστοὶ κῆποι, quorum Plutarch. lib. II. de Fort. Alexand. mentionẽ facit. Qua in parte ſit ne μνημονικῷ ἁμαρτήματι Dio Chryſoſtom. lapſus, aliorum eſto iudicium. Ille enim Orationis flumen aureum fundẽs, Suſis, pẽſilem hortum in extremo Orationis περὶ πλούτου ita adſignat, Οὐδ' ἂν γένοιτό ποτε ἄνθρωποι εὐδαίμονες ἀνόητοι καὶ ἄφρονες οὐδ' ἂν τὸν ἐν Σούσοις παράδεισον οἰκοδομήσωσιν ὃς ἦν, ὥς φασι, μετέωρος ἅπας. Leguntur & *penſiles hortos*, imo vero totum oppidum, feciſſe, Ægyptiæ Thæbæ, auctore Plinio lib. XXXVI. Natur. hiſtor. cap. XIV.

Ceterum quoniam in Babylonis mentionem incidimus, non alienum foret quæ de eius vrbis pulchritudine ac venuſtate literis & memoriæ prodita ſunt hic inſerere. Nec enim penſiles modo horti, ſed & ipſa vrbis mœnia omnium in ſe ora & oculos cõuerterunt. vſq; adeo vt inter ſeptem mirabilia orbis opera numerentur. Verum ad alia quæ huius inſtituti propria ſunt feſtinans, ſatis habebo locos vnde huius rei cognitio peti poſſit, indicaſſe: Igitur qui amplitudinem vrbis noſſe deſiderabit, ſumat in manus Herodot. lib. I. Diodor. Sicul. lib. II. Strabon. lib. XVI. Propertiũ lib. III. Eleg. IX. Plin. lib. VI. cap. XXVII. Curtium lib. V. Solinum in Polyhiſtore. Neminem illi patientur à ſuis diſcendi epulis non ſatiatum diſ-

çedere. Tantum admonebo, inter eos ſcriptores de murorũ & turrium altitudine,& ambitus ſpatio,non omnino conuenire, Omnium quidẽ in vnũ conſentiens fert opinio,inclytæ illius vrbis murum laterculo coctili, bitumine, harenæ vice, interſtrato, interlitum fuiſſe, eiuſque ſpatium XXXII.pedum latitudinem amplexum: ita vt quadrigæ interſe occurrentes ſine periculo commearent. Verum, ſecundum Curtium *altitudo muri quinquaginta cubitorum eminebat ſpatio: Turres denis pedibus, quam murus, altiores erant. Totius operis ambitus* CCCLXVIII *ſtadia complectebatur.* At ſecundum Plinii opinionem Babylon ſexaginta milia paſſuum muris amplectebatur, ducenos pedes altis, quinquagenos latis, in ſingulos pedes ternis digitis, menſura ampliore quã Romana. Cuius veſtigiis inſiſtens Solinus vrbem ſexaginta millia paſſuum circuitu patuiſſe ſcribit, muriſq; circumdatam, quorum altitudo CC. pedes detinebat, latitudo L.in ſingulos pedes ternis digitis, vltra quam menſura Romana erat, altioribus. Herodotus vero, σταδίους περιόδου τῆς πόλιος ὀγδώκοντα καὶ τετρακοσίους, τεῖχος δὲ πεντήκοντα πηχέων βασιληΐων τὸ εὖρος, ὕψος δὲ διηκοσίων fuiſſe ſcribit. Quem quidem regium cubitum fuiſſe tribus digitis vulgari cubito ampliorem, ait. Cteſias autem, Diodoro teſte, τεῖχος σταδίων τριακοσίων ἑξήκοντα fuiſſe ſcripſerat. Clitarchus, & qui cum Alexandro in Aſiam traiecerãt, τριακοσίων ἑξήκοντα καὶ πέντε σταδίων. Murum etiam, vt idẽ Diodor. memorat, Cteſias ſcripſerat fuiſſe, πεντήκοντα ὀργυιῶν. Recẽtiores alii, πηχῶν πεντήκοντα. Strabo vero Babylonẽ habuiſſe κύκλον τοῦ τείχους τριακοσίων ὀγδοήκοντα πέντε σταδίων· πάχος δὲ τοῦ τείχους ποδῶν δύο καὶ τριακοσίων, ὕψος δὲ τῶν μὲν μεσοπυργίων, πηχῶν πεντήκοντα, τῶν δὲ πύργων ἑξήκοντα, τὴν δὲ πάροδον ἐπὶ τοῦ τείχους, ὡς τέθριππα ἐναντιοδρομεῖν ἀλλήλοις. Quos locos in concordiam adducere difficile eſt, cũ in ea re ſententiis & ſcriptis veterum auctorum, variarũ conſtet. Vt tamẽ Clitarcho conſentiat Curtius, crediderim in notis numerorum vitium eſſe & ita legendum. *Totius operis ambitus* CCCLXV. *ſtadia complectitur.* Eoq; nos, ipſemet Curtius velut manu ducit. Subdit enim, *ſi ſingulorum ſtadiorum ſtructurã ſingulis diebus perfectam eſſe, memoriæ proditum eſt.* Quæ verba indicant numerum ſtadiorũ, dierum quibus annus cõſtat, numerũ æquaſſe.

Similiterque apud Strabon. τριακοσίων ἑξήκοντα πέντε σταδίων lubens emendauerim: eiuſq; auctoritate emendandũ quoq; cenſuerim, quod in Curtii codicibus legitur, *Turres denis pedibus quam murus altiores ſunt*, & totidẽ *cubitos*, pedum loco, ſubſtituẽdos. A Curt. vero & Strabone Plin. & eius ſimia Solinus aberrãt. Horũ enim vterq; altitudini murorũ ducenos, latitudini quinquagenos pedes tribuit: cum illi duntaxat altitudini LXXV. pedes, latitudini XXXII. adſignẽt. Nec enim maiorem pedum numerum efficiũt cubiti, quibus altitudinem latitudinẽq; eorũ murorum definiunt. A quibus omnibus diſcrepans Herodotus totidẽ cubitos, quot Plinius pedes altitudini murorum tribuit. Herodorũ vtiq; quod ad vrbis ambitus ſpatiũ attinet, Plinius ſecutus videtur, qui ab illo, verbis, non ſententiis diſſentit. Ambitus enim Babylonis ab illo poſitus, Stadiorum quadringentorum octoginta, efficit, Romana computatione, ſexaginta millia paſſuum. Deniq; mirifice congruerent omnia, ſi pro pedibus, cubitos, apud Plinium legeremus, Alioquin enim numerorum ratio conſtare non poteſt. D. etiam Hieron. in Eſaiæ cap. XIII. ex Herodoto & Græcis aliis hiſtoricis tradit Babylonem in cãpeſtribus per quadrum ſitam, ab angulo vſq; ad angulum muri, ſexdecim millia tenuiſſe paſſuum, id eſt. ſimul per circuitum, quadringenta octoginta ſtadia. Sed me ſentio paulo longius eſſe prouectum, quam propoſiti argumenti ratio poſtularet. Igitur, vt ad ea quæ ad huius libri Inſtitutum pertinent, redeam de Regum cottidiano victũ dicere adgrediar.

Perſarum Reges, vnius Choaſpis, fluuii Suſa prȩterfluẽtis aquam potabant, quemadmodum Herodot. li. 1. & poſt cũ Ariſtides Orat. in puteum Æſculapii, memorant. Herodot. lib. I. καὶ δὴ καὶ ὕδωρ ἀπὸ τοῦ χοάσπεω ποταμοῦ ἅμα ἄγεται τοῦ παρὰ Σοῦσα ῥέοντος, τοῦ μούνου πίνει βασιλεύς, καὶ ἄλλου οὐδενὸς ποταμοῦ. Ideoque ea vna ex omnibus aqua decocta, & in argenteos vrceos, ſeu vrnas condita, quacumq; iter facerent, multis quadrigis vehebatur. Quod ex Herodoto ita tradit Athen. lib. II. ὁ Περσῶν βασιλεὺς, ὡς φησὶν ἐν τῇ πρώτῃ Ἡρόδοτος, ὕδωρ ἀπὸ χοάσπεως πιὼν λέγεται, τοῦ περὶ Σοῦσα ῥέοντος· τοῦ δὲ μόνου πίνει ὁ βασιλεύς. τοῦ δὲ τοιούτου ὕδατος ἀπεψημένου, πολλαὶ κάρτα ἅμαξαι τετράκυκλοι ἡμιόνειαι κομίζουσαι ἐν ἀγγείοις ἀργυρέοις, ἕπονται οἱ. Quo modo

vero ea Regia aqua decoqui. & vaſis infuſa Regi deferri ſoleret, Cteſias in Perſicis, eodē Athenæo teſte, expoſuerat, eamque aquam & leuiſſimam & ſuauiſſimam eſſe tradiderat. Solinus in Polyhiſt. *Choaſpes ita dulcis eſt, vt Perſici Reges quādiu intra ripas Perſidis fluit, ſolis ſibi ex eo pocula vendicarint: & cum eundum foret peregre, aquas eius ſecum vectarint.* quorum partem Iſidor. lib. XIII. Origin. cap. XXI. deſcripſit, cuius corrupta verba, ex Solini codice emendanda ſunt. Ælian. var. Hiſt. lib. XII. cap. XL. Τά τε ἄλλα ἐφόδια εἵπετο τῷ Ξέρξῃ πολυτελείας καὶ ἀλαζονείας πεπληρωμένα, καὶ οὖν καὶ ὕδωρ ἠκολούθει τὸ ἐκ τοῦ χοάσπου. Auſonius de Burdegala,

*Vnum per cunctas ſolitus portare Choaſpem,*

Quo nomine, Choaſpem, *Regiam Lympham*, Tibullus li. IV. vocat. Maximus Tyr. Serm. XXXXIII. de Diogene loquens, ἥδετο, ait, ταῖς κρήναις πανταχοῦ ὡς ὁ Καμβύσης χοάσπῃ μόνῳ. Idē Serm. XXXIV. χορηγοῦσι δὲ καὶ οἱ ποταμοὶ τῆς βασιλέως ἡδοναῖς, Πακτωλὸς χρυσὸν, Νεῖλος πυρὸν, χοάσπης ὕδωρ. Clemens Alexandrin. lib. II. Pædagog. cap. II. κάλλιστον ὕδωρ εἰς πόσιν τὸ χοάσπειον ait. Euſtath in comment. Dionyſ. de Situ orbis ad hunc verſū, ἔνθα ῥέει ἐλχνὸν ὕδωρ χοάσπης, ait, ὃς ἐκ τοῦ Ινδοῦ σχιζόμενος ποταμοῦ, παραρρέων δὲ καὶ τὰ Σοῦσα, ἐξ οὗ καὶ μόνου ἔπινεν ὁ τῶν Περσῶν βασιλεύς, ὡς καὶ βασιλικὸν ὕδωρ τὸ Χοάσπειον. Xerxem quoque ſitibundum Choaſpiam aquam propoſciſſe, Ælianus lib. XII. var. hiſtor. cap. XL. refert. Vnde Perſarum Reges, quod ſolam Choaſpiam aquam bibentes, reliquum terrarum orbē ſibi aridum & aquæ inopem eo pacto facerent, Plutarch. in li. de Exilio ita mordet: Εἶτα τῶν μὲν Περσῶν βασιλέων καταγελῶμεν, εἰ γε δὴ ἀληθὲς τὸ τοῦ χοάσπου μόνον ὕδωρ πίνοντες, ἄνυδρον αὐτοῖς τὴν ἄλλην ποιοῦσιν οἰκουμένην. Choaſpi vero Plinius lib. XXXI. cap. III. Eulæum ſocium adiungit., *Parthorum Reges*, inquiens, *Choaſpe & Euleo tantum bibunt, & ea, quamuis in longinqua, comitatur illos: & horum placere potum, non quia ſint amnes, apparet, quoniam nec è Tigri, nec Euphrate, nec è multis aliis bibunt.* Idem lib. VI. capite XXVII. *Suſianen ab Elymaide diſterminat amnis Eulæus, ortus in Medis, medioque ſpatio, cuniculo conditus, ac rurſus exortus, per Meſobatenen lapſus circuit arcem Suſarum, ac Dianæ templum auguſtiſsimum illis gentibus: & ipſe in magna carimonia. Siquidem Reges non ex*

*lio bibunt, & ob id in longinqua portant.* Plinio adſtipulatur & Strabo, qui de Perſarum Regibus hæc lib. XVI. ſcribit: Διὰ δὲ τὸν πλοῦτον εἰς τρυφὴν ἐξέπεσον οἱ βασιλεῖς, ὥστε πυρὸν μὲν ἐξ Ἄσου τῆς Αἰολίδος μετήεσαν, οἶνον δὲ ἐκ Συρίας τὸν χαλυβώνιον, ὕδωρ δὲ ἐκ τοῦ Εὐλαίου, πάντων ἐλαφρότατον, ὥστ' ἐν Ἀττικῇ κοτύλῃ, δραχμῇ ἀφολκότερον εἶναι. Solinus etiam in Polyhiſtore, cap. XXX. vt qui fonte Pliniano labrā proluiſſet, *flumen*, ait, *Eulæum, quod ortum à Medis, tam puro fluore inclytum eſt: vt inde omnes Reges, non alias quam eius aquas bibant.*

Præterea de Regis Perſarum potu, Athenæus lib. XII. Diphoſophiſt. hæc ex Agathocle adfert. Ἐν Πέρσαις εἶναι καὶ χρυσοῦν καλούμενον ὕδωρ: εἶναι δὲ τούτου λιβάδας ἑβδομήκοντα, καὶ μηδένα πίνειν ἀπ' αὐτοῦ ἢ μόνον βασιλέα, καὶ τὸν πρεσβύτατον αὐτοῦ τῶν παίδων· τῶν δὲ ἄλλων ἐάν τις πίῃ, θάνατος ἡ ζημία. Quæ Athenæi verba, ſuppreſſo auctoris nomine, tranſcripſit Euſtathius in lib. XXI. Iliad. ad ea verba, βαθύρροον ἀργυροδίνην. ac de ſuo ad extremum addit, ζητητέον δὲ εἰ καὶ τὸ χοάσπειον ὕδωρ, ὅπερ ἔπινε στρατευόμενος ὁ Πέρσης βασιλεύς. Plutarchus etiam in Alexandro ex Dinone narrat, Reges Perſarum, vt imperij ſui amplitudinem comprobarent, & reipſa oſtenderēt, ſe in omnes imperium obtinere, aquam ex maximis quibuſque & longinquis fluminibus petere, ærarioque inferrē, & cum theſauris ſuis recondere conſueuiſſe. Verba Plutarchi ita habēt: Δίνων δὲ φησὶ καὶ ὕδωρ ἀπὸ τοῦ Νείλου καὶ τοῦ Ἴστρου, μετὰ τῶν ἄλλων μεταπεμπομένους εἰς τὴν γάζαν ἀποτίθεσθαι τοὺς βασιλεῖς, οἷον ἐκβεβαιοῦντας τὸ μέγεθος τῆς ἀρχῆς, καὶ τὸ κυριεύειν ἁπάντων Quem Dinonis locum Athenæus quoque li. II. perſtringit hoc modo: Οὐδὲ Δίνων ἐν τῇ Περσικῇ πραγματείᾳ, ὅς γε φησὶ καὶ ἅλας Ἀμμωνιακοὺς ἀπ' Αἰγύπτου ἀναπέμπεσθαι βασιλεῖ, καὶ ὕδωρ ἐκ τοῦ Νείλου. Nihilo tamen ſecius Darius, licet in Perſicis hiſce educatus delicijs, cum in fuga aquam turbidam, & cadaueribus inquinatam bibiſſet, negauit vnquam ſe bibiſſe iucundius. *Numquā*, videlicet (vt Cicero lib. I. Tuſculan. quæſtion. ait) *ſitiens biberat.* Quod Artaxerxi Mnemoni cōtigiſſe Plutarch. in eius vita ita ſcribit: αὐτῷ δὲ μικρὸν ἀπολιπόντι τοῦ τεθνάναι διὰ τὸ διψῆν, Παπβαρζάνης ὁ εὐνοῦχος περιθέων ἐζήτει ποτόν· οὐ γὰρ εἶχε τὸ χωρίον ὕδωρ, καὶ οὐδὲ ἦν ἐγγὺς τὸ στρατόπεδον· μόλις δὲ ἐπιτυγχάνει τῶν καυνίων ἐκείνων τῶν κακοβίων ἑνός, ἐν ἀσκίῳ φαύλῳ

διεφθαρμένον ὕδωρ καὶ πονηρὸν ἔχοντος ὅσον ὀκτὼ κοτύλας. καὶ λαβὼν τοῦτο καὶ κομίσας βασιλεῖ δίδωσιν· ἐκπιόντα δὲ ἅπαξ, ἠρώτησεν εἰ μὴ πάνυ δυσχεραίνοι τὸ ποτόν· ὁ δὲ ὤμοσε τοὺς θεοὺς, μήτε οἶνον ἡδέως οὕτω πώποτε πεπωκέναι, μήτε ὕδωρ τὸ κουφότατον καὶ καθαρώτατον. pro quo benefacto Caunium illũ hominem ἐξ ἀδόξου καὶ πένητος ἔντιμον καὶ πλούσιον effeciſſe Artaxerxem, Plutarch. ibidem refert. Plutarcho conſẽtit Max. Tyr. Serm. xxxv. his verbis Οὕτω λέγεται Ἀρταξέρξης ὁ Περσῶν βασιλεὺς τέως μὲν ὑφ' ἡδονῆς μακρᾶς καὶ εἰρήνης διηνεκοῦς, μὴ συνιέναι τῆς εὐτυχίας ὧν παρεσκεύαζεν ἡ Ἀσία τὸ δεῖπνον, ἔπεμπον δὲ πόμα ποταμῶν οἱ κάλλιστοι ἐμηχανῶντο δὲ αὐτῷ τὴν δίαιταν τέχναι μυρίαι· ἀλλ' ἐπεὶ πόλεμος αὐτῷ ἐκ θαλάττης ἦλθε, καὶ ἕλληνες μυρίοι, καὶ στρατηγοὶ δεινοὶ, ἡττηθεὶς ἔφευγεν ἐπὶ ψιλὸν λόφον, ὅπου τοῦ κόπου ἀναπαυσάμενος, ἐδίψησεν ὁ δύστηνος πρῶτον τότε, ἐνταῦθα οὐ Τίγρις, οὐ Νεῖλος, οὐκ ἐκπώματα, οὐκ οἰνοχόοι· καὶ ἠγάπησε παρὰ ἀνδρὸς μάρδου λαβὼν ἐν ἀσκῷ ὕδωρ ὀδῶδος. Itaque ne Cicero imprudens μνημονικῷ, vt vſuuenit, ἁμαρτήματι in Artaxerxis locum Darium ſuffecerit, cautio eſt.

Vt autem aqua non omni, ita nec vino quolibet, ſed eo tãtum Chalybonio è Syria aduecto, Perſarũ Reges vtebantur, quemadmodum Strabo lib. xv. tradit. Athenæus li. I. Dipnoſoph. ex Poſſidon. ὁ Περσῶν βασιλεὺς τὸν χαλυβώνιον μόνον οἶνον ἔπινεν· ὥς φησι Ποσειδώνιος, τὸν ἐκ Δαμασκοῦ τῆς Συρίας γινόμενον, Περσῶν αὐτόθι καταφυτευσάντων τὰς ἀμπέλους. Quo reſpexit Plutarch. libro I. de fort. Alexand. cum ait: οὐδὲ τρυφαὶ Μηδικαὶ καὶ τράπεζαι καὶ γυναῖκες, οὐδὲ χαλυβώνιος οἶνος. Eoque vino inebriari ipſis ſemel quotannis licuiſſe, ex Athenæo libro x. didici, cuius verba ſunt hæc, παρὰ δὲ Πέρσαις τῷ βασιλεῖ ἐφίεται μεθύσκεσθαι μιᾷ ἡμέρᾳ ἐν ᾗ θύουσι τῷ Μίθρῃ. Qua de re & Duris libr. VII. hiſtor. ibidem refert, hæc ſcripſerat: Ἐν μόνῃ τῶν ἑορτῶν τῶν ἀγομένων ὑπὸ Περσῶν τῷ Μίθρῃ, βασιλεὺς μεθύσκεται, καὶ τὸ Περσικὸν ὀρχεῖται· τῶν δὲ λοιπῶν οὐδεὶς κατὰ τὴν Ἀσίαν, ἀλλὰ πάντες ἀπέχονται κατὰ τὴν ἡμέραν ταύτην τῆς ὀρχήσεως. Quem Duridis locum Euſtathius in v. Odyſſ. citat. Reliquo toto anno, fuiſſe Perſarum Reges moderatiores in potu, arguit, quod ex Selino Stobæus Serm. XLII. ſcriptũ reliquit, conſueuiſſe eos, περὶ τοῦ πίνειν, περὶ τῆς σωφροσύνης διαλέγεσθαι. Hinc Darij, qui Magos de medio ſuſtulit, monumento inſcriptum fuiſſe Athenæus

lib.x.refert, ἠδυνάμην καὶ οἶνον πίνειν πολὺν, καὶ τοῦτον φέρειν καλῶς. Idem & ſeipſo Cyrus minor prædicabat, vt Plutarchus in Artaxerxe cõmemorat. Cambyſen Regem quemadmodum Seneca lib.III.de Ira, cap.XIV.ſcribit. *nimis deditum vino Praxaſpes vnus ex cariſſimis monebat, vt parcius biberet: turpem eſſe dicens ebrietatem in Rege, quem oculi omnium aureſque ſequerentur. Ad hoc ille, Vt ſcias, inquit, quemadmodum numquam excidam mihi, approbabo iam, & oculos, poſt vinum in officio eſſe & manus. Bibit deinde liberalius quam alias, & capacioribus ſcyphis: & iam grauis & vinolentus, obiurgatoris ſui filium, procedere vltra limen iubet, alleuataq; ſuper caput ſiniſtra manu ſtare. tunc intendit arcum, & ipſum cor adoleſcentis (id enim ſe petere dixerat) figit, reciſoq; pectore, hæres in ipſo corde ſpiculum oſtendit: ac reſpiciens patrem, an ſatis certam haberet manũ, interrogauit. At ille negauit Apollinem potuiſſe certius mittere. Dij illum male perdant, animo magis que condicione mancipium.*

Xerxem autem, diebus ſingulis ſemel tãtum cibum cepiſſe, argumento eſt, quod Herodot.lib.VII.narrat, ab Abderitis eum ſplendida & opipara cœna acceptum; de cuius ſumptib. Magacreontem Abderitam dixiſſe, magnam ſe diis habere gratiam, quod minime bis in die epulari Xerxes ſoleret. Abderitas enim, ſi prandium cœnæ par illi inſtruendum fuiſſet, tantum ſumptum ferre non potuiſſe.

Plane triticeo pane veſci Reges ſolitos Herodot.ſcribit. non tamen ex quouis tritico, ſed vt Strabo lib.XV.ait, eo qui ἐξ Ἄσσου τῆς Αἰολίδος. Herodot.lib.II. Quærenti enim Regi Æthiopum ex Cambyſis Legatis, quo genere cibi Rex Perſarum vteretur, reſponderunt illi, σιτέεσθαι μὲν τὸν ἄρτον, ἐξηγησάμενοι τῶν πυρῶν τὴν φύσιν.

Regum vero menſæ conquiſitiſſimis epulis extruebantur. Quod Xenophõ in libello de Ageſilai laudibus, teſtatur his verbis: τῷ Πέρσῃ πᾶσαν γῆν περιέρχονται μαστεύοντες τί ἂν ἡδέως πίοι, μυρίοι δὲ τεχνῶνται τί ἂν ἡδέως φάγοι. Similiterque Maximus Tyrius Serm.XXXV. ἐμηχανᾶτο, ait, αὐτοῦ τὴν δίαιταν τέχναι μυρίαι. Quin & Athenæus libro octauo, ex Dinonis Rerum Perſicarum libris, memorat, Perſarum Regi, ex omnibus eſculentis, quæ regiones eius imperio ſubditæ ferebant, aliquid primitiarum inſtar, in epulis apponi ſolitum.

Peregrino vero cibo & potu non vtēdum primos Regēs duxiſſe, eamdem ſibi abſtinētiæ legem poſteriores dixiſſe. Quare cum inter reliqua bellaria, caricas Atticas ſecunda menſa appoſita. Eunuchus quidā aliquando intuliſſet, rogaſſe Rex fertur, vnde aduectę eſſent; & cum reſpōſum tuliſſet, Atticas eas eſſe, vetuit obſonatoribus ne emerent: velle namq; ſe nō emere, ſed in ipſo ſolo, in quo gignerentur, eas, quantū quoque modo videretur, decerpere. Regis illius nomen ſilentio ab Athenæo prætermiſſum prodit Plutarch. in Apophtheg. qui hoc Xerxi Darij filio tribuit. Cambyſi autem interim dū fame eius exercitus miſere periret, *ſeruatas generoſas aues, & inſtrumenta epularum camelis vecta*, Seneca lib. III. de Ira cap. XX. ſcribit. Præ ceteris vero cibis commendatum Διὸς ἐγκέφαλον inuenio. Sic enim Suidas: Διὸς ἐγκέφαλος, τὸ κάλλιστον βρῶμα, οὕτω λέγουσιν οἱ Πέρσαι ἐπὶ τῶν ἡδυπαθούντων. ἢ βασιλέως ἐγκέφαλος. Athenæus libro XII. Κλέαρχος δὲ περὶ τοῦ Περσῶν βασιλέως διηγούμενος, ὅτι τοῖς αὐτῷ ποιήσασιν ἡδύ τι βρῶμα, ἆθλα ἐτίθει νομῶν οὐκ ἔχων. τοῦτο γάρ ἐστιν ὁ λεγόμενος (οἶμαι) Διὸς καὶ βασιλέος ἐγκέφαλος. Heſychius, Διὸς ἐγκέφαλος, παροιμία ἣν Κλέαρχος φησὶν εἰρῆσθαι οἷον ἐπὶ τῶν ἀγαθείων. Medici quoque mali grana Parthorum reges in eſculentis decoxiſſe, Seruius in 2. Georgic. tradit. quod ex Plinio, lib. XI. cap. LIII. petitum eſt.

Præterea Regi, quemadmodum ex Amynta ἐν σταθμοῖς Περσικοῖς Athenæus lib. II. tradit, magna ex Perſicis iuglandibus olei copia exprimebatur. Oleo quoque, quod in Caramania ex ſpina fiebat, vſum Regem, ibidem narrat. Illud etiā obſeruat idem Athenæus, à Cteſia æque ac Dinone, dum omnia quæ Regibus ad prandium parabantur, recenſent, nullam neque piperis neq; aceti (quod omnium condimentorum eſt præſtantiſſimum) factam mentionem. Ex eodem Dinone ibidem addit, ſalem Ammoniacum Regi Perſarum ex Ægypto allatum.

Sane Regem Perſarum à ſubditis, quacunque iter faceret, cœna excipi ſolitum, & hoc munus, more, legeve, ſingulas ciuitates quas ille adiiſſet, pro facultatum viribus neceſſario obiiſſe, cum in eam rem pecunia velut tributum, exigeretur, Athenæus lib. IIII. ex Theopompo memorat: maximoſq; in

eiuſ-

eiuſmodi cœnas ſumptus factos ait, vt interdum viginti, interdum triginta talenta, & plura, impenderentur.

Natalem vero diem, præ cæteris, lætum & feſtum Perſarum Reges agebant. Zoſimus lib. II. hiſt. de Hormiſda, τοῦ πατρὸς αὐτοῦ βασιλεύοντος, καὶ τὴν γενέθλιον ἡμέραν ἐπιτελοῦντος κατὰ τὸν τῶν Περσῶν νόμον. Aſtyagem etiam amicos conuiuio excepiſſe, ἐν τοῖς γενεθλίοις, Xenophon libr. I. παιδ. Κυρ. oſtendit natali vtique Regum die, Regale epulum inſtruebatur: quod ex apparatus magnificentia, & quia numeris omnibus abſolutũ erat, Perſica quidem lingua, Τ ʏ ᴄ ᴛ ᴀ, Græce vero τέλειον, id eſt, perfectum, nuncupabatur, vt Herodotus lib. IX. refert, cuius verba ad eam rem pertinentia. Athenæus lib. IIII. laudat. Eo vero die, Regem caput comere, purgare, & mundare cõſueuiſſe, congiarium populo Perſico dare donaq; & largitiones tribuere, idem Herodot. auctor eſt. Eius quoq; diei feſtiuitati hoc Perſarum Reges indulgebant, vt quæ ab iis tum peterentur, ea denegare non ſuſtinerent, exoratoreſque redirent qui oratores acceſſerant, ſicut eodem loco Herodot. ſubiicit.

Adhibitam inſuper regalibus menſis, non lautitiam modo, ſed & exquiſitam munditiam, dubium non eſt: vt non immerito *Perſicos apparatus* Honoratius commendet: Horatius inquam lib. V. Ode vlt. *Perſicos odi, puer, apparatus*: ad quæ verba, vetus interpres, *Perſicos*, Regales. *Perſæ autem Reges*, *ob nimias diuitias in ſumptuoſiſſimis deliciis degere dicuntur.* Sic & Περσικὴν τρυφὴν menſæ, Maximus Tyrius Serm. XI. Idque ex eo Mardonij apparatu, qui in Pauſaniæ poteſtatem venit, colligere licet: item ex his quæ de Darij tabernaculo, Plutarch. in Alexand. vita & Curtius lib. IV. narrant. Regem certe ipſum, vbi quid eduliorum attigiſſet, mantilibus manus tergere ſolitum, Xenophon lib. I. παιδ. docet his verbis, quibus Cyrus Aſtyagem auum ita affatur: Ὅτι σὲ ὁρῶ ὅταν μὲν τοῦ ἄρτου ἅψῃ, εἰς οὐδὲν τὴν χεῖρα ἀποψώμενον· ὅταν δὲ τούτων τινὸς θίγῃς, εὐθὺς ἀποκαθαίρεις τὴν χεῖρα εἰς τὰ χειρόμακτρα.

Porro ſeptem Eunuchos in Regis Artaxerxis conſpectu miniſtraſſe, menſæq; eius adſtitiſſe, narratur in Hebræo Codice Eſther cap. I.

Quotquot autem Regi prandenti miniſtrabant, eos pure

lotos,& pretioſa veſte indutos fuiſſe, Athenæus libr. IX. ex
Heraclide Cumano refert. Proinde Theagenes qui Reginę
Arſacæ à poculis erat, cum munere ſuo fungebatur, ἐσθῆτά
τε Περσικὴν μετημφίεννυτο, καὶ στρεπτοῖς καὶ χρυσοῖς καὶ περιαυχε-
νίοις λιθοκόλλοις ἐκοσμεῖτο, vt Heliod. libro VII. hiſtor. Æthiop.
narrat. Regii quidem pincernæ & pocillatores, operam da-
bant, vt aptiſſime decentiſſimeque vinum funderent, ac
Regibus propinarent, eaque in re magnam curam & dili-
gentiam adhibebant: Phialam tribus ſummis digitis, ita
offerentes vt facillime prehendi poſſet. Quod Xenophon
lib. παιδ. Κυρ. narrat in hunc modum: Οἱ δὲ τῶν βασιλέων τού-
των οἰνοχόοι κομψῶς τε οἰνοχοοῦσι καὶ καθαρῶς ἐγχέουσι, καὶ διδοῦσι
τοῖς τρισὶ δακτύλοις ὀχοῦντες τὴν φιάλην, καὶ προσφέρουσιν ὡς
ἂν ἐνδοῖεν τὸ ἔκπωμα εὐληπτότατα τῷ μέλλοντι πίνειν. Ideoque
ad hoc miniſterium ab Arſaca adſumptus Theagenes, ab
Heliodoro inducitur, προσφερούσῃ Ἀρσάκῃ προσιὼν ἐκερα-
σάμενος, εὔρυθμόν τε τι καὶ ἄκροις τοῖς δακτύλοις ἐποχῶν τὴν φιά-
λην. ibidemq; huius miniſterij ergo Abacos, quos κυλικοφό-
ρους τρίποδας vocat, habuiſſe eos, idem Heliodor. indicat.

Et quia multis vita Regum inſidiis erat expoſita, ne ve-
nena eis infunderentur, calicem labris non antea admoue-
bant, quam pincernæ potum guſtu exploraſſent. Eaque de
cauſa, poſt Phialam porrectam, qui Regi à poculis erant,
Cyatho ex ea hauſtum vinum in ſiniſtram manum fun-
dentes, abſorbebãt. Quem ritum Xenophon eod. lib. ita ex-
ponit, οἱ γὰρ τῶν βασιλέων οἰνοχόοι ἐπειδὰν ἐνδιδῶσι τὴν φιάλην,
ἀρύσαντες ἀπ' αὐτῆς τῷ κυάθῳ, εἰς τὴν ἀριστερὰν χεῖρα ἐγχεάμενοι
καταῤῥοφοῦσιν, τοῦ δὴ, εἰ φάρμακα ἐγχέοιεν, μὴ λυσιτελεῖν αὐτοῖς.
Eandemque in cibis cautionẽ adhibuiſſe Reges, &, cum ſibi
à venenis timerent, non niſi prægustatos cibos cepiſſe, credi-
bile eſt. Hoc enim à Regibus paſſim obſeruari ſolitum Xe-
nophon in Hierone, & Athenæus lib. IIII. docent. Atque
adeo primos Perſas inſtituiſſe, miniſtrorum guſtu cibos ex-
plorari, Suidas tradit, his verbis, Ἐδέατρος τὸ μὲν ὄνομα Ἑλ-
ληνικόν, ἡ δὲ χρεία Περσική ἦν, ὃς προγευστὴς τὸ πρῶτον, καὶ προῄ-
σθιεν, τοῦ βασιλέως εἰς ἀσφάλειαν. Ex miniſtris igitur qui epu-
las inferebant, quidam prægustatorum munere fungebatur,
Regij vtique pincernæ Neemiæ, qui Xerxi miniſtrabat, fit

mentio apud Ioſeph.libro II.Antiquit.Iudaic.capit. v.fuiſſe autem pocillatorum munus honorificum patet ex Herodoto libro III.quo loci ait,filium Præxaſpis fuiſſe Cambyſis pincernam,additq; τιμὴ δὲ ταύτη οὐ σμικρή. Antipatri etiam filios Philippum & Iollam prægustare ac temperare Alexandri potũſolitos,Iuſtin.libro decimoſecũdo narrat.Iam abſonatores,cocos,ſtructores,aliosque id genus gulæ artifices & miniſtros Perſarum in aula abundaſſe non eſt ignotum.Antiochus certe Legatus ad Artaxerxem miſſus, hoc potiſſimum,vt Xenophon lib. VII. Hellen. teſtatur, renuntiauit, ὅτι βασιλεὺς ἀρτοκόπους καὶ ὀψοποιοὺς καὶ οἰνοχόους, καὶ θυρωροὺς παμπληθεῖς ἔχοι ἄνδρας.Inter Darij etiam Impedimenta, quæ Damaſco capta in Parmenionis poteſtatem venerunt,inuẽti ſunt,vt Athenæus refert,coqui ducenti,ſeptuaginta ſeptẽ: Mediaſtini qui ollas perfricarent & abſtergerent,viginti nouem:lactarij tredecim,nec non qui potum ſedandæ per æſtũ ſiti pararent ſeptemdecim:Cellarij, & qui vinum colis defecarent,ſeptuaginta:Vnguentarij quadraginta: & qui coronas plecterent,ſexaginta ſex.

Ceterum qui in Aula principis verſabantur,Genio Regis, menſam cibis epulisque inſtructam cottidie apponebant. Quod aſſentandi ſtudio Nicoſtratum Argiuũ turpiter factitaſſe Athenæus libro VI.narrat his verbis. ἑκάστην ἡμέραν ὁπότε μέλλοι δειπνεῖν τράπεζαν παρετίθη χωρὶς, ὀνομάζων τῷ δαίμονι τοῦ βασιλέως, ἐμπλήσας σίτου καὶ τῶν ἄλλων ἐπιτηδείων, αὐτὸ μὲν τοῦτο ποιεῖν καὶ τῶν Περσῶν τοὺς περὶ τὰς θύρας διατρίβοντας.

Conuiuiales autem ludos, tota Perſide Regibus purpuratiſq; cordi fuiſſe, Qu. Curtius lib.v.tradit. Sed & conclaue vbi rex epulabatur, mulierum vocibus cantuque Symphoniæ perſonabat. Ac plane,vt hoc quoq; voluptatis qua Reges perfruebantur,genus exequar,Muſicis vocibus, numeris,& modis,oblectatos Perſarum Reges ſatis conſtat. Primum enim Angari cuiuſdam, qui in Aſtyagis aula ἦν τῶν ᾠδῶν ἐνδοξότατος,meminit Athenæus lib.XIIII. Eumque ad epulas Regis accitum,ſolemne carmen ceciniſſe refert. Idem lib.III.pellices cantibus ſuis regnum aures detinuiſſe ſcribit quarum vna auſpicabatur,numeriſque & verbis præibat: reliquæ deinde confertim accinebant.Atque adeo in deliciis;

Tibicinas, Fidicinas, Pſaltrias, Perſici Reges habebãt, Cuiuſmodi mulieres à Græcis Μυσουργὺς, patrio vero Perſarum ſermone, ζαρβα, aut vt codices manuſcripti habent, βάρζα vocatas Suidas au ctor eſt.

Regum vtique in has Μυσουργὺς propenſam animi affectionem teſtatur Athenæus, cuius verba ipſa ponam: Ἐσπουδάκεσαν δὲ καὶ οἱ βασιλεῖς περὶ τὰς Μυσουργούς ὡς δῆλον ποιεῖ Παρμενίων, ἐν τῇ πρὸς Ἀλέξανδρον ἐπιστολῇ, ἣν ἐπέστειλεν αὐτῷ μετὰ τὸ Δαμασκὸν ἑλεῖν, καὶ τῆς ἀποσκευῆς τῆς Δαρείου ἐγκρατὴς γενέσθαι καταριθμησάμενος οὖν τὰ αἰχμάλωτα, γράφει καὶ ταῦτα. Παλλακίδας εὗρον Μυσουργούς τοῦ βασιλέως τριακοσίας εἰκοσιεννέα. Xenophõ quoq; in extremo lib. IIII. παιδ. Κυρ. Cyro è prędа ſelecta Μυσουργὺς δύο, τὰς κρατίστας, narrat Athenæus libro XII. pellices totam noctem vocis ac fidium cãtu traducentes ſomnum Regi conciliaſſe, ex Heraclide Cumano refert. Eodẽque lib. ex Cteſia, de Annaco Babylonię pręſide hæc trãſcripſit, αὐτῷ εἰς δεῖπνον εἰσιέναι πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν ψάλλουσαι, καὶ ᾄδουσαι γυναῖκες. ἔψαλλον δὲ αὗται καὶ ᾖδον ἐκείνου δειπνοῦντος. Harum mulierum, vt Suidas ſcribit aliæ tibia canebant, aliæ pſallebant Pſalterio, tũ Pẽtachordo, tum Heptachordo. Eędem fidelium cantui accinebant. Fideliũ autem cantus nõad cantilenam accõmodatum habebat melos, ſonum ac canorem, vt apud Gręcos fieri conſueuerat: ſed erat veluti cantilenæ præludium. Simulatq; autem menſa remouebatur, deſinebant canere. Cum vero fundi ſibi merum Rex iubebat, ex integro canere & pſallere occipiebãt. Qua de re Suidæ verba ſunt hæc: Μυσουργοὶ ψάλτριαι. αἱ δὲ Μυσουργοὶ βάρβαροι ἦσαν γυναῖκες ὄνομα αὐταῖς ἐπιχώριον, βάρζα· καὶ τούτων αἱ μὲν αὐλοῦσιν, αἱ δὲ ψάλλουσι πεντάχορδα· αἱ δὲ ἑπτάχορδα ψαλτήρια αἱ αὐταὶ δὲ καὶ προσᾴδουσι τῷ ψαλμῷ ὁ ψαλμὸς δὲ οὐ πρὸς τὴν ᾠδὴν ἔχει πεποιημένον τὸ μέλος, καθὰ παρ' Ἕλλησιν, ἀλλ' ἔστιν οἷος ἐδύσημος εἶναι τῇ ᾠδῇ. Καὶ λήγοντι μὲν τοῦ πότου τῷ βασιλεῖ καὶ ἡ ᾠδὴ ξυνεπαύετο ὁπότε δὲ ἐγχέαι κελεύσειεν, αὖθις ἤρχοντο ᾄδειν, καὶ ψάλλειν. Quem locum vel ea potiſſimum gratia adduxit, vt inde mẽdum tollam. Vitioſum eſt enim quod legitur, οἷος ἐδύσημος εἶναι: emendandumq;, οἷος ἐνδόσιμος εἶναι. Idque non ſcriptorum tantum codicum fide, ſed & alio ipſius Suidæ loco ita eſſe planum faciam. Sic enim, in voce ἐνδόσιμοι ſcriptum le-

ctor inueniet, ὁ δὲ ψαλμὸς, οἷος ἐνδύπημος εἶναι τῇ ᾠδῇ. Pſalmus autem, vt interpres Ariſtophanis in Auibus explicat, proprie τὸν τῆς κιθάρας ἦχον, id eſt ſonum ſeu pulſum fidium ſignificat: vt, *pſallere*, eſt fides pulſare. Apud Perſas igitur cantum præcedebat pulſus fidium, qui proludii loco præmittebatur, non ille quidem ad numeros, vel verba cantilenæ, accommodatus: ſed pro arbitrio citharistriç. Enimuero Parthis quoque Perſarum luxuriæ ſucceſſoribus & æmulis, muliebrem hanc Muſicam placuiſſe, oſtendit Plutarch. in Craſſo, quo loci actum de eius cæde triumphum narrans, ait: Κατόπιν δ' εἵποντο Σελευκιάδες ἑταῖραι Μουσουργοὶ πολλὰ βωμολόχα καὶ γελοῖα, δι' ᾀσμάτων, εἰς θηλύτητα καὶ ἀνανδρείαν τοῦ Κράσσου λέγουσαι. Ibidemq; conſentiente Appiano in Parthicis, Parthos plerumq; choreis, & cãtibus, noctem cum id genus mulieribus inſomnem tranſegiſſe memorat Alias quoq; gentes fœminis quæ tibias inflarent, Cithara perſonarẽt, fides pulſarẽt, & pſallerent, vſas inuenio. De Halyatte quidẽ Rege Lydiç. Herodot. lib. I. ſcribit, ἐστρατεύετο δὲ ὑπὸ συρίγγων τε καὶ πηκτίδων, καὶ αὐλοῦ γυναικείου τε καὶ ἀνδρείου. A quo loco caliginẽ Latinus interpres non depulit, qui verbum verbo reddens, Halyattem in expeditionem proceſſiſſe ſcribit, *ad cãtum fiſtularum fidiumq;, ac tibiæ tam muliebris quam virilis.* Verum poſtrema hæc verba in tenebris iacere non ſinit Agellius, qui eorum ſententiam, & Herodoti mentem perſpicue li. I. noct. attic. cap. XI. expreſſit. Eius igitur ore Herodotus non min⁹ dilucide quam Latine, ita loquitur: *Halyattes autẽ Rex terræ Lydiæ, more atque luxu barbarico præditus, cum bellum Mileſiis faceret, concinentes habuit fiſtulatores & fidicines: atque fœminas etiam tibicinas in exercitu, atque in procinctu habuit, laſciuientium delicias conuiuiorum.* Tibicinas etiam nuptiis, epulis & conuiuiis adhibitas, docent Plaut. Aulular. Act. II. Sc. I. & Act. III. Sc. III. Moſtellar. Act. IIII. Sc. II. Epidico Act. II. Sc. II. & Terẽti⁹ Adelph. Act. V. Sc. VII. Horati⁹ lib. I. Oda XIV. *Nec meretrix Tibicina, cuius ad ſtrepitus ſaliat terræ grauis.* Fidicinarum etiam fit mentio apud Plaut. Epidico Act. II. Sc. III. & act. II. Sc. III. Puellam quoq; Citharistriam quæ lenoni impuriſſimo ſeruiebat, prædicat Terent. Phormio. Act. I. Sc. II. Idem pſaltriæ meminit Adelph. Act. III. Sc. VII. vt &c

Cicero lib. III. Tuſcul. quæſt. & pro Seſtio. Horat. Ode XIII. lib. IV. *docta pſallere femina*. Ab exercitu Aſiano luxuriam peregrinam in vrbem inuectam, Liuius lib. XXXIX. narrans, *Tunc*, ait, *Pſaltriæ* (ſic enim emendo) *Sambuciſtriæque & conuiualia ludionum oblectamenta, addita epulis.* Plutarchus ἐν ἐρωτικῷ: Αὐλητρίδες δὲ Σάμιαι, καὶ ὀρχηστρίδες, Ἀριςόνικα, καὶ τύμπανον ἔχουσα Οἰνάνθη καὶ Ἀγαθοκλεία, διαδήμασι βασιλέων ἐπέβησαν. Charem quoque Athenienſem in expeditione militari duxiſſe αὐλητρίδας, καὶ ψαλτρίας, καὶ πεζὰς ἑταίρας, Athenæus lib. XII. narrat. Ibidem de Stratone Sidoniorum Rege talia refert: ὁ δὲ Στράτων μετ᾽ αὐλητρίδων καὶ ψαλτριῶν, καὶ κιθαριστριῶν, κατεσκευάζετο τὰς συνουσίας καὶ μετεπέμπετο, πολλὰς μὲν ἑταίρας ἐκ Πελοποννήσου πολλὰς δὲ μουσουργοὺς, ἐξ Ἰωνίας ἑτέρας δὲ παιδίσκας ἐξ ἁπάσης τῆς ἑλλάδος, τὰς μὲν ᾠδικάς, τὰς δέ, ὀρχηστικάς.

Sed, vt ad propoſitum reuertamur, Perſarum Reges ita viuebant, vt nulla tam exquiſita poſſet inueniri voluptas qua non abundarent. Vſque adeo autem luxu & deliciis diffluebant: vt artifices haberent conquirendarum & comparandarum voluptatum: Quinetiam iis qui nouum aliquod edulii voluptatiſve genus excogitaſſent publice præmia proponerent, quemadmodum Athenæus lib. XII. Dipnoſophiſt. teſtatur his verbis: τοῖς γοῦν πέμψασι τι αὐτῷ, de Perſarum Rege loquens, ἡδὺ βρῶμα, διδοὺς ἆθλα τοῦ πορισθέντος, idem lib. IIII. Dipnoſophiſt. ex Theophraſt. lib. περὶ βασιλείας, τοὺς, ait, Περσῶν βασιλεῖς ὑπὸ τρυφῆς περικηρύττειν τοῖς ἐφευρίσκουσι τινὰ καινὴν ἡδονὴν, ἀργυρίου πλῆθος. Cicero lib. V. Tuſculanar. Quæſtio. *Nam Xerxes quidem refertus omnibus præmiis doniſque fortunæ, non equitatu, non pedeſtribus copiis, non nauium multitudine, non infinito pondere auri contentus, præmium propoſuit qui inueniſſet nouam voluptatem, qua ipſe non fuit contentus.* Valer. Max. lib. IX. cap. I. *Xerxes opum Regiarum oſtentatione eximia, eo vſque luxuria gaudebat, vt edicto præmium ei proponeret qui nouum voluptatis genus reperiſſet.* Quam Regum miſeram & anxiam luxuriam, qua efficiebatur vt eorum Regnum omni eſſet voluptatum genere inferius, Athenæus lib. XII. hoc epilogo denotat, ὁ Περσῶν βασιλεὺς ἀθλοθετῶν τοῖς τὰς ἡδονὰς αὐτῷ γνωρίζουσιν, ὑπὸ πάντων τῶν ἡδέων ἡττωμένην

ἀπέδειξε τὴν βασιλείαν Ideoq; non iniuria Diogenes, vt Cicero lib.v. Tuſculanar. quæſtio. ſcribit. diſputare ſolebat, quanto Regem Perſarum vita fortunaq; ſuperaret, ſibi nihil deeſſe: illi nihil ſatis vmquam fore: ſe eius voluptates non deſiderare, quibus numquam ſatiari ille poſſet: ſuas eum cõſequi nullo modo poſſe Sed & in Gorgia Socrates, cum eſſet ex eo quæſitum, *Tu igitur ne de Perſarum quidem Rege magno potes dicere, beatus ne ſit? An ego, reſpondit, poſſum cum ignoro quam vir doctus quam vir bonus? Quid tu nein eo ſitam beatam vitam putas?* Sic enim Græca Platonis verba Cic.lib.v.Tuſcul.quęſt. in Latinum conuertit. Quæ fuſius Dio Chryſoſt. Oratio. III.perſequitur.

Vt plurimum autem Rex ſolus cœnabat. Interdum tamen vxor cum eo, & aliquot ex liberis, epulabantur: quod Athenæus lib.IV. tradit, in hunc modum, τὰ δὲ πλεῖστα, ὁ βασιλεὺς μόνος ἀριστᾷ καὶ δειπνεῖ· ἐνίοτε δὲ καὶ ἡ γυνὴ αὐτῷ συνδειπνεῖ, καὶ τῶν υἱῶν ἔνιοι. Præter vxorem vero, matrem quoque menſæ adhibuiſſe Artaxerxem, ita tamen vt hæc, ſupra; illa, infra illum, adſideret, oſtendit Plutarchus in Artaxerxe, his verbis, τραπέζης δὲ τῆς αὐτοῦ μηδενὸς μετέχοντος, ἀλλ᾽ ἢ μητρὸς βασιλέως, ἢ γαμετῆς γυναικός; καθεζομένων, τῆς μὲν, ὑπ᾽ αὐ αὐτ, τῆς δὲ μητρὸς, ὑπὲρ αὐτόν. Additque eiuſdem menſæ honore Artaxerxem fratres ſuos, Oſtacen, & Oxaten. dignatum.

Quandoque etiam Reges magnifico & lauto conuiuio Satrapas, purpuratosque ſuos, excipiebant. Et ita, Artaxerxem epulum Satrapis, Prætoribusq; ſuis, præbuiſſe, hiſtoriarum monumentis proditum eſt. Cuius magnificentiſſimum apparatum qui ſtudebit noſſe, is librum Eſther, cap. I. & Ioſephum lib. XI. Antiquit. cap. VI. adeat. Mihi namque breuitatis ſtudioſo, digitũ in fontes intendiſſe viſum eſt ſatis. Similiterq; Darius Mediæ & Perſidis præſidibus, omnibusque præfectis cænam dediſſe, narratur lib. III. Eſdræ cap. III. Cuiuſmodi Epulas, LXX. Interpretes, vtrubiq; Δοχὴν vocant. Erant & Perſarum Regibus ſollemnes epulæ, ad quas ſoli Cognati vocabantur: συγγενικὸν ἄριστον Athenęus lib, II. appellat. Nam, vt Romani ſollemne (quemadmodum Valer Max. lib. II. cap. I. ſcribit) conuiuium iuſtituerant, quod CHARISTIA appellabant, cui pręter Cognatos

& adfines nemo interponebatur: ita Perſarum Reges ad hoc conuiuium Cognatos ſolos admittentes, Græcos, alioſve Barbaros minime adhibebant. Itaque honore eximio & prope ſingulari, ad eam Cognatorum cœnam, Artaxerxes Timagoram Cretẽſem (vel, vt aliis placet, Euthymium Gortynium) inuitauit, cum is æmulatione Themiſtoclis incenſus, ad Artaxerxem ſeſe contuliſſet: Qui honor Græcorum nulli antea contigerat, nec prętér eum alibi cuiquam poſtea cõceſſus fertur.

Alios quoque quibus honorem habitum vellent, menſa Reges dignabantur, quos φίλους καὶ συντραπέζους vocat Xenophon lib. I. Ἀναβάσ. Sic Democedem medicum a Dario, quẽ valetudini reſtituerat, Regiæ menſæ adhibitum, Herodot. lib. III. narrat. Apud eundem lib. V. Darius Hiſtiæum ad ſe euocans, ὁμοτράπεζον, id eſt, conuictorem eum, & a conſiliis habiturum, pollicetur, vt Cteſias in Perſicis teſtatur.

Nec tamen eundem acubitus & conſeſſus ordinem perpetuo Cyrus obſeruaſſe dicitur: ſed lege cauit, vt pro meritis ad ampliſſimos honorum gradus aſcenderetur. Xenophon lib. VIII οὐ μέντοι ἀθάνατον τὴν ταχθεῖσαν ἕδραν κατεστήσατο, ἀλλὰ νόμιμον ἐποιήσατο, καὶ ἀγαθοῖς ἔργοις προβαίνειν εἰς τὴν ἐντιμοτέραν ἕδραν. καὶ εἴ τις ῥᾳδιουργοίη, ἀναχωρῆσαι εἰς τὴν ἀτιμοτέραν.

Eorum autem quos ad cœnam Rex vocabat, alii foris, alii intra triclinium cœnabant, alii intus cum eo, velo tamen interiecto, ita vt Regem intueri non poſſent licet ab eo conſpicerentur, Quod Athenæus lib. 4. Dipnoſophiſt. ex Heraclide Cumano latius ita exponit: τῶν δὲ τοῦ βασιλέως συνδείπνων, οἱ μὲν ἔξω δειπνοῦσιν, οὓς ὁρᾶν ἔξεστι παντὶ τῷ βουλομένῳ· οἱ δὲ, ἔσω κατὰ βασιλέως, καὶ οὗτοι δὲ οὐ συνδειπνοῦσιν αὐτῷ, ἀλλ' ἔστιν οἰκήματα δύο κατ' ἀντικρὺς ἀλλήλων, ἐν ᾧ ὁ βασιλεὺς τὸ ἄριστον ποιεῖται, καὶ ἐν ᾧ οἱ σύνδειπνοι καὶ ὁ βασιλεὺς ἐκείνους ὁρᾷ διὰ τοῦ παρακαλύμματος τοῦ ἐπὶ τῇ θύρᾳ. ἐκεῖνοι δ' αὐτὸν οὐχ ὁρῶσιν. ἐνίοτε μέντοι ἑορτῆς οὔσης ἐν ἑνὶ οἰκήματι ἅπαντες δειπνοῦσιν, ἐν ᾧ καὶ ὁ βασιλεὺς, ἐν τῷ μεγάλῳ οἴκῳ. ὅταν δὲ βασιλεὺς πότον ποιῆται (ποιεῖ δὲ πολλάκις) συμπόται αὐτῷ εἰσὶν ὡς μάλιστα δώδεκα, καὶ ὅταν δειπνήσωσιν, ὅτι βασιλεὺς αὐτὸς καθ' ἑαυτὸν, καὶ οἱ σύνδειπνοι, καλεῖ τοὺς συμπότας τούτους τις τῶν εὐνούχων, καὶ ὅταν συνέλθωσιν, συμ-

πίνουσι μετ' αὐτοῦ, οὐ τὸν αὐτὸν οἶνον κἀκεῖνοι καὶ οἱ μὲν χαμαὶ καθήμενοι, ὁ δ' ἐπὶ κλίνης χρυσόποδος κατακείμενος καὶ ὑπερμεθυσθέντες ἀπέρχονται. Conuiuarum autem, qui regalibus epulis accipiebantur, modum & numerum definitum fuiſſe, Athenæus lib. IV. indicat Regum enim menſis, ad ſummum duodecim conuiuas accubuiſſe ſcribit. Ordinem vero accubationis epulatis eorum, quos Cyrus ad prandium vocabat, Xenophon lib. VIII. παιδ. deſcribit his verbis: Ὡς δὲ ἦλθον οἱ κληθέντες ἐπὶ τὸ δεῖπνον, οὐχ, ὅπου, ἔτυχον ἕκαστον ἐκάθιζεν, ἀλλ' ὃν μάλιστα ἐτίμα, παρὰ τὴν ἀριστερὰν χεῖρα, ὡς εὐεπιβουλευτοτέρας ταύτης οὔσης, ἢ τῆς δεξιᾶς τὸν δὲ δεύτερον, παρὰ τὴν δεξιὰν τὸν δὲ τρίτον, παρὰ τὴν ἀριστερὰ τὸν δὲ τέταρτον, παρὰ τὴν δεξιὰν καὶ ἢν πλέονες ὦσιν, ὡσαύτως &c. vbi obſeruandum eſt, infra Cyrum, ſiniſtrorſum, accubuiſſe eos, quorum ille fidem ſpectatam habebat: ſupra vero eum, dextrorſum, eos quibus minus fidebat: illamq; ſedem, hac honoratiorem habitam: propterea quod eius qui lateri noſtro hæret, inſidiis, læua corporis noſtri pars, magis pateat, expoſitaq; ſit, quam dextra. Qua ratione hodieq; apud pleraſq; Orientis gentes, ſiue in inceſſu, ſiue in conſeſſu, honoratior ille locus exiſtimatur, qui ſiniſtræ alterius ſubeſt. læuumque eius latus premit: ideo quod enſis, qui læua accingitur, capulo imminet.

Verum ab huiuſmodi epulis, præcipuum earum condimentum, libertas, aberat. Capite ſiquidem demiſſo, & oculis in terram deiectis, conuiuam cibum capere oportuiſſe ne quis Eunuchorum in aliquam ex pellicibus Regiis, oculos coniicientem eum animaduerteret, Lucian. in lib de mercede conduct. ſignificat his verbis: Δεῖ δ' οὖν ὥσπερ ἐν τοῖς Περσικοῖς δείπνοις, κάτω νεύοντα κατακεῖσθαι. δεδιότα μή τις εὐνοῦχος σε ἴδῃ προσβλέψαντα μιᾷ τῶν παλλακίδων. Inſolentius vero ſe Parthorum Reges erga conuiuas ſuos gerebant. Nam, vt Athenæus lib. XIV. ex Poſſidonio refert, ſi quem ex amicis Rex Parthorum ad cœnam vocabat, eum menſa non dignabatur: verum humi proſtratus, Rege in ſublimi & edito lecto accũbente, id demum quod ab ipſo proiiciebatur, canis inſtar excipiens, comedebat: ac ſæpe leui de cauſa è triclinio cœnaculove abductus, virgis loriſq; cæſus, & cruore fœdatus, illum à quo cæſus erat, tanquam accepto beneficio, procumbens ve-

nerabatur. Ibidemque, Regem Parthorum, ſeorſim ab aliis altioreque ſupra ceteros lecto, accubuiſſe, & ei ſoli, ceu terreſtri Deo, menſam peregrinis cibis refertam appoſitam, ſcribit. Ad Regiam vtique menſam adhibitis, neceſſe fuiſſe dolori frenos imponere, nec patienter modo, ſed & libenter, iniurias ferre, Harpagi & Præxaſpis exemplis, Seneca lib. III. de Ira. cap. XIV. docet.

Quandoque vero Reges, amicis, aut his quos honore proſequebantur, partes de cæna mittebant: quod iam inde à Cyri temporibus & eius inſtituto, in vſum veniſſe, Xenophon lib. VIII. παιδ. Κύρ. notat. Poſtquam enim eadem conuiuis appoſita, quæ Cyro, iiſdemque veſci ſolitum eum dixit, ſubiicit, ὅσα δὲ παρατεθείη ταῦτα πάντα, πλὴν οἷς αὐτὸς καὶ οἱ σύνδειπνοι χρήσαιντο, διεδίδου οἷς ἀεὶ βούλοιτο τῶν φίλων μνήμην ἐνδείκνυσθαι ἢ φιλοφροσύνην. διέπεμπε δὲ καὶ τούτοις οὓς ἀγασθείη, ἢ ἐν φυλακαῖς, ἢ ἐν θεραπείαις, ἢ ἐν ἄλλαις τισὶ πράξεσιν. Atque hunc morem à Cyro inſtitutum ad ſua vſque tempora ſeruatum, ibidem ait, vt quos ex amicis demereri vellent, eis partes de prandio mitterent: ſummoque in honore habitos eos, ad quos, in conſpectu populi, fercula de menſa Regis deferrentur. & ita Timagoræ Athenienſi, qui Artaxerxem adorauerat, τῶν παρατεθειμένων βασιλεῖ, τινὰ ἀπὸ τῆς τραπέζης ἀπηγγελμένα, Athen. libro. II. narrat. Sic & Nabuchodonozorus Babyloniorum Rex, quattuor adoleſcentibus Iudæis, quos ſub Eunuchi cuſtodia educabat, ἐχορήγει, vt Ioſephus lib. x. Antiquit. cap. xi. ſcribit, τὰ ἀπὸ τῆς τραπέζης αὐτοῦ εἰς δίαιταν, καὶ ἀπὸ τοῦ δείπνου καθημέραν συνήθως ἔπεμπε. Ex hoc more, Arſaca Regina Perſarum, conuiuio Perſarum primores excipiens, vt eſt apud Heliodor. lib. VII. μοίρας, κατὰ τὸ εἰωθὸς, τῶν ἐδεσμάτων, τοῖς περὶ τὸν Θεαγένην ἀπέστελλεν.

Cœnas vtique Regibus appoſitas eiuſmodi, vt magnæ reliquiæ fierent, Athenæus libro IIII. auctor eſt Indeque ad ſtipatores, ſatellites, & corporis cuſtodes, epulæ deferebantur: qui eas inter ſe partiri, & æquas in partes tribuere, ſolebant. Atque adeo vel ipſorum canum prandium, in Regia menſa apponebatur, vt non homines modo quorum opera Rex vtebatur, menſæ ipſius participes fierent: verum ipſa quoque domeſtica animalia eius vſibus deſeruientia inde

partem ferrēt. Quod ſilentio prætermittendum non cenſuit Xenophon.lib.III.παιδ.Κύρ.ex quo Plutarchus ſumpſit quo lib.VII. Problemat cap.IIII.ſcribit in hunc modum, Περσῶν βασιλεῖς φασὶν οὐ μόνον φίλοις καὶ ἡγεμόσι καὶ σωματοφύλαξιν ἀποπέμπειν ἀεὶ μερίδας, ἀλλὰ καὶ τὸ τῶν δούλων, καὶ τὸ τῶν κυνῶν ἀεὶ δεῖπνον ἐπὶ τῆς ἐκείνων παρατίθεσθαι τραπέζης, ὡς ἂν οἷς ὅν ἦν, πάντας οἷς ἐχρῶντο ποιούμενον ὁμοτραπέζους καὶ ὁμοεστίους.

Sed de his hactenus. Ad coniugia igitur Regum tranſitum faciamus.

Enimuero ſtirpis Regiæ propagandæ gratia, plures Perſarum Regibus, iuſtas vxores ducere licebat: quod & Perſarum Regibus in more poſitum Cicero lib.V.in Verrem tradit. Atque vt alios taceam, Darium Hyſtaſpis filium, duas Cyri filias, Atoſſam viduam, & Ariſtonam virginem, præterea Parmyn Cyri neptē, & hoc amplius, Othanis gnatam, eodem tempore in matrimonio habuiſſe Herodot.libro III. & VII. refert. Nuptias autem ſuas Reges omni apparatus magnificentia celebrabant. Aſſuerum quidem, ob Eſtheris nuptias, ferias populo Perſico extra ordinem induxiſſe, ex Ioſepho patet. Is enim libro XI. Antiquit.cap.VI. Διέπεμψε δὲ, ait, τοὺς ἀγγάρους λεγομένους εἰς πᾶν ἔθνος ἑορτάζειν αὐτοῖς τοὺς γάμους παραγγέλλων. Eademque de cauſa eum Satrapas & optimates Medorum & Perſarum, ſollemni epulo, per menſem integrum excepiſſe, ibidem Ioſephus refert. At LXX. interpretes, Eſther c.II. non epulum modo per ſeptē dūtaxat dies præbuiſſe Artaxerxē: verum præterea, tributorum remiſſionem, eius feſtiuitatis gratia, prouinciis indulſiſſe, narrant.

Vxorum vero, quas ſibi maritali affectione coniungebant, capiti diadema Reges imponebant. Sic enim Eſther cap.II. ſcribitur, καὶ ἠράσθη ὁ βασιλεὺς Εσθὴρ, καὶ εὗρε χάριν παρὰ πάσας τὰς παρθένους, καὶ ἐπέθηκεν αὐτῇ τὸ διάδημα τὸ γυναικεῖον Ioſephus quoq; libro vndecimo Antiq. Iud. cap. VI. Ἀφικομένης δὲ τῆς Εσθήρας πρὸς αὐτὸν, ἡσθεὶς αὐτῇ καὶ πεσὼν τῆς κόρης εἰς ἔρωτα, νομίμως αὐτὴν ἄγεται γυναῖκα. Et mox, Εἰσελθούσης δὲ εἰς τὸ βασίλειον, περιτίθησιν αὐτῇ τὸ διάδημα. Sulpic. Seu. libro II. ſacr. hiſtor. *Igitur iuncta Regi, breui (vt fit) vi pulchritudinis totum eius animum facile cepit: adeo vt eam æquatam imperio, inſigni Regio, veſte purpurea donaret.* Cuiuſmodi diadema illa in

ſua ad Deum precatione, σημεῖον τῆς ὑπερηφανίας μου, ὅ ἐστιν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς μου, vocat cap. IV. libri eius hiſtor. Monimam quoque Mileſiam in coniugium à Xerxe adſcitã. Diademate reuinctam fuiſſe, Plutarch. in Lucullo refert. Secundum quæ Heliodor. li. VII. Arſaca reginam, περικαθημένην ἐφ' ὑψηλοῦ, ἁλουργῷ μὲν καὶ χρυσοπάστῳ ἐσθῆτι φαιδρυνομένην, ὅρμων τε πολυτελείᾳ, Τιάρας ἀξιώματι μεγαλαυχουμένην.

Reginas autem ſupra modum, ſeu δεινῶς, φιλοκόσμους fuiſſe, Ælian. lib. XII. var. hiſt. cap. I. ſcribit. Regali certe cultu ornatas, indicio eſt, quod Diodor. Sicul. de Alexãdri erga Darii vxorẽ humanitate loquens, καὶ περιέθηκεν, ait, αὐτῇ κόσμον βασιλικόν. Reginis vtriq; regiones certas attribuebant, ex quarum reditu mundum ſibi pararent. Qua de re Cicero li. V. in Verrem: *Solere aiunt barbaros Reges Perſarum ac Syrorum plures vxores habere: his autem vxoribus Ciuitates attribuere, hoc modo: Hæc Ciuitas mulieri Redimiculum præbeat: hæc in Collum, hæc in Crines Ita populos habent vniuerſos, non ſolum conſcios libidinis ſuæ, verum etiam adminiſtros.* Hoc & Socrates apud Platon. in Dialogo qui Alcibiades inſcribitur, confirmat, auditione ſe id à quodam qui ad Regem Perſarum legationis officio functus erat, accepiſſe memorans. Narrabat enim ille, magnam ſe fertilemq; regionem, vnius prope diei iter patentẽ, peragraſſe, quam incolæ *Zonam Reginæ* nuncuparent: Eſſe & aliã quam *Reginæ Calyptram*, aliaq; inſuper loca eſſe & lata & feracia, ad mundum & ornatum Reginę ſuppeditandum deſtinata: quæ ab vnaquaque mundi muliebris ſpecie appellationem ſortita erant. Athenæus lib. I. de Antylla vrbe, quæ non procul abeſt Alexandria, ἧς, ait, τοὺς φόρους, οἱ τότε βασιλεῦς Αἰγύπτιοί τε καὶ Πέρσαι ταῖς γαμεταῖς ἐδίδοσαν εἰς ζώνας. Reginarum autem caput vnguentis delibutum fuiſſe, apparet ex capite IIII. Eſther, vbi & στρεπτῶν τριχῶν fit mẽtio. Eodemq; libro, de inceſſu Eſther Reginæ, hæc LXX. Interpretes, cap. V. ſcripta reliquerunt, παρέλαβε τὰς δύο ἅβρας· καὶ τῇ μὲν μιᾷ ἐπηρείδετο, ὡς τρυφερευομένη· ἡ δὲ ἑτέρα, ἐπηκολούθει, κουφίζουσα τὴν ἔνδυσιν αὐτῆς. Ioſeph. vero libro XI. Antiq. ca. VI. κοσμήσασα μὲν ἑαυτὴν δ' ὡς ἔπρεπεν τὴν βασίλισσαν, σὺν δυσὶ θεραπαίναις, ὧν ἡ μὲν ἐπερειδομένην αὐτὴν κούφως ἔφερεν· ἡ δὲ, ἑπομένη, τὸ βάθυ τοῦ ἐνδύματος, καὶ μέχρι τῆς γῆς κεχυμένον, ἄκροις ἐπῄωρει τοῖς δακτύλοις, ἧκει πρὸς τὸν βασιλέα

Iam Reginis, nullos aliter atque Spartæ, cuſtodes adpoſitos inualuiſſeq;, vt citra vllam cuſtodiam, ſolo metu in fide retinerentur, formidineq; pœnæ pudicitiam ſeruarent, bonos mores colerent: ac proinde nullam vnquam ſuſpicionem ortam, ex alio quam ex Rege ſuſceptos liberos, qui Reginarum partu edebantur, Plato Alcibiade I. ſignificat: cuius verba, vel ea maxime gratia ſubieci, quod ab eorum ſententia, Lemanorum Latina interpretatio longe aberret: ὁ δὲ Περσῶν βασιλεὺς τοσοῦτον ὑπερβάλλει, ὥστε οὐδεὶς ὑποψίαν ἔχει ὡς ἐξ ἄλλου βασιλεὺς ἂν γένοιτο, ἢ ἐξ αὐτοῦ. Διὸ οὐ φρουρεῖται ἡ τοῦ βασιλέως γυνὴ, ἀλλ' ἢ ὑπὸ φόβου.

Verum libidini laxas habenas dantes Reges, pellicum turbam; & vt Q. Curtius loquitur, *Greges*, Vxoribus quas iuſtis ſibi nuptiis iunxerant, adhibuiſſe, adiunxiſſeque, non eſt ignotum: παλλακίδων enim multitudini ſola Regum libido modum faciebat. Cui rei teſtimonio eſt quod Artaxerxem ex pellicibus cxv. filios ſuſcepiſſe, Iuſtin. lib. x. ſcribit. Sed & Darij Regiam Pellices cccLx. implebant, eumque non domi modo, verumetiam militiæ comitabantur, vt Q. Curtius lib. III. auctor eſt. Totidemque Pellices Alexandrum ſecutas, idē Curtius lib. VI. & Diodor. Sicul. lib. XVII. memorant. Athenæus lib. XIII. Parmenionem Damaſco in poteſtatem redacta, litteras ad Alexandrum miſiſſe narrat, quibus ſignificabat ſe omnibus impedimentis Darij potitum: inter quæ inuentas pellices Tibicinas trecentas viginti nouem. Surenam etiam, qui ſecundum à Rege Parthorum locum tenebat, ſecum in expeditionem duxiſſe διακοσίας ἀπήνας παλλακίδων, Plutarch. in Craſſo narrat.

Pellicatum autem iſtum qui *maxime caſtus*, vt Impp. noſtri loquûtur, *exaſperat*, Reginas æquo animo ferre & perpeti coactas, Athenæus lib. XIII. ſcribit tum quod Rex, velut dominus, omne in Vxorem imperium haberet, eaq; in eius manu mancipioque eſſet: tum quod, vt ex Dinone addit, Pellices Reginam colerent, ac venerarentur. Idem li. XII. ex Heraclide Cumano tradit, ccc. mulieres Regem Perſarum cuſtodiſſe: quæ interdiu ſomnum capiebāt: totam autem noctem inſomnem, accenſis lucernis, canendo, & pſallendo, traducebant. Eas Rex vt plurimum, per Melophororum aulam admittebat.

Regiæ autem Pellices ſingulæ ſeparatim recludebantur, vt Iuſtin. libro I. ſcribit. Eius rei ergo, in Regia, Gynæceum erat, cuius apud Athenæum libr. I. cap. II. & vlt. & Philoſtrat. libr. I. de Apollonij vita, fit mentio: Quo in Gynæceo Pellices à Spadonibus adſeruabantur. Et ita, cum Artaxerxes forma præſtantiſſimas virgines conquiri iuſſiſſet, eas Suſa deductas in conclaue mulierum, ſub cuſtodia Eunuchi Hegæi (qui Gynæceō præfectus, & τῶν γυναικῶν φύλαξ erat) abditas, Eſtheris cap. II. ſcribitur: quo Gynæceo eas per XII. menſium ſpatium adſeruatas, vt interim corpori curando & comendo, operam darent, refertur. Ac prioribus ſex menſibus, vnguentis & oleo myrteo delibutas, reliquo vero tempore, odoribus quibuſdam aſperſas, & pigmentis fucatas fuiſſe ait. Honoris autem expertes Pellices non erant. Nam & Pellicē ad dexteram Regis ſediſſe, eoque familiariter vſam, narratur Eſdræ lib. III. cap. IIII. Trebellius Pollio in Valeriano, *Cepit Regis theſauros: cepit etiam, quas theſauris cariores habent Reges Perſici, Concubinas.* Idem Trebellius in Herode, Odenatum poſt deuictum Regem Perſarum, quidquid *Concubinarum regalium*, quidquid diuitiarum gemmarumq; ceperat, Herodi filio, paterna affectione peruictum, tradidiſſe refert.

Inter has vtique Pellices, noctium vices, Reges patiebantur, vt patet ex Heſtere, lib. I. cap. II. Et hoc eſt quod Herod. lib. III. ait, ἐν περιτροπῇ γὰρ δὴ γυναῖκες φοιτῶσι τοῖς Πέρσῃσι. De Alexandri etiam ſimili luxu, Diodor. Sicul. lib. XVII. τὰς παλλακίδας ὁμοίως τῷ Δαρείῳ περιῆγε, τὸ μὲν ἀριθμὸν οὔσας οὐκ ἐλάττους πλήθει τῶν κατὰ τὸν ἐνιαυτὸν ἡμερῶν, κάλλει δὲ διαπρεπεῖς, ὡς ἂν ἐξ ἁπασῶν τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν γυναικῶν ἐπιλελεγμένας. Αὗται δὲ ἑκάστης νυκτὸς περιΐεσαν τὴν κλίνην τοῦ βασιλέως, ἵνα τὴν ἐκλογὴν αὐτὸς ποιήσηται τῆς μελλούσης αὐτῷ συνιέναι.

Pellices plane, quoties Rex venatum exibat, vna cum eo proficiſcebantur, vt Athenæus lib. XII. refert. Quinetiam expeditionem ſuſcipientē Regem comitabantur: quemadmodum, exemplo Darij, Curtius lib. III. oſtendit. Ioniam autē Regi magno pellices ſuppeditaſſe, Maxim. Tyr. Ser. XXXIII. ſcribit. Atque adeo, ex Ionia pellicis inſtar, lectica operta, Temiſtocles Suſa delatus dicitur. Sed & Plutarch. in Craſſo, complures ex Mileſia & Ionia, pellices quæſitas tradit.

Liberorum vero, quos ex iuſtis vxoribus ſuſceperant; educatio & diſciplina ſummæ curæ Regibus erat. Ac proinde, ſtatim atque maior natu Regis filius, quem proxima ſpes ſucceſſionis contingebat, in lucem editus erat, non is vili alicui & obſcuræ mulierculæ, verum, vt Plato in Alcibiade I. ſcriptum reliquit, Eunuchis præſtantiſſimis & optimis committebatur: quibus, præter educationis onus, hoc etiam mandabatur, vt eius membra componerent, dirigerentque: denique operam darent, omnique ratione prouiderent, quo puer quã pulcherrimus euaderet. Atque in Magno pretio erant, quibus id negotij dabatur. Cum vero Puer ſeptimum ætatis annum attigiſſet, equitare diſcebat: eique Equeſtris diſciplinæ periti magiſtri adhibebantur. Venatu quoque exerceri incipiebat. Anno autem decimo quarto, in diſciplinam tradebatur iis quos Regios Pædagogos appellabant. Erant hi viri ſelecti quatuor, ex his qui ſapientiſſimi, iuſtiſſimi, temperantiſſimi, & fortiſſimi, apud Perſas haberentur. Quorum primus, prudentia inſignis, Magiam docebat Zoroaſtris Horomazi filij, quæ in deorum cultu verſabatur: Tradebat & ille regia inſtituta. Alter iuſtitia commendatus, puerum inſtituebat veritatem toto vitæ curriculo amplexari. Tertius temperantia præſtans, docebat, domitas habere libidines, voluptatemque corporis (quã *omnium malorum matrem* Cicero libro I. de Legib. vocat: quaque nullam *Capitaliorem* eſſe *peſtem*, idem libro de Senectute tradit) aſpernari. Quartus, fortitudine prælucens, in eo laborabat, vt puerum impauidum intrepidumque redderet, ne metu frangeretur, aut debilitaretur. Ex quo Platonis loco, Magiæ dignitatem adſerere conatur Apuleius Apolog. I. Etenim, poſt ipſa Platonis verba relata, ſubiicit: *Auditis ne Magiam qui eam temere accuſatis, arte eſſe dijs immortalibus acceptam, colendi eos ac venerandi pergnaram, piam ſcilicet & diuini ſciente iam inde à Zoroaſtre & Oromazo auctoribus ſuis nobilem, cælitum antiſtitem quippe inter prima regalia docetur, nec vlli temere inter* Per*ſas conceſſum eſt, Magum eſſe, haud magis quam regnare.* De illis vero Regiis Pædagogis, hæc Clemens Alexand. libro primo Pædagog. capite VII. ſcribit: Οὐκ ἔλαθον ἡμᾶς οἱ παρὰ πέρσαις βασιλειοι καλούμενοι παιδαγωγοί οὓς

τέτταρας τὸν ἀριθμὸν ἀρίστους ἐκλέγοντες ἐκ πάντων Περσῶν οἱ βασιλεῖς Περσῶν, τοῖς σφῶν αὐτῶν ἐφίστων παισιν. Sed & à mulieribus; atque Eunuchis, Regum liberos educatos fuiſſe, Plato libro II. de Legib. ſcribit.

Verum vt ad Regum cottidianæ vitæ conſuetudinem accedam, illud apud Perſas nunquam ſatis laudatum inſtitutum viguit, quod vt apud Homerum ad Agamemnonem, à ſomno excitandum miſſum inſomnium, his eum verbis acuit, οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα, ᾧ λαοί τ' ἐπιτετράφαται καὶ τόσσα μέμηλε: ſic Perſarum Reges ab vno de cubiculariis ſuis mane cottidie excitari conſueuerant, vt ad regni procurationem ipſis à Deo concreditam, ſuſcipiendam, è lecto ſurgerent, quemadmodum Plutarch. in lib. πρὸς ἡγεμόνα ἀπαιδ. refert his verbis, Ὁ μὲν γὰρ Περσῶν βασιλεὺς, ἕνα τῶν κατευνασῶν εἶχε πρὸς τοῦτο τεταγμένον, ὥστε ἕωθεν εἰσιόντα λέγειν πρὸς αὐτὸν, Ἀνάστα ὦ Βασιλεῦ, καὶ φρόντιζε πραγμάτων σε φροντίζειν ὁ Μεσορομάσδης ἠθέλησε. Quinetiam ex quo Athenienſes incendio Sardes deleuerunt, vni ex miniſtris imperaſſe Xerxem, vt prandio appoſito, ter ei inclamaret, Δέσποτα, μέμνεο τῶν Ἀθηναίων, Herodot. lib. IX. auctor eſt.

Reges plane cottidie rem diuinam feciſſe conſtat: eiuſque rei gratia mille in ſingulos dies victimas, in his Boues, Aſino, & Ceruos, cędi conſueuiſſe, Athenæus li. III. refert. Sacra vero faciẽtibus illis, Magi aſtabãt: idque ex Cyri inſtituto. Is enim, vt Xenophon lib. VIII. παιδ. narrat, populo planum facere ſtudens, res diuinas ſibi curæ & cordi eſſe, Magos inſtituit, ὑμνεῖν τε ἀεὶ, ἅμα τῇ ἡμέρᾳ, τοὺς θεοὺς καὶ θύειν δι' ἑκάστην ἡμέραν, οἷς οἱ Μάγοι θεοῖς εἴποιεν: eaque vti à Cyro conſtituta erant, à ſucceſſoribus conſtantiſſime ſeruata ſubiicit. Strabo quoque libro XV. apud Perſas, Magos συνεῖναι τοῖς βασιλεῦσι ὑφηγουμένους τὰ περὶ τοὺς θεοὺς tradit. Præſentibus ergo Magis Rex hoſtias immolabat. Philoſtrat. libro I. de vita Apollonij, his verbis: ἔτυχε μὲν θύων παρόντων τῶν Μάγων αὐτῷ τὰ γὰρ ἱερὰ ὑπ' ἐκείνοις δρᾶται. Eos etiam Regum conſiliis intimos fuiſſe, ſignificat Dio Chryſoſt. Orat. XLIX. illos inquiens conſtitutos, ἐπιστάτας τοῖς βασιλεῦσι καὶ ἄρχοντας: quod & Procopius libr. I. de bello Perſico adſtruit.

Perſarum autem Reges, priuſquam ſacra facerent, de

pietate

pietate diſſeruiſſe, ac verba feciſſe, teſtis eſt Stobæus, Serm. XLII. ex Selino, his verbis, οἱ Περσῶν βασιλεῖς, περὶ μὲν τῶν θυσιῶν, περὶ εὐσεβείας διαλέγονται· περὶ τοῦ πίνειν, περὶ σωφροσύνης· πολεμεῖν δὲ μέλλοντες, περὶ ἀνδρίας. Teſtatam vtique pietatem ſuam reliquit Cyrus, eo decreto, quod lib. I. Eſdræ, capit. V. memoratur. Etenim non modo templum Dei Hieroſolymis inſtaurari permiſit: verumetiam ex arca ſua, & de tributis, quæ ei à regione trans flumen ſita pendebantur, ſumptus neceſſarios ad opus abſoluendum ſuppeditari præcepit. Tauros quoque, oues, agnos, & quicquid ad rem diuinam & ſacrificia opus eſſet, præſtari, frumentum item, ſal, vinum & oleum, in dies dari ſacerdotibus iuſſit: vt ſacra Deo immortali, & pro ſalute Regis filiorumque eius, vota facerent. Atque huic decreto idem Cyrus, ſanctionem, ſecundum LXX. interpretum verſionem, ſubiecit huiuſmodi: Καὶ ἀπ' ἐμοῦ ἐτέθη γνώμη ὅτι πᾶς ἄνθρωπος ὃς ἀλλάξει τὸ ῥῆμα τοῦτο, καθαιρεθήσεται ξύλον ἐκ τῆς οἰκίας αὐτοῦ· καὶ ὀρθούμενος παγήσεται ἐπ' αὐτοῦ, καὶ ὁ οἶκος αὐτοῦ, τὸ ὄνομα ἐκεῖ καταστρέψαι πάντα βασιλέα, καὶ λαὸν, ὃς ἐκτενεῖ τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἀλλάξαι καὶ ἀφανίσαι τὸν οἶκον τοῦ θεοῦ ἐκεῖνον τὸν ἐν Ἱερουσαλήμ. Cui Cyri decreto Darius ſubſcripſit, in hunc modum, Ἐγὼ Δαρεῖος ἔθηκα γνώμην· ἐπιμελῶς ἔσται.

Quibus autem verbis idem Cyrus, voluntatem ſuam de hac re populo ſibi ſubdito notam fecerit, eamque per omnes ditioni ſuæ ſubiectas regiones promulgauerit, pete lector ex cap. I. Eſdræ: vnde & formulam, qua Edicta decretaque Regum Perſicorum concipi ſolebant, aliquatenus colligere licet.

Iam Cyri proceſſum è Regia, Xenoph. libr. VII. παιδ. Κύρ. accurate deſcribit, præfatus, vnam hanc iniiſſe rationem Cyrum, qua maieſtatem Regibus conciliaret, imperiumque cuius tutelam in maieſtate poſitam, ſcite Q. Curtius pronuntiat, auguſtius venerabiliuſq; efficeret. Hinc Imperatoris Iuliani, qui Eunuchos, Cocos, Tonſores, palatio exegit, factum à pleriſque hoc nomine improbatum Socrates, libro III. hiſtor. Eccleſ. capite I. tradit, ὅτι παυομένη ἡ ἐκ τοῦ βασιλικοῦ πλούτου τοῖς πολλοῖς ἐγγινομένη κατάπληξις, καταφρόνητον ἐποίει βασιλείαν. id eſt, vt Caſſiodor. libro ſexto hiſtor. Tripart.

capite 1. vettit, *quod remoto faſtu palacii, contemptibile videretur imperium.* Perſarum ergo Rex, Regia egrediens, vt Deos ſalutatum iret, vel iis ſacra faceret, hac pompa procedebat: (ipſamet enim de ea re Xenophontis verba ponam) Στίχοι εἱστήκησαν ἔνθεν καὶ ἔνθεν τῆς ὁδοῦ, ὥσπερ καὶ νῦν ἔτι ἵστανται ᾗ ἂν βασιλεὺς μέλλῃ ἐλαύνειν· ὧν ἐντὸς οὐδενὶ ἔξεστιν εἰσιέναι τῶν μὴ τετιμημένων. μαστιγοφόροι δὲ καθέστασαν οἳ ἔπαιον εἴ τις ἐνοχλοίη. Quibus verbis declarat, ordines ex vtraque viarum, per quas Rex inceſſurus erat, parte poſitos: intra quos cancellos, nemini præter Honoratos ingreſſus patebat. Maſtigophori eos qui ordines interturbarent, ſummouebant. Pro foribus autem Regiæ, ſeu palatij, haſtati erant, & equites ex equis deſcendebant. Apertis vero Regiæ foribus, vt idem Xenophon tradit, primum quidem ducebantur tauri eximij quaterni, Ioui & aliis Diis quibus rem diuinam faciendam eſſe Magi ſtatuebant. Poſt hos ducebantur equi, Soli grata & accepta hoſtia. Poſtea educebatur currus albis equis iunctus, aureum habens iugum, coronis redimitus, Ioui ſacer: poſtea, Solis currus, albis quoque equis vectus, eodemq; modo coronatus vt prior. Educebatur deinde tertius alius currus, cuius equi puniceũ ſtratum habebant: pone currum ſequebantur homines, Ignem ferentes in foco ingenti. Poſtea exibat Rex, curru vectus, rectam habens Tiaram, & amiculum purpureum albo diſtinctum, & circa crura, braccas purpureas. Cognati etiam eius, iiſdem inſignibus erant conſpicui. Regis autem exertæ erant extra manicas manus. Procedente vero curru, præcedebant quatuor millia ſcutatorum. Currum præterea ab vtraque parte circumdabant bis mille haſtati. Subſequebantur & Sceptrigeri equis inſidentes, cum iaculis, circiter trecenti. Equi deinde qui Cyro alebantur, aureis frenis ornati adducebantur, circiter ducenti. Hos ſequebantur ter mille Perſæ: poſtremo loco equites Medi, Armenij, Hyrcani.

Toties autem à me in hiſce commentariis petitas ex Xenophontis libris περὶ παιδ. κύρ. auctoritates, non eſt quod quis in dubium vocet, hoc obtentu, quod eos libros Cicero non ad hiſtoriæ fidem, ſed ad effigiem iuſti imperij ſcriptos cenſuerit. Nam, quod ad Perſicos ritus & mores atti-

net, nihil à vero alienum ſe comminiſci ipſemet profitetur: adſerens non ſemel, ſuis etiamnum temporibus ſeruata ea quæ à Cyro inſtituta prædicat. Oculati autem teſtis, & qui tot Perſici imperij regiones peragraſſet, quis eſt qui fidem eleuare auſit? Plane quod is hac in parte tradit, teſtimonio quoque Herodoti & Curtij cõfirmatur: quorum verba, quod ad aciei ordinem pertinent, in extremum librum reieci. Illud dumtaxat in tranſitu notandum moneo, quod de Igne qui Regi præferebatur, Xenophon perſtringit. Erat enim hic ſacer & æternus ignis de quo Ammia. Marcell. lib. 23. *ferunt,* ait, (de Magis loquitur) *etiam ſi iuſtum eſt credi, ignem cælitus lapſum, apud ſe ſempiternis ferculis cuſtodiri: cuius portionem exiguam, vt fauſtam, præiſſe quondam Aſiaticis Regibus dicunt:* quem quinem ignem poſt Regum exceſſum, extinctum, ſupra demonſtrauimus.

Sane Perſarum Rex, vix vmquam pedibus incedens, aut de plano, ſui copiam populo faciebat: ſed vel curru vectus, aut in equo ſedens, Regiam egrediebatur: nec aliter conſpiciendum ſe, extra Regiam, præbebat. Idque maieſtatis conſeruandæ cauſa, inualuiſſe veriſimile eſt: cuius recepti moris teſtis eſt Athenæus libro XII. Dipnoſophiſt. qui de Rege Perſarum loquens, ὅτι, ait, εἰς ἐσχάτην αὐλὴν ἔλθοι, ἀνέβαινεν ἐπὶ τὸ ἅρμα, ἐνίοτε δὲ καὶ ἐφ' ἵππους, πεζὸς δ' οὐδέποτε ἑωρᾶτο ἔξω τῶν βασιλείων. Quinetiam ſi quando per Melophororum aulam pedibus incedebat, ſubſterni conſueuiſſe ψιλοτάπιδας Σαρδιανοὺς ἐφ' ὧν οὐδεὶς ἄλλος ἐπέβαινεν ἢ βασιλεύς, idem Athenæus eodem libro teſtatur. Equum autem in quem Rex aſcendebat, χρυσοχάλινον fuiſſe, Xenophon libro primo παιδ. κύρ. docet. Plerumque vero in rheda Perſarum Reges vehi, atque adeo in ipſis præliis currum inſcendere conſueuerant. Et ita Darium *triumphantis* magis quam *dimicantis more,* curru ſublimen, prælium cum Alexandro iniiſſe, Q. Curtius libro tertio & quarto narrat. Idem libro V. *Darius, ſigno ad eundum dato, currum priſtino more, conſcendit.* Albis autem equis tractos Regum currus, indicat Seneca libro III. de Ira capite vigeſimoprimo. vbi de Cyro, qui Gynden late fuſum amnem, vado tranſire tentauit, verba faciens, *ibi,* ait, *vnus ex his equis, qui trahere Regium currum albi ſolebant, ab-*

*reſtus vehementer commouit Regem.* A Luciano vtique in Timone,& in lib. de Mercede conductis, & in Epiſtolis Saturni,& in Somnio, ſiue Gallo, λευκὸν ζεῦγος, in deliciarum argumento ponitur. Ad eam rem Perſarum Reges Niſæis equis vtebantur. Ita Herodot. lib. VII. Xerxem vectum ait, ἐφ' ἅρματος ἵππων Νισαίων. Niſæos autem equos, à regione quadam Mediæ, quæ ingentes equos ferebat, nomen traxiſſe; Herodot. ibidem tradit. Ἐστὶ ait ille, πεδίον μέγα τῆς Μηδικῆς, τῷ ὄνομα ἐστὶ Νίσαιον. τοὺς ὦν δὴ ἵππους τοὺς μεγάλους φέρει τὸ πεδίον τοῦτο. Quorum equorum præſtantiam Dio Chryſoſtom. Oratio I. de Regno. & Maximus Tyr. Serm. XXXIIII. celebrant. Themiſtius Oratio. V. ἢ ὅτι χρυσᾶ ἅρματα αὐτοῦ περιπέμπουσι Νισαίων ἵππων. Huiuſmodi vero equos, albos fuiſſe, indicat Philoſtratus lib. I. de vita Apollonij, cum de Rege Perſarum loquens, ait, λευκὸν δὲ ἄρα ἵππον, τῶν σφόδρα Νισαίων, καταθύειν ἔμελλε. Quot autem impedimenta ſecum, Heliogabali ætate, Reges Perſarum iter facientes ducerent, oſtendit Lamprid. in Heliogabalo, *Sexcenta*, inquiens, *vehicula dicitur duxiſſe, adſerens, decem millibus Camelorum Perſarum Regem iter facere.* Cum vero Rex Perſarum curru deſcenderet, neque deſiliebat, quamuis exigua eſſet altitudo à terra: neque hominum manibus fulciebatur, ſed aurea ſella illi ſemper apponebatur, cui pedes imponens, deſcendebat. Eius rei ergo, vnus è Regis famulis ſellam ferens, currum ſemper ſequebatur, vt auctor eſt Athenæus lib. XII.

Perſarum vero Rex, iter vehiculo faciens, temporis fallendi, tædiique vitandi cauſa, Philyrium, & quo id ſcinderet, cultellum, manibus tenebat, quemadmodum Ælianus libr. XIIII. var. hiſtor. cap. XII. tradit, Prorſus enim, neque libri vllius lectioni vacabat, nec cogitationes in res aliquas ſerias aut graues impendebat. Qua potiſſimum de cauſa Perſarum Reges, Seneca lib. III. de Ira cap. VII. *Barbaros*, vocare non dubitauit: *quos nulla eruditio, nullus litterarum cultus, imbuerat.* Cum autem è Perſide in Mediam migrabat Rex, quod ea Regio ſcorpiis infeſtabatur, triduo antequam itineri ſe committeret, omnibus eius tractus incolis venationem ſcorpiorum indicebat: & eum qui quamplurimos confeciſſet, muneri donabat, vt idem Ælianus libro decimoquinto de Ani-

malibus cap.xxvi. refert.

Solebant autem & Perſarum Reges, veteri inſtituto, omnes ditionis ſuæ prouincias obire, luſtrare, peragare, vt Xenophon in Oeconomico, & Ariſtides, Oratione de Roma, tradit. Id quod Oebari monitu & hortatu, Cyrum inſtituiſſe credibile eſt. Primus enim ille, Ariſtide teſte, Cyrum longinquam peregrinationem grauate ferentem monuiſſe fertur, prorſus illi, nollet vellet, excurſiones eiuſmodi faciẽdas, ſi quidem imperio potiri cuperet; in eamque rem vtris ſimilitudine vſum, qui inflatus ac turgidus pede facile premeretur coerceretur que; ſublato vero ac remoto pede, mox exurgeret, rurſuſque calcatus, ſubſideret.

Ac plane Plinius in Panegyrico veri principis munus eſſe ait, *reconciliare æmulas ciuitates, tumenteſque populos non imperio magis quam ratione, compeſcere, intercedere iniquitatibus Magiſtratuum: infectumque reddere quicquid fieri non oportuerit: Poſtremo, velociſsimi ſyderis more, omnia inuiſere, omnia audire, & vndecunq; inuocatum, ſtatim, velut numen, adeſſe & adſiſtere.* Ad eas vero prouincias quas adeundi, & oculis ſuis inſpiciendi facultas non dabatur, fidos Legatos, qui earum ſtatum vice ſua explorarent, ſibique renuntiarent, mittebat. Atque vbi, vel per ſe, vel aliorum relatu, rectores moderatoreſque prouinciarum perbelle officium ſuum facere, beneque & ex prouincialium vtilitate prouincias regere comperiſſet, hominumque multitudine affluere vrbẽs, agros optime cultos, & arboribus conſitos, &, vberi fructuum prouentu, copiis abundare, reſciſſet, illarum Præſides & rectores non minus muneribus quam laudibus honoribuſque auctos, ad alias dignitates promouebat: eiſque regendas alias prouincias mandabat. Qui vero per ſocordiam & ignauiam exhauſtam, ac tenuem, incoliſque infrequentem prouinciam reliquiſſe deprehendebantur, eos, grauiter multatos, poteſtate eis decreta abdicabat.

Sane Perſarum Reges ſummopere ſatagebant, vt ciuitates quæ in eorum regno & ditione erant, bene ac beate habitarentur, propterea quod, vt Libanius libro ij. Epiſtol. ait, τὰς πόλεις οἰκεῖσθαι καλῶς βασιλείας ἐστὶν ἀσφάλεια. Popularium ergo quietem, & otium, totamque diſciplinam publi-

cam, non minus quam rem militarem, & bellica munia, ad curam & ſollicitudinem ſuam reuocabant: ſtudiumque adhibebant, vt omni remoto metu, agricolæ agris colendis, negotiatores mercaturis faciendis, opifices mechanicis artibus excercendis, libere vacarent. Eoque modo, Tributis, inquibus nerui Reipub. poſiti ſunt, conſulebant: prudenter cogitantes, male & negligenter cultis agris, aut opificibus ferias agentibus, artiumque ſuarum exercitio prohibitis, tributa pendi non poſſe. καὶ γὰρ σχεδόν τι (vt ait in Oeconomico Xenophon) οἱ κακῶς τὴν χώραν ἐργαζόμενοι, οὔτε τοὺς φρουροὺς τρέφουσιν, οὔτε τοὺς δασμοὺς δύνανται ἀποδιδόναι. Itaque vt à vi & iniuria ſarta tectaq; oppida tuerentur, nec vllam agricolæ opificesve ignauiæ inertiæque ſuæ cauſam prætenderent: rationem inuenerunt, qua ſecuritatem ſubditis præſtantes, eorum induſtriam acuerent: eoq; modo, dum agrorum culturæ & opificis ſingulorum animi intenti, eſſent cum frugibus, tum etiam & aliis, quæ ad victum cultumque corporis neceſſaria erant, regio quæque abundaret. Hoc conſilio & hac mente, quorumdam Magiſtratuum fidei vrbes & regiones committebant, aliis arcium cuſtodiam cum præſidiis credebant, &, vt Xenophon in Oeconomico ait, alios conſtituebant ἄρχοντας τῶν κατοικούντων τε, καὶ ἐργατῶν, ſimulque, τῶν ἔργων ἐπιμελουμένους: alios vero, ἄρχοντας τῶν ὡπλισμένων φρουρῶν, quos & φρουράρχους appellat. Illorum muneri incumbebat, δασμοὺς ἐκ τῶν κατοικούντων καὶ ἐργατῶν ἐκλέγειν. Et ſi quidem mandatum ſibi munus Phrurarchus, ſeu Arcis cuſtos, non obiret, nec ab vrbis & regionis incolis vim iniuriamque propulſaret, eius nomen apud Principem deferedat: ac ſocordiæ incuriæque reum poſtulabat, quod opus facere, & artes ſuas exercere, διὰ τὴν ἀφυλαξίαν, incolæ non poſſent. Contra, ſi Arcis præfecto ſecuritatem & pacem ita conſiliante, vt quælibet opera tuto exerceri poſſent, præfectus vrbi nihilominus ὀλιγάνθρωπόν τε καὶ ἀργὸν τὴν χώραν haberet, ignauumque deſidere populum pateretur, cum, quaſi impoſitam ſibi à Rege perſonam, non ex fide, nec ex vtilitate publica ſuſtineret, reum Phrurarchus agebat. Atque ita alter alterum, ſi in officio male negligenterve verſaretur, obſeruabat.

Iam vero Perſarum Reges ius dicere conſueuiſſe Ioſeph. lib. XI. Antiq. Iud. cap. III. oſtendit. Ipſam quoque Semiramidem cum Regio capitis inſigni, è ſolio, iura reddidiſſe, Plutarch. ἐν Ἐρωτικῷ. declarat. Loci autem in quo Perſarum Reges ius dicebant, admirabilem ornatum Philoſtrat. lib. I. de vita Apollonij, ita deſcribit, φασὶ δὲ καὶ ἀνδρῶνι ἐντυχεῖν, οὗ τὸν ὄροφον, ἐς θόλου ἀνῆχθαι σχῆμα, οὐρανῷ τινὶ εἰκασμένον, σαπφειρίνῃ δὲ αὐτὸν κατηρέφθαι λίθῳ. κυανωτάτη δὲ ἡ λίθος, καὶ οὐρανία ἰδεῖν. θεῶν τε ἀγάλματα, οὓς νομίζουσιν, ἵδρυται ἄνω. καὶ χρυσᾶ φαίνεται, καθάπερ ἐξ αἰθέρος. δικάζει μὲν δὴ ὁ βασιλεὺς ἐνταῦθα. χρυσαῖ δὲ ἴυγγες ἀποκρέμανται τοῦ ὀρόφου τέτταρες, τὴν ἀδράστειαν αὐτῷ παρεγγυῶσαι, καὶ τὸ μὴ ὑπὲρ τοὺς ἀνθρώπους αἴρεσθαι. ταύτας οἱ μάγοι αὐτοὶ φασὶν ἁρμόττεσθαι, φοιτῶντες ἐς τὰ βασίλεια. καλοῦσι δὲ αὐτὰς θεῶν γλώσσας.

De capitalibus vero cauſis ipſos etiam Reges Perſarum, cognoſcere ſtatuereque ſolitos, conſtat: & quod in principe exigebat Claudianus, vt eſſet *piger ad pœnas, ad præmia velox*, hoc mihi Perſarum Reges præſtitiſſe videntur. Etenim recta ſecum reputantes via, nullam vnquam de morte hominis *cunctationem longam cenſeri*, propeque eſſe vt lubenter condemnent qui cito: neminem vnquam propere feſtinanterve damnabant: nec inauditum quemquam, aut indicta cauſa, ad ſupplicium duci iubebant. Quamobrem vel grauiſſimorum facinorum & criminum reos, carcere per aliquod temporis ſpatium contineri, ac de criminibus obiectis interrogari curabant. Et ita, mora aliqua interpoſita, plerumque etiam quæſtione habita, de capite ſententiam ferebant. Quod Epiphanius libro ſecundo capite de Manichæis oſtendit, de Mane loquens in hunc modum: προστάγματι βασιλικῷ ἐμβάλλεται εἰς τὸ δεσμωτήριον. οὐ γὰρ εὐθὺς οἱ τῶν Περσῶν βασιλεῖς, τὰς τιμωρίας, κατὰ τῶν τὰς μείζους αἰτίας, τῶν ἀτοπήματα δρώντων, ἐπιφέρουσιν. ἀλλὰ ποικιλοτέραν τινὰ ἐπινοοῦσι θανατικὴν ψῆφον, μετὰ βασάνων τοὺς ἐπαπειλουμένους διατίθεσθαι.

Ac nec ob vnum aliquod admiſſum, in reos, nocenteſve facinoris conuictos, animaduerti moris erat: ſed ita demum, ſi comparatis eorum inter ſe, bene, vel male, factis mala præualere præponderareque liqueret. Et certe, inter

reliqua Perſarum inſtituta, hoc Herodotus laudat vel maxime, τὸ μὴ μιῆς αἰτίης εἵνεκα, μήτε αὐτὸν τὸν βασιλέα μηδένα φονεύειν, μήτε τῶν ἄλλων Περσέων μηδένα τῶν ἑαυτοῦ οἰκετέων, ἐπὶ μιᾷ αἰτίῃ ἀνήκεστον πάθος ἔρδειν. ἀλλὰ λογισάμενος, ἢν εὑρίσκῃ πλέα τε καὶ μείζω τὰ ἀδικήματα ἐόντα τῶν ὑποργημάτων, οὕτω τῷ θυμῷ χρᾶται. Quod & ſignificat Ariſtides περὶ παραφθέγματος, cum ait, καὶ οὐδὲ τὴν Περσικὴν καὶ Λακωνικὴν τάξιν τῆς δίκης ἐπῄνεσαν. οὐδὲ ἔδωκαν τὰ ὀλίγα τοῖς πολλοῖς, καὶ τὰ ἐλάττω τοῖς μείζοσιν. Ergo ſi quem in periculum capitis, famæ, exiſtimationis, adduci eoque nomine in iudicium vocari contingeret: totius ante actæ vitæ ratio habebatur: & in iudicando, non minus ea quæ præclare ac fortiter geſſerat, quam ea quæ commiſiſſe arguebatur crimina, perpendebantur, numerabantur, ponderabantur & vtriſque in libræ examine poſitis, vtram in partem lanx propenderet ac vergeret, ſpectabatur. Et quidam, ſi rei in Rempub. merita, delictorum numero ac pondere ſuperiora eſſent, Abſolutio: ſin ſecus, Condemnatio ſequebatur. Itaque cum Sandocem ex Regiis iudicibus vnum, Darius in crucem idcirco agi iuſſiſſet, ὅτι ἐπὶ χρήμασι ἄδικον δίκην ἐδίκασε, poſtea, ἀνακρεμασθέντος αὐτοῦ ἀναλογιζόμενος ὁ Δαρεῖος, εὗρέ οἱ πλέω ἀγαθὰ τῶν ἁμαρτημάτων πεποιημένα ἐς οἶκον τὸν βασιλήιον. εὑρὼν δὲ τοῦτο ὁ Δαρεῖος, καὶ γνοὺς ὡς ταχύτερα αὐτὸς ἢ σοφώτερα ἐργασμένος εἴη, ἔλυσε, quemadmodum Herodot. libro ſeptimo ſcribit: atq; ita vitæ quodammodo redditum, ſaluum euaſiſſe narrat. Atque hoc modo, publicæ domeſticæque quæſtiones exercebantur: parique cauſę cognitione adhibita, à Regibus & Magiſtratibus, & à patribus, intra priuatos parietes, iudicia redebantur.

At ſemel latam de capite ſententiam, ne Regi quidem reuocare retractareque licuiſſe, argumento eſt, quod Diodorus lib. XIIII. de Dario refert, qui cum Gharidemum duci ad mortem iuſſiſſet, εὐθὺς, ait, μετενόησε, καὶ κατεμέμψατο ἑαυτὸν, ὡς τὰ μέγιστα ἡμαρτηκότα· ἀλλ' οὐ γὰρ ἦν δυνατὸν τὸ γεγονὸς διὰ τῆς βασιλικῆς ἐξουσίας ἀγένητον κατασκευάσαι. Cum vero in aliquos lege agi, capiteque animaduerti iubebat Rex, hi zona prehenſi, lictoribus apparitoribuſque tradi ſolebant, à quibus protinus ad ſupplicium rapiebantur. Te-

ſtis

ſtis Xenophon. lib. I. Αναβασ. Μετὰ ταῦτα κελεύοντος Κύρου ἐλάβοντο τῆς ζώνης τὸν Ὀρόντην, ἐπὶ θανάτῳ, ἅπαντες ἀναστάντες καὶ οἱ συγγενεῖς, εἶτα δὲ ἐξῆγον αὐτὸν οἷς προσετάχθη. Apertius Diodor. lib. XII. ὁ μὲν Δαρεῖος, ἐπιλαβόμενος τοῦ Χαριδήμου ζώνης, κατὰ τὸν τῶν Περσῶν νόμον, παρέδωκε τοῖς ὑπηρέταις, καὶ προσέταξεν ἀποκτεῖναι. Eius etiam in quem Rex ita accenſus, incandeſceret, caput obnubi ſolitum, & ita è Regis conſpectu ſubductum Hebræi interpretes ad cap. VII. Eſther notant.

Enimuero ad moratoriam illam Regum in capitalibus iudiciis cunctationem, plerumque etiam humanitas accedebat. Ammianus Marcellin. libro XXX. inter cetera Valentiniani vitia, hoc vel præcipue notat, quod ita erat effuſior ad nocendum, vt nullum aliquando damnatorum capitis, eriperet morte: cum multa imitari debuiſſet peregrina atque interna exempla, *Humanitatis, & Pietatis:* quas ſapientes, *conſanguineas virtutes* eſſe definiunt: quod Artaxerxis propoſito exemplo firmat in hunc modum: *Artaxerxes Perſarum ille Rex potentiſſimus, quem Macrochira membri vnius longitudo commemorauit, ſuppliciorum varietates, quas ſemper natio exercuit cruda, lenitate genuina caſtigans, Tiaras, ad vicem capitum quibuſdam noxiis amputabat: & ne ſecaret aures, more Regio, pro delictis, ex galeris filia pendentia præcidebat: quæ temperantia morum ita tolerabilem eum fecit & verecundum, vt adnitentibus cunctis multos & mirabiles actus impleret, Græcis ſcriptoribus celebratos.* Quod breuiter Plutarchus in Apophthegmat. perſtrinxit, his verbis: Ἀρταξέρξης ὁ Ξέρξου, ὁ Μακρόχειρ προσαγορευθεὶς, διὰ τὸ τὴν ἑτέραν χεῖρα μακροτέραν ἔχειν, πρῶτος, τοῖς ἁμαρτάνουσι τῶν ἡγεμονικῶν, τιμωρίαν ἔταξεν, ἀντὶ τοῦ τὸ σῶμα μαστιγοῦν, μαστιγοῦσθαι μὲν ἀποδυσαμένων τὰ ἱμάτια· καὶ ἀντὶ τοῦ τὴν κεφαλὴν, ἀποτίλλεσθαι τὴν Τιάραν ἀποθεμένων.

Ceterum erant apud Perſas ſelecti Iudices, βασιλέως ſeu βασιλήϊοι Δικασταὶ vocati, qui ex conſultiſſimis iuris Perſarum legebantur: quorum erat perpetuus magiſtratus, nec niſi in demortui locum alius ſufficiebatur. Hi ius, poſtulantibus reddebant, leges patrias interpretabantur, & ad eorum collegium controuerſiæ omnes referebantur: quemadmodum Herodot. libro III. memorat, ea parte qua Cam-

byſem de iure conubij cum ſorore, huiuſmodi Iudices conſuluiſſe ſcribit. Vnde emendandum credo Heſychium, apud quem vulgo ſcriptum eſt, βασιλεῦς, οἱ δικασταὶ, παρ' Ἡροδότῳ οἱ βασιλεῖ προσκείμενοι ἐργαζόμενοι ἐναντιούμενοι. quod quam abſurdum ſit nemo non videt. Scribendum igitur βασίλειοι δικασταί. De rebus autem controuerſiſque omnibus Iudices hoſce adiri Cyrus conſtituit, vt libro VIII. κύρ. παιδ. Xenophon narrat. Plutarchus etiam in Artaxerxe, cum quæſtionem de Darij coniuratione, his Iudicibus regiis mandaſſe prodidit, & ab his illum capite damnatum. Atque in hoc Iudicum collegium ab Artaxerxe adſcitum coopatumque Rhacocem Medum, quod aduerſus filium, triſtem & acerbam ſumma cum ſeueritate ſententiam dixiſſet. Ælianus libro primo Var. hiſtor. cap. XXXIIII. refert: ex quo & illud colligitur, eos prouincias obiiſſe: quin etiam, Regem, quaqua iter faceret, comitari ſolitos, indicio eſt, quod Herodotus libro III refert, in Cambyſis aduerſus Ægyptios expeditione, huiuſmodi regiorum Iudicum decreto, morti addictos denos ex primoribus Ægyptiis, pro ſingulis Perſis, qui à Memphitanis cæſi fuerant.

Curabant autem Reges, vt quam integerrime ius à Regiis iſtis Iudicibus diceretur. Quamobrem cum ex eorum collegio vnus, nomine Siſamnes, ob rem iudicandam pecuniam cepiſſe conuictus eſſet, Cambyſes ex corpore eius detractam pellem ſellæ intendit, in eaque filium eius iudicaturum conſidere iuſſit. Qua atroci & noua pœna, ne quis poſtea Iudex corrumpi poſſet, prouidit, quemadmodum Herodot. libro quinto, & Valerius Max. libro ſexto cap. tertio ſcribunt. Ammianus Marcellin. libro XXIIII. attigit, his verbis. *Nam quod ſuperſedere corio damnati ob iniquitatem Iudicis, Iudex alius cogebatur, aut finxit vetuſtas, aut olim recepta conſuetudo ceſſauit.* Eadem certe de cauſa, & Darius, Sandocem nummarium iudicem, hoc iudicandi munere in comitatu ſuo fungentem, in crucem agi iuſſit quod pecunia corruptus male iudicaſſet, quemadmodum Herodotus libro ſeptimo ſcribit, τὸν δὴ πρότερον τούτων βασιλεὺς Δαρεῖος, ἐπ' αἰτίῃ τοιῇδε λαβὼν, ἀνεσταύρωσε, ἐόντα τῶν βασιληΐων δικαστέων· ὅτι ὁ Σανδώκης ἐπὶ χρήμασι ἄδικον δίκην ἐδίκασε. Apud Per-

ſas etiam Septemuiros fuiſſe, prudentes patrij iuris, legumque interpretes, Ioſeph. libro XI. Antiquit. Iudaic. capite VI. teſtatur, eos τοὺς ἑπτὰ τῶν Περσῶν, οἳ τῶν νόμων ἐξήγησιν ἔχουσι παρ' αὐτῶν, vocans: quos Artaxerxem de coniugis ſuæ contumacia cōſuluiſſe, ibidem ſcribit. Eos Zonaras, Tomo primo ἑπτὰ τῶν Περσῶν συμβούλους vocat. Et de conſilij huius ſententia, Eſdram miſſum ad Iudæam inſpiciendam, narrat Artaxerxis epiſtola, quæ Eſdræ capite VII. extat, in hęc verba: ἀπὸ προσώπου τοῦ βασιλέως, καὶ τῶν ἑπτὰ συμβούλων ἀπεστάλη ἐπισκέψασθαι ἐπὶ τὴν Ἰουδαίαν, Ad quem locum Nicol. de Lyra, *In libro* ait, *Eſther legitur, morus fuiſſe Perſarum Regibus, vt in cunctis agendis vel diſcernendis, ſeptem Conſiliariorum conſilio vterentur.* Verum ille Heſter locus in ſeptuaginta interpretum verſione deſideratur: At in veteri Latina Bibliorum interpretatione, quæ ad Hebræorum exemplaria facta eſt, habetur in hæc verba: *Vnde iratus Rex & nimio furore ſuccenſus, interrogauit Sapientes, qui ex more Regio ei ſemper aderant, & illorum faciebat conſilio, ſcientium leges ac iura maiorum. Erant autem primi & proximi, Cathena, & Cethar, & Admatha, & Tharſis, & Mares, & Marſana, & Mamucha, ſeptem duces* Perſarum, *atque Medorum: qui videbant faciem* Regis, *& primi poſt eum reſidere ſoliti erant.*

Atque vt peccatis ſupplicia, apud Perſas, ita, recte factis præmia honoreſque extabant. Etenim eos qui ſub ſe agebant, non pœnarum modo metu, ſed præmiorum quoque exhortatione, bonos efficere cupientes, omnes qui fortiter quid ac præclare geſſerant, aut de Repub. bene meriti erant, largiter prolixeque remunerabantur. Cui rei teſtimonio eſt quod de Zopyro Herodot. lib. VII. refert. Sapienter nimirum illi (quæ & Solonis ſententia fuit, quemadmodum Cicero Epiſt. XV. ad Brutum ſcribit) cenſebant, Rempublicam duabus rebus contineri, *Præmio* & *Pœna*; Honore & Præmiis virtutem atque induſtriam ali: generoſos quoſque animos, ad labores ſtrenue capeſcendos, ad pericula pro patria adeunda, præmiis, honoribus, & gloria accendi. *quis enim*, ait ille, *virtutem amplectitur ipſam. Præmia ſi tollas?* & ita, Maſcani Xerxis Prætori, & Doriſci præfecto, annua dona ac munera, à Xerxe, & eius filio

Artaxerxe, miſſa, quod cum cæteri Prætores Thracia & Helleſponto viribus Grecorum pulſi eſſent, ſolus hic ſede moueri & deiici non potuerat, Herodot. lib. VII. refert.

Omnia ſane in Rempub. merita, ac fortiter geſta, plurimum, apud Perſas, ad honorum incrementa valuiſſe, Herodotus, libro III. demonſtrat his verbis: χάριτα γὰρ ἐν τοῖσι Πέρσῃσι, αἱ ἀγαθουργίαι, ἐς τὸ πρόσω μεγάθεος τιμῶνται. Magnoque adeo, apud Reges Perſarum, viros egregios, in pretio habitos conſtat. Vnde Hyndanes Xerxis Prætor, Aſianæque maritimæ oræ Præſes, Spartanorū legatos Xerxi conciliare ſtudens, hæc eis apud eundem Herodot. lib. VII. proponit, ὁρᾶτε γὰρ ὡς ἐπίσταται βασιλεὺς ἄνδρας ἀγαθοὺς τιμᾶν, ἐς ἐμέ τε καὶ τὰ ἐμὰ πρήγματα ἀποβλέποντες· οὕτω δὲ καὶ ὑμεῖς, εἰ δοίητε ὑμέας αὐτοὺς βασιλέϊ (δεδόξωσθε γὰρ πρὸς αὐτοῦ ἄνδρες εἶναι ἀγαθοὶ) ἕκαστος ἂν ὑμέων ἄρχοι γῆς Ἑλλάδος, δόντος βασιλῆος.

Nec virilem modo, verum etiam muliebrem virtutem remunerabantur. Matronarum certe (quarum opera, vt Iuſtin. lib. I. refert, in prælio contra Aſtyagem acies à fuga conſtiterat) honori datum, legeque à Cyro lata cautum, vt quotieſcunque Rex peregre rediens, vel alicunde adueniens, Perſepolim ingrederetur, ſingulæ matronæ aureum ab ipſo ferrent, ſcriptum reliquit Plutarch. in lib. cui Titulus eſt, Γυναικῶν ἀρεταί. Cuius largitionis euitandæ gratia, rarius eam regionem Principes aliquot adiiſſe; Ochum vero qui ob auaritiam & ſordes male audiit, eius ingreſſu abſtinuiſſe, legimus. Contra, Alexander Perſidem ingreſſus, mulieribus ſollemnia munera, perſoluit inſuperque alterum tantum prægnantibus largitus eſt, vt idem Plutarch. in Alexandro narrat, inquiēs, ἔδωκε τὸ νόμισμα ταῖς γυναιξὶν, ὥσπερ εἰώθεσαν οἱ βασιλεῖς, ὁσάκις εἰς Πέρσας ἀφίκοιντο, διδόναι χρυσοῦν ἑκάστῃ. Et hoc eſt, quod Xenophon libro VIII. de Cyri in Perſidem profectione loquens, Ἔδωκε, ait, καὶ τὰ δῶρα Πέρσαις καὶ Περσίσιν, ὅσαπερ καὶ νῦν ἔτι δίδωσιν, ὅταν περ ἀφίκηται βασιλεὺς εἰς Πέρσας.

Sed nec patribus ob πολυτεκνίαν præmia, apud Perſas deerant. Nam cum ad ſobolem procreandam replendaſq; liberis ciuitates, maxime eſſe neceſſarium ducerent, proletarios munerarier: prẹmia quotannis publice his qui libe-

rorum numero familias auxiſſent, eoque modo, hominum adiectione, imperium ampliaſſent, proponere conſueuiſſe Reges, Strabo (poſt Herodotum lib. I.) lib. XV. auctor eſt, his verbis, *πθέασιν δὲ καὶ οἱ βασιλεῖς ἆθλα πολυτεκνίας, κατ' ἔτος.*

Præcipue vero gratos ſe, ac memores, Reges præſtabant iis qui bene de iis meriti erant, quos OROSANGAS, patria lingua appellatos, Herodotus lib. VIII. tradit. Xenophon libro octauo, παιδ. *πρόσθεν μὲν γὰρ εἴ τις διακινδυνεύσειε περὶ βασιλέως, ἢ πόλιν ἢ ἔθνος ὑποχείριον ποιήσειεν, ἢ ἄλλό τι καλὸν ἢ ἀγαθὸν αὐτῷ διαπράξειεν, οὗτοι ἦσαν οἱ τιμώμενοι. νῦν δὲ καὶ ἤν τις ὥσπερ Λεωμίθρης.* Etenim ne meriti cuiuſquam memoria intercideret, ſolebant OROSANGARVM nomina in commantarios referri: quibus Phylarchum adſcriptum, multiſque agrorum iugeribus donatum, Herodot. eod lib. narrat. Mardochæo quoque, qui Eunuchorum coniurationem detexerat, nulla illico præmia Artaxerxes perſoluit: tantum, *αὐτοῦ τοὔνομα*, vt Ioſeph. libro XI. Antiquit. capite VI. refert, *τοῖς τὰ ὑπομνήματα συγγραφομένοις ἐκέλευσε σημειώσασθαι.* vel vt LXX. Interpretes, Eſther cap. II. aiunt, *ἐπέταξεν καταχωρίσαι εἰς μνημόσυνον ἐν τῇ βασιλικῇ βιβλιοθήκῃ, ὑπὲρ τῆς εὐνοίας μαρδοχαίου ἐν ἐγκωμίῳ.* Proinde magna libertate & fiducia Syloſon Samius, Suſa aſcendens, etſi nullum in aula nototem haberet, ad Regem Darium adiit, & in veſtibulo Regiæ, vt Herodot. libro III. narrat, conſtitit, *καὶ ἔφη*, vt ille ait, *Δαρείου Εὐεργέτης εἶναι.* quod ei antequam ad regni faſtigium euectus eſſet, amiculum dono dederat. Ælianus quoque lib. XII. Var. hiſtor. cap. XI. refert, Xerxem, in loco quodam deſerto ſitibundum, antequam veniſſent eius commeatus, proclamari iuſſiſſe in caſtris, vt ſi quis aquam Choaſpiam haberet, eam Regi bibendam daret: inuentum quendam qui pauxillum, idque turbidum, haberet: quod ille Regi porrexit: qui auide bibit, *καὶ Εὐεργέτην τὸν δόντα ὠνόμασεν, ὅτι ἂν ἀπώλετο τῇ δίψῃ, εἰ μὴ ἐκεῖνο εὑρέθη.* Thebanos, quod Xerxi auxilia aduerſus Græcos miſiſſent. Diodor. libro decimoſeptimo, ſcribit *μόνους τῶν ἑλλήνων ὡς Εὐεργέτας τιμᾶσθαι παρὰ τοῖς βασιλεῦσι τῶν Περσῶν καὶ παρὰ τοῦ βασιλέως τοῖς πρεσβεύουσι τῶν θηβαίων τίθεσθαι θρόνους.* Democedi Crotoniati

medico,cuius opera,ex ancipiti morbo conualuerat, quam gratiam Darius rettulerit,Herodotus libro III.narrat. Vinculis enim quibus ab Orœte Satrapa, oneratus fuerat, liberatum, duobus aurearum compedum paribus donauit, deinde ad ſuas coniuges deduci eum iuſſit per Eunuchos, qui ſanitati redditum,eius beneficio, Regem, nuntiantes, his verbis vſi ſunt: ὡς βασιλεῦ οὗτος εἴη ὃς τὴν ψυχὴν οἱ ἀπέδωκε: cuius officij remunerandi cauſa,vt ille ſubiicit, ὑποτύπτουσα αὐτέων ἑκάστη, φιάλην τοῦ χρυσοῦ σὺν θήκῃ ἐδωρέετο τὸν Δημοκήδεα· οὕτω δή τι δαψιλέϊ δωρεῇ, ὡς τοὺς ἀποπίπτοντας ἀπὸ τῶν φιαλέων στατῆρας ἑπόμενος ὁ οἰκέτης, τῷ οὔνομα ἦν Σκίτων, ἀνελέγετο, καί οἱ χρῆμα πολλόν τι χρυσοῦ συνελέχθη. Quibus verbis, quorum ſcopum non omnino attigiſſe videtur Interpres,Herodotus ſignificat, Regis vxores Democedi Phialam ſtateribus,id eſt,vt Suidas explicat,aureis nummis,refertam, cum theca,dono dediſſe,tam largo munere,vt nummos qui ex Phiala,mulieribus ſuccutientibus,exciderant, Democedis aſſecla ſeruus colligens,magnam inde pecuniarum vim reportarit.

. Præterea Democedem hunc,amplis ædibus Suſis habitaſſe, Regi Dario conuixiſſe,Regiæ menſæ adſediſſe,affatimque ei omnia præbita, ſolo in Græciam reditu denegato,Herodot.eodem libro ſcribit,his verbis: οἶκόν τε μέγιστον εἶχε, καὶ ὁμοτράπεζος βασιλέϊ ἐγεγόνεε, πλήν τε ἑνός, τοῦ ἐς Ἕλληνας ἀπιέναι, πάντα τἆλλά οἱ παρῆν. Hic ille eſt Democedes, quem Athenæus libro duodecimo Atoſſæ(filiæ Cyri)vxoris Darij quam mammarum dolore cruciatuque ſanauerat, artificio, reditum in patriam impetraſſe, Grotonemque reuerſum,illic morari conſtituiſſe,refert. Vbi cum Perſa quidam tanquam Regis mancipium, manu iniecta vindicaret, adſertores libertatis nactus eſt ciues ſuos Crotoniatas, qui detracta ſtola Perſica,Prytanis apparitorem, ea induerunt. Ex quo,apud Crotoniatas more recepto inualuit, vt Perſica veſte amictus lictor, ſeptimo quoque die, cum Prytane, aras & altaria deorum circumiret, non faſtus aut inſolentiæ cauſa, ſed quod veluti per ludibrium, ita Perſis inſultarent.

Abderitas etiam,vt ad ordinem redeam, bene de ſe mo-

ritos, Xerxes Acinace aureo, & Triremi aurea, donauit, referente Herodoto, lib. VIII.

Interdum autem, Perſarum Reges, ſi quos eximio ac præcipuo honore adficere cuperent, eos primis ſedibus collocabant, eiſque ſecundum à ſe locum adſignabant. Proinde, vt eſt apud Plutarchum in libro περὶ φιλαδελφίας, Xerxes, Ariameni fratri ſecum de regno contendenti munera mittens, ea, ab his quibus perferenda dabat, iuſſit commendari verbis hiſce, τούτοις σε νῦν τιμᾷ Ξέρξης ὁ ἀδελφός. ἂν δὲ βασιλεὺς κρίσει καὶ ψήφῳ Περσῶν ἀναγορευθῇ, δίδωσί σοι δευτέρῳ μεθ' ἑαυτὸν εἶναι. Dictis fides adfuit. Eum enim Regem factum, Arimeni fratri conceſſiſſe δευτέραν μεθ' ἑαυτὸν τάξιν, idem ipſe Plutarchus in Apophthegmat. ſcribit. Sic & Darius, ei qui propoſitam quæſtionem acutius ſoluiſſet, pollicitus dicitur. μεθ' ἑαυτὸν ἕξειν προεδρίαν, vt eſt apud Ioſeph. libro vndecimo Antiquitatum Iud. capite quarto, vel vt Eſdræ capite tertio, δεύτερον καθίζεσθαι Δαρείου. Proinde, quemadmodum vtrobique refertur, vt quod ſe daturũ receperat Darius re ipſa præſtaret, Zorobabelem, cuius ſententia vicerat, alloquens, Συγκαθεσθήσῃ δέ μοι, dixit, teſte Ioſepho: vel, vt apud Eſdram cap. IIII. ἐχόμενός μου καθήσῃ. Eſtheris quoque capite III. de Aman talia ſcribuntur, Μετὰ ταῦτα ἐδόξασεν ὁ βασιλεὺς Ἀρταξέρξης Ἀμὰν Ἀμαδάθου Βουγαῖον, καὶ ὕψωσεν αὐτόν. καὶ ἐπρωτοβάθρει πάντων τῶν φίλων αὐτοῦ· καὶ πάντες οἱ ἐν τῇ αὐλῇ προσεκύνουν αὐτῷ· οὕτως γὰρ προσέταξεν ὁ βασιλεὺς ποιῆσαι. Eademque de eo Ioſephus lib. vndecimo Antiquit. cap. VI. narrat. Præterea Artaxerxis litteras adducit, quibus Aman hoc elogio ornabatur, τοῦ δὲ διὰ σωφροσύνην καὶ δικαιοσύνην παρ' ἐμοὶ τὴν πρώτην μοῖραν δόξης καὶ τιμῆς ἔχοντος, καὶ μετ' ἐμὲ δευτέρου, διὰ πίστιν καὶ βεβαίαν εὔνοιαν Ἀμὰν κηδεμονικῶς ὑποδείξαντός μοι. Similiterque capite IIII. Eſth. Ἀμὰν ὁ δευτερεύων τῷ βασιλεῖ, id eſt, vt Ioſeph. lib. II. Antiquitat. cap. VI. loquitur, τὴν δευτέραν ἔχων τῷ βασιλεῖ τιμήν. Eidemque Regem dediſſe πρωτεύειν καὶ ἡγεῖσθαι τῆς βασιλείας, refertur, capite quinto Eſther.

Oſculum etiam quandoque dabant iis, quos honore proſequebantur: & ita, Darium oſculo excepiſſe Zorobabelem, legimus apud Ioſephum lib. XI. Antiquit. cap. IIII. & Eſdræ lib. III. cap. III.

Artaxerxes vtique Hippocratem, ad ſe, nominis eius fama impulſus, euocans, præmiiſque propoſitis alliciens, hoc ei litteris ſuis, quæ inter ſummi illius medici epiſtolas extant, pollicebatur, iiſdem cum honoribus fruiturum, quibus præſtantiſſimi quique Perſarum: futurumque eum ἰσότιμον τοῖς ἀρίστοις. Sed & qui poſt Artaxerxem in Perſide regnarunt, ſi quem Græcorum in ſuas partes trahere, & ad ſe pellicere ſtudebant, hoc ei Epiſtolis chirographi vim habituris, promittebant, ὡς μείζων ἔσοιτο, παρ' αὐτῷ, Θεμιστοκλέους; quemadmodum Plutarchus in Themiſtocle tradit. Ac plane reliquis peregrinis habitos honores, ad eorum quibus Themiſtocles adfectus fuit, faſtigium amplitudinemque non acceſſiſſe, idem Plutarchus eodem loco ita ſcribit, οὐδὲν γὰρ ἦσαν αἱ τιμαὶ, ταῖς τῶν ἄλλων ἐοικυῖαι ξένων· ἀλλὰ καὶ κυνηγεσίων βασιλεῖ μετεῖχε, καὶ τῶν οἴκοι διατριβῶν· ὥστε καὶ μητρὶ τοῦ βασιλέως εἰς ὄψιν ἐλθεῖν, καὶ γενέσθαι συνήθης· διακοῦσαι δὲ καὶ τῶν μαγικῶν λόγων, τοῦ βασιλέως κελεύσαντος. Aſſyriorum etiam rex Combabo amico, fidei quam expertus erat remunerandæ cauſa, hæc apud Lucianum in libro de Syria dea, pollicetur, μεγάλη δωρεὴ ἀπίξεται, χρυσός τε πολλὸς, καὶ ἄργυρος ἄπλετος, καὶ ἐσθῆτες Ἀσυρίαι, καὶ ἵπποι βασιλήϊοι. ἀπίξεαι δὲ παρ' ἡμέας ἄνευ ἐσαγγελέος, οὐδέ τις ἀπέρξει σε ὄψιος, οὐδ' ἢν γυναικὶ ἅμα εὐνάζωμαι.

Quibus præterea ſiue honoribus, ſiue præmiis, ſiue muneribus, bene merentes, aut qui gratia apud Reges valebant, adfici ſolerent, hoc loco commode ſubiuncturus mihi videor.

Ac primum, Medica Veſte donari, ſummo apud Perſas honori ducebatur. Proinde Othani vni ex ſeptem Perſis Magicidis, qui primus conſilium cædis illius inierat, aliosque ſex coniuratos in ſocietatem adſciuerat, communi conſilio præmium decretum eſſe, vt poſteri Medica quotannis veſte, de publico, donarentur, Herodot. libro III. auctor eſt. Acanthios quoque, quod in foſſa fodienda quam fieri præceperat, ſtrenuam operam nauaſſent, alacreſque ſe ad bellum, & ad omne obſequium paratos exhibuiſſent, Xerxes Medica veſte donauit, vt idem Herodot. libro VII. refert. Medicas vtique veſtes, Perſidi prius incognitas, amicis Cyrum

largitum

largitum fuiſſe, exindeque ad Perſas hoc veſtis genus tranſlatum, Xenophon lib. 8. παιδ. narrat. *Medicam* autem olim appellatam veſtem, quam poſteriora ſæcula, *Sericam* nuncuparunt. Procop. lib. 1. de bello Perſ. tradit his verbis: αὐτὴ δὲ ἐστὶν ἡ μέταξα ἐξ ἧς εἰώθασι τὴν ἐσθῆτα ἐργάζεσθαι, ἣν πάλαι μὲν Ἕλληνες, Μηδικὴν ἐκάλουν, νῦν δὲ, Σηρικὴν ὀνομάζουσιν. Interdumque Δωροφορικὴν vocitatam. Ælian. libro 1. var. hiſtor. capite XXII. docet. Inter cetera enim quæ à Perſarum Rege, exterarum nationum legatis dabantur, munera, recenſet, στολὴν Μηδικήν. ὄνομα δὲ (addit) τῇ στολῇ Δωροφορική. Heſychius, Δωροφορική, ἐσθὴς οὕτω λέγεται ἣν βασιλεὺς Περσῶν δωρεῖται. Athenæus lib. 1. collatus à Xerxe in Themiſtoclem beneficiis, hæc velut cumuli loco acceſiſſe, refert: ἐκέλευσε δὲ τούτῳ, στολὴν φέρειν βαρβαρικὴν, ὡς καὶ Δημαράτῳ δοὺς τὰ πρότερον ὑπάρχοντα, καὶ στολὴν γάμβειον προσθεὶς, ἐφ' ᾧ τε μηκέτι ἑλληνικὸν ἱμάτιον περιβάληται. Verum, quænam ſit illic γάμβειος στολὴ, non immerito dubitatur. nec enim adſentiendum eſt interpreti, qui γάμβροις emendans, næ intelligendo facit, vt nihil intelligat. Suidas quidem voces illas ſilentio non præteriit: ſed mentionē feciſſe contentus, omnino in earumdem interpretatione obmutuit. Apud Heſychium autem inuenio, Γαμβεία, δῶρα ἢ δεῖπνα γαμβροῦ. Et apud Stephanum de vrbibus, Γαμβρεῖον πόλις Ἰωνίας. quæ an ad rem pertineant, diiudicandum cuique relinquo.

Erat & ſummus apud Perſas honor, Regis conceſſu ac munere, aureum Torquem collo geſtare, Armillis aureis, & Acinaci aureo vti. Xenophon libro primo Ἀναβάσ. Κῦρος δὲ ἐκείνῳ δῶρα ἃ νομίζεται παρὰ βασιλέως τίμια, ἵππον χρυσοχάλινον καὶ στρεπτὸν χρυσοῦν, καὶ ψέλλια καὶ Ἀκινάκην καὶ στολὴν Περσικήν. Atque adeo eiuſmodi ornamenta nemini, citra Regis beneficium, vſurpare licebat. Idē Xenophon libro primo παιδ. τινος δὲ δῶρα γιγνώσκεται, ὥσπερ ἔνια τοῦ βασιλέως, ψέλλια, καὶ στρεπτοὶ, καὶ ἵπποι χρυσοχάλινοι. οὐ γὰρ δὴ ἔξεστιν ἐκεῖ ταῦτα ἔχειν, ᾧ ἂν μὴ βασιλεὺς δῷ. Suis etiamnum temporibus apud Perſas, Procop. libro primo de bello Perſ. ſcribit, οὔτε δακτυλίῳ χρυσῷ οὔτε ζώνῃ, οὔτε περόνῃ, χρῆσθαι, οὔτε ἄλλῳ ὅτῳ οὖν θέμις, ὅτι μὴ ἐκ βασιλέως ἀξιωθέντι. Sed & apud Ioſephum libro XI. Antiquit. capite VI. & Eſther. cap. ſexto relatum extat, Artaxerxem, cum Mar-

dochæum qui ſtructas ſibi à duobus ſpadonibus inſidias prodiderat, eximiis honoribus proſequi vellet, Amanum ſententiam de ea re rogaſſe. Illum vero ita cenſuiſſe: Vir quem dignatur Rex honore proſequi, veſte Regia indui debet, & Torque collo circundato, equo imponi quo Rex vehi ſolet, circunducique per vicos vrbis, alio ſuperdicente, Huiuſmodi honores conſequi eum, quem Rex honorare vellet. Quod Artaxerxes probans, Mardochæum hiſce Honoribus impertitus eſt. Darius etiam ei ex tribus corporis cuſtodibus, qui ſapientius & verius de propoſitis quæſtionibus reſpondiſſet, hæc apud Ioſephum libro XI. Antiquit. capite IIII. pollicetur: τούτῳ γέρας δώσειν νικητήριον πορφύραν ἐνδύσασθαι, καὶ ἐν ἐκπώμασι χρυσοῖς πίνειν, καὶ ἐπὶ χρυσίου καθεύδειν, καὶ ἅρμα χρυσοχάλινον, καὶ κίδαριν βυσσίνην, καὶ περιαυχένιον χρυσίου, καὶ μετ᾽ αὐτὸν ἕξειν προεδρίαν διὰ τὴν σοφίαν. καὶ συγγενής μου ἐπικληθήσεται. Eademque præmia, lib. III. Eſdræ cap. III. proponuntur in hæc verba: Δώσει αὐτῷ Δαρεῖος ὁ βασιλεὺς, δωρεὰς μεγάλας, καὶ ἐπινίκια μεγάλα· καὶ πορφύραν περιβάλλεσθαι, καὶ ἐν χρυσώμασι πίνειν, καὶ ἐπὶ χρυσῷ καθεύδειν, καὶ ἅρμα χρυσοχάλινον, καὶ κίδαριν βυσσίνην, καὶ μανιάκην περὶ τὸν τράχηλον· καὶ δεύτερος καθιεῖται Δαρείῳ, διὰ τὴν σοφίαν αὐτοῦ· καὶ συγγενὴς Δαρείου κληθήσεται. Lucian. in lib. de hiſtoria conſcribenda: ἢ φοβεῖται Ἀρταξέρξην, ἰατρὸς αὐτοῦ ὤν, ἢ ἐλπίζει κάνδυν πορφυροῦν, καὶ στρεπτὸν χρυσοῦν, καὶ ἵππον τῶν Νισαίων λήψεσθαι, μισθὸν τῶν ἐν τῇ γραφῇ ἐπαίνων.

Nec aureo tantum Torque, verum, & Armillis aureis, & Acinace aureo, donatos eos quibus honorem habitum Reges vellent, oſtendit Xenophon libro I. Ἀναβάσ. de Artapate loquens, in hunc modum, Οἱ δέ ἑαυτὸν ἐπισφάξαι, σπασάμενον τὸν ἀκινάκην· εἶχε γὰρ χρυσοῦν, καὶ στρεπτὸν δὲ ἐφόρει καὶ ψέλλια, καὶ τὰ ἄλλα, ὥσπερ οἱ ἄριστοι τῶν Περσῶν. ἐτετίμητο γὰρ ὑπὸ τοῦ Κύρου, δι᾽ εὔνοιάν τε, καὶ πιστότητα. Vnde Cyaxares ad Cyrum libro II. παιδ. Εἶπερ πορφυρίδα ἐνδὺς, καὶ ψέλλια λαβὼν, καὶ στρεπτὸν περιθέμενος, χαλῇ κελεύοντι ὑπακούοις. Mithridati etiam ob egregiam in bello, aduerſus Cyrum, nauatam operam, præmia hæc dedit Artaxerxes: ὡς καλλὼ μὲν ἐσθῆτα σοι ταύτην Μιθριδάτης, ὁ βασιλεὺς ἔδωκε· καλὰ δὲ στρεπτά· καὶ ψέλλια· πολλοῦ δὲ ἄξιος ὁ ἀκινάκης· ἢ μακάριόν σε καὶ περίβολε-

κτὸν ἅπασι πεποίηκει, vt Plutarchus in Artaxerxe memorat. Datamen quoque, ob eam rem, quod Theium Dynaſten Paphlagoniæ captum ad ſe perduxiſſet, Artaxerxes ita remuneratus eſt: *optima* (ipſamet enim Æmilii Probi verba ponam) *veſte contexit, quam Satrapæ Regij gerere conſueuerant. ornauit etiam Torque atque Armillis aureis, ceteroque regio cultu.*

Atque hoc ornamentorum genus à Medis, & Babylonijs, originem duxit. Teſtis Ioſephus, apud quem, lib. x. Antiquitat. cap. 11. Balthaſar Medorum Rex, per præconem pronuntiari iuſſit, Quicunque litterarum, quæ in pariete ſcriptæ erant, ſententiam explicaſſet, daturum ſe ei Στρεπτὸν περιαυχένιον χρύσεον, (ſiue, χρύσεον περὶ τὸν αὐχένα στρεπτὸν) καὶ πορφυρᾶν ἐσθῆτα φορεῖν, ὡς οἱ τῶν χαλδαίων βασιλεῖς. Sulpicius Seuerus, de Daniele, libro ſecundo ſacræ hiſtoriæ: *Nam & Nabuchodonoſor eum regno præfecerat, & Balthaſar veſte purpurea, & Torque aureo donatum, tertium regni principem conſtituerat.* Tertullian. in libro de Idololatr. *Igitur purpurea illa, & aurum, ceruicis ornamentum, eodem more apud Ægyptios & Babylonios inſignia erant dignitatis, quo more nunc Prætextæ, vel Trabeæ, vel Palmatæ, & Coronæ aureæ Sacerdotum prouincialium, ſed non eadem condicione. Tantum enim honoris nomine, conferebatur his, qui familiaritatem Regum merebantur. Vnde & Purpurati Regum vocabantur à purpura, ſicut apud nos à toga candida, Candidati.*

Porro ad aureos Torques, Acinaces, Armillas, etiam aurea equorum fræna accedebant: cuiuſmodi ornamentorum auidiſſimos Perſas extitiſſe, Dio Chryſoſtom. Oratio. 11. de regno ita ſcribit: ἐκοιοῦ φαίνεται χρυσοφορίας ἐπαινῶν ὁ Ὅμηρος, καὶ ταῦτα εἰς πόλεμον, Ψελλίων τε καὶ Στρεπτῶν· ἔτι δὲ χρυσῶν φαλάρων, καὶ χαλινῶν· ὁποῖα τοὺς Πέρσας φασὶν ἐπιτηδεύειν. Vnde inter Perſicos nobilium virorum cultus, Curtius libro tertio aurea vaſa, & aureos frenos ponit. Huiuſmodi autem aureis frenis inſtructos equos, Χρυσοχαλίνους Græci vocant. Xenophon libro octauo, παιδὸς δὲ αὐτῷ Κύρῳ τρεφόμενοι ἵπποι παρήγοντο χρυσοχάλινοι. Et ita quoque Craſſo, Equum χρυσοχάλινον, Surenæ iuſſu adductum, Plutarchus in Craſſo, narrat. Nec ſingulares tantum equi, eo modo ornabantur,

verumetiam,qui curribus rhediſve iungebantur, Inde χρυσοχάλινον ἅρμα, Eſdræ cap. 1. Virgata autem fuiſſe Equorum Regiorum ſtrata, Xenophon lib. VIII. παιδ. docet.

Atque huiuſmodi erant honoratorum, apud Perſas, inſignia, quæ vtique Hippocrati pollicebatur Artaxerxes, cum futurum eum ἰσότιμον τοῖς ἀρίστοις litteris ſuis denuntiabat. Idēque ſentit Plutarchus in Themiſtocle, cum ait eum τιμώμενον, ὅμοια Περσῶν τοῖς ἀρίστοις: quod genus loquendi vſurpans Plato in Alcibiade 1. ὑπ' ἐμοῦ ἔχων, ait. οἳ ἂν δοκῶσι σοῦ περὶ βασιλέα ἄριστοι εἶναι.

Interdum Reges, his quos amore & beneuolentia complectebantur, aut quos demereri ſtudebant, oppida aliquot fruenda donabant, ex quorum reditu alerentur, & ea quæ ad victum cultumque corporis neceſſaria eſſent, ſibi pararent. Et ita, Pytarchum Cyzicenum à Cyro ſeptem vrbium reditu donatū, Athenæus, prompto ex Agathoclis libris teſtimonio, refert. Demaratum etiam Lacedæmoniorum Regem, regno patriaque pulſum, Xerxes ὑπεδέξατο μεγαλωστί, καὶ γῆν καὶ πόλιας ἔδωκε, vt Herodot. libro ſexto ait. Plutarchus in Alexandrum ἰσχυρᾶς δὲ τῆς μάχης γενομένης, ἐνίκησεν ὁ καλούμενος Ἀλέξανδρος, καὶ δωρεὰν ἔλαβεν, δώδεκα κώμας, καὶ στολῇ Περσικῇ χρῆσθαι. Sane cum Darius, priuatæ adhuc fortunæ, amiculo (quod πυῤῥὴν χλανίδα, Herodotus huius hiſtoriæ parens, libro tertio vocat) Syloſontis Samij delectatus, curioſiore contemplatione feciſſet vt vltro ſibi, & quidem à cupido, daretur, poſtea regno potitus, quam grata muneris illius æſtimatio animo eius hæſiſſet, oſtendit. *Totam* namque, vt Valerius Max. libro quinto capite ſecundo ſcribit, *vrbem, & inſulam Samiorum, Syloſonti fruendam tradidit.* Syloſontem autem illum Polycratis Samij tyranni fratrem fuiſſe, ab eoque priuatum relictum, Strabo, libro decimoquarto ait: additque, Δαρείῳ δὲ τῷ Ὑστάσπεως χαρισάμενος ἐσθῆτα, ἧς ἐπεθύμησεν ἐκεῖνος, φοροῦντα ἰδών, (οὔπω δὲ ἐβασίλευε) τότε βασιλεύσαντος ἀντέλαβε δῶρον, τὴν τυραννίδα. Ælian. Variæ Hiſtor. libro quarto capite quinto Καὶ Δαρεῖος ὁ Ὑστάσπου παρὰ Συλοσῶντος λαβὼν ἱμάτιον, ἔτι ἰδιώτης ὤν, ὅτε ἐγκρατὴς ἐγένετο τῆς βασιλείας, ἔδωκεν αὐτῷ τῆς πατρίδος τὴν ἀρχήν, τῆς Σάμου χρύσεα χαλκείων, φαίη τις ἄν. *Non enim*, vt eleganter Valerius ait, *Pretium rei æſtimatum,*

*ſed occaſio liberalitatis eſt honorata, magiſque, à quo donum proficiſceretur, quam ad quem perueniret, prouiſum.* Cuius hiſtoriæ qui pleniorem cognitionem deſiderabit, poterit ex ipſo fonte, id eſt Herodoti libro tertio ſitim explere. Ita Alexander in eo ludrico certamine, in quo ſingulari prælio decernere duces voluit, cum ille qui Alexandri nomen ſumpſerat victoriam reportaſſe, δωρεὰν, ait, ἔλαβεν δώδεκα κώμας, καὶ στολῇ Περσικῇ χρῆσθαι, quemadmodum Plutarchus in Alexandro ſcribit.

Nonnumquam etiam vrbes complures in alimenta donantes, eas ita patiebantur, vt pani præbendo, vrbs vna: vino ſuppeditando, altera: obſoniis alia, attribueretur. Cuiuſmodi liberalitatis genus erga Themiſtoclem exercuiſſe eos, hiſtoriarum monumentis proditum eſt. Quod princeps ſcripſit Thucydides, libro primo his verbis, μνημεῖον μὲν οὖν αὐτοῦ, ſcilicet Themiſtoclis, ἐν Μαγνησίᾳ ἐστὶ τῇ ἀσιανῇ, ἐν τῇ ἀγορᾷ. ταύτης γὰρ ἦρχε τῆς χώρας, δόντος βασιλέως αὐτῷ, Μαγνησίαν μὲν, ἄρτον, ἣ προσέφερε πεντήκοντα τάλαντα τοῦ ἐνιαυτοῦ. Λάμψακον δὲ, οἶνον (ἐδόκει γὰρ πολυοινότατον τῶν τότε εἶναι) Μυοῦντα δὲ ὄψον. Hunc ſecutus Strabo, libro decimoquarto de Myūte agens, ταύτην, ait, ὄψον λέγεται Θεμιστοκλεῖ δοῦναι Ξέρξης, ἄρτον δὲ Μαγνησίαν, οἶνον δὲ, Λάμψακον. Diodor. Sicul. libro vndecimo de Xerxe, ἐδωρήσατο, ait, δ' αὐτῷ (videlicet Themiſt.) καὶ πόλεις τρεῖς, πρὸς διατροφὴν καὶ ἀπόλαυσιν εὐθέτους. Μαγνησίαν μὲν τὴν ἐπὶ τῷ Μαιάνδρῳ, πλεῖστον τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν πόλεων ἔχουσαν σῖτον, εἰς ἄρτους. Μυοῦντα δὲ, εἰς ὄψον, ἔχουσαν θάλατταν εὔιχθυν. Λάμψακον δὲ, ἀμπελόφυτον ἔχουσαν χώραν πολλὴν, εἰς οἶνον. Quibus, interpretis vice, Æmilius Probus è Latio prodiens, accedet: cuius, de Themiſtocle, in eius vita, verba ſunt hæc, *Magnis muneribus ab Artaxerxe donatus, in Aſiam rediit, domiciliumque Magneſiæ ſibi conſtituit. Namque hanc vrbem ei Rex donauerat, his vſus verbis, quæ ei panem præberet: ex qua regione, quinquaginta ei Talenta quotannis redibant: Lampſacum, vnde vinum ſumeret: Myuntem, ex qua obſonium haberet.* Vnde adhibenda interpretatio eſt hiſce Plutarchi, libro de Fort. Alexand. verbis, φυγὰς ἔτυχε δωρεῶν μεγάλων παρὰ βασιλέως, καὶ τρεῖς πόλεις δασμοφόρους ἔλαβε, τὴν μὲν ἐπὶ σῖτον, τὴν δὲ εἰς οἶνον, τὴν δὲ εἰς ὄψον. Verum in eo Probus à Strabone, &

BIBLIOTECA ROMA

Diodoro, itidemque Plutarcho in Themiſtocle diſſidere videtur, quod non à Xerxe, vt illi, ſed, cum Thucydide, Themiſtoclem, ab Artaxerxe, muneribus, quibus de agimus, donatum ſcribit. Quod diſcidium facile componi poteſt. Ille enim Probi, Artaxerxes Mnemon, Xerxis quoque nomen obtinet. Μυοῦς autem, vrbs Ioniæ fuit, quemadmodum Stephanus Philonis auctoritate, & Apollodori, primo Chronicorum, ſcribit, citans ex Strabonis duodecimo verba hæc, quæ habentur circa finem, καὶ τὸ περὶ Μαγνησίαν καὶ Μυοῦντα: quæ mirum eſt cõquiſiſſe illum, cum potuiſſet certius & clarius teſtimoniũ petere ex alio Strabonis lib. XIIII. loco, in quo eſt, πόλις Μυοῦς, μία τῶν Ἰάδων. Videat ergo Thucydidis interpres, quo auctore fretus, Μυοῦντα, πόλιν eſſe Καρίας, ſcripſerit.

Quidam addunt, non in Cibaria modo, ſed & in Veſtiarium, atque adeo in Stratum, quo, vt Virgil. lib. IIII. Æneid. loquitur, *membra reponeret*, Themiſtocli Xerxem, vrbes nominatim conceſſiſſe. Plutarchus in Themiſtocle, πόλεις δ' αὐτῷ μὲν οἱ πλεῖστοι δοθῆναι λέγουσιν, εἰς ἄρτον καὶ οἶνον καὶ ὄψον, Μαγνησίαν καὶ Λάμψακον καὶ Μυοῦντα. δύο δ' ἄλλας προστίθησιν ὁ Κυζικηνὸς Νεάνθης, καὶ Φανίας, Περκώτην καὶ Παλαίσκηψιν, εἰς στρωμνὴν καὶ ἀμπεχόνην. Athenæus libro I. ὅτι Θεμιστοκλῆς παρὰ τοῦ βασιλέως ἔλαβεν δωρεὰν τὴν Λάμψακον εἰς οἶνον, Μαγνησίαν δ' εἰς ἄρτον, Μυοῦντα δ' εἰς ὄψον, Περκώπην δὲ καὶ τὴν Παλαίσκηψιν, εἰς στρωμνὴν καὶ ἱματισμόν. Id quod & Interpres Ariſtophanis in Equites, ad verſum, Ὁ Θεμιστοκλέους γὰρ θάνατος, &c. adnotat: cuius verba, poſt tot claſſicos auctores, adſcribere ſuperuacuũ cenſerem, niſi leuidenſis mendi tollendi cauſa: Apud eum enim ita ſcribitur, εὐχαριστήσας ὁ βασιλεὺς, δωρεῖται αὐτῷ τρεῖς πόλεις· Μαγνησίαν, εἰς σῖτον· Λάμψακον, εἰς οἶνον· Μυοῦντα, εἰς ὄψον. ὡς δὲ Κλεάνθης, καὶ Περκώτην εἰς στρωμνὴν, καὶ Παλαίσκηψιν, εἰς στολήν. vbi, pro Κλεάνθης, emenda, ex Plutarcho, Νεάνθης. hic eſt enim Neanthes Cyzicenus, Hiſtoricus, quem Attali ſæculo vixiſſe, Athenæus lib. XV. tradit: qui Ἑλληνικῶν libros complures ſcripſerat, quorum tertium, ac quintum, citat idem Athenæus libro tertio & decimotertio, ſextum etiam, libro ſeptimo Suidas, Νεάνθης Κυζικηνὸς ῥήτωρ, μαθητὴς Φιλίσκου τοῦ Μιλησίου.

Ac ne cui in ſupra citatis locis ex varietate nominis Περκώτης & περκώπης error obiiciatur, ſciat, auctore Stephano, vtramque ſcripturam rectam eſſe: eamque Troadis vrbem, olim Περκώπην: poſtea περκώτην appellatam. Timagoram etiam ab Artaxerxe iis muneribus honoribuſque cumulatum, quibus nullus vnquam Græcorum poſt hominum memoriam fuerat, Athenæus libro ſecundo ita ſcribit: Ἀρταξέρξης σκηνὴν μὲν ἔδωκεν αὐτῷ διαφέρουσαν τὸ κάλλος καὶ τὸ μέγεθος, καὶ κλίνην ἀργυρόποδα. ἔπεμψε δὲ καὶ στρώματα πολυτελῆ, καὶ τὸν ὑποστρώσοντα φάσκων, οὐκ ἐπίστασθαι τοὺς Ἕλληνας ὑποστρωννύειν καὶ ἐπὶ τὸ συγγενικὸν ἄριστον ἐκαλεῖτο ὁ Κρὴς οὗτος, τὸν βασιλέα ψυχαγωγήσων· ὅπερ οὐδενὶ πρότερον τῶν Ἑλλήνων ἐγένετο, ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ὕστερον. Paulo aliter Plutarchus in Pelopida, de eodem Timagora. οὐ γὰρ μόνον χρυσίον, οὐδὲ ἀργύριον, ἔλαβεν, ἀλλὰ καὶ κλίνην πολυτελῆ, καὶ στρώτας θεράποντας, ὡς Ἑλλήνων οὐκ ἐπισταμένων. ἔτι δὲ βοῦς ὀγδοήκοντα, καὶ βουκόλους, ὡς δὴ πρὸς ἀρρωστίαν τινὰ γάλακτος βοείου δεόμενος. τέλος δὲ, κατέβαινεν ἐπὶ θάλασσαν ἐν φορείῳ κομιζόμενος, καὶ τέσσαρα τάλαντα τοῖς κομίζουσι μισθὸς ἐδόθη παρὰ βασιλέως. Timagoram autem hunc, Cretenſem Athenæus appellat, cumque Themiſtoclis æmulatione incenſum, ad Artaxerxem ſeſe contuliſſe narrat. Plutarchus vero, ab Athenienſibus Legatum ad Artaxerxem miſſum, ac poſt reditum, quod ingentia illa ab Artaxerxe munera cepiſſet, merito damnatum, capite pœnas luiſſe, in Pelopida ſcribit. Verum vt illius cupiditas infamata, ita ex diuerſo Pelopide continentia ſumme laudata, quod in ea re modum tenuit: vt qui nō in totum Artaxerxis muneribus moroſe abſtinuerit, ſed iis dumtaxat, quæ Xeniorum, amicaliſque teſſeræ, modum excedebant. Hoc enim ſibi vult Plutarchus (quod non omnes interpretes capiunt cum de Pelopida in eius vita ait, τῶν δὲ δώρων οὐδὲν ὅτι μὴ χάριτος ἦν σύμβολον καὶ φιλοφροσύνης, δεξάμενος. Idem Artaxerxes, Antalcidæ Laconi coronam capiti detractam, dein, vnguento pretioſiſſimo delibutam & perfuſam, miſit, vt Dipnoſophiſtar. Athenæus libro ſecundo ſcribit. Ad hæc, lectum argenteis pedibus, καὶ στρωμνὴν καὶ σκηνὴν οὐρανόροφον ἀνθινὴν, καὶ θρόνον ἀργυροῦν καὶ ἐπίχρυσον σκιάδιον, καὶ φιάλας λιθοκολλήτους χρυσᾶς. καὶ ἀργυρᾶς δὲ μεγάλας ἑκατὸν καὶ κρατῆρας ἀργυροῦς καὶ παιδίσκας ἑκατὸν,

καὶ παῖδας ἑκατὸν· χρυσοῦς τε ἑξακισχιλίους, χωρὶς τῶν εἰς τὰ ἐπιτήδεια καθ᾽ ἡμέραν διδομένων. τραπέζας ἐλεφαντόποδας τῶν ἐπιθημάτων, ἐκ τῆς χαλκευομένης σφενδάμνου πεποιημένων, eidem Artaxerxem donaſſe, Athenæus libro ſecundo refert. Plutarch. in Pelopida, de Artaxerxe, καί τοι δοκεῖ μάλιστα τῶν Ἑλλήνων Ανταλκίδαν τι μισῆσαι τὸν Λακεδαιμόνιον, ὅτι τὸν στέφανον, ὃν πίνων περιέκειτο, βάψας εἰς μύρον, ἀπέστειλε. Idem Plutarchus de Artaxerxe, hæc in libro vitæ eius ſcribit; τὸν Ανταλκίδαν ὑπερηγάπησεν, εἰς Πέρσας ἀναβάντα. καὶ ποτὲ λαβὼν ἕνα τῶν ἀνθεινῶν στεφάνων, καὶ βάψας εἰς μύρον τὸ πολυτελέστατον, ἀπὸ δείπνου. ἔπεμψε τῷ Ανταλκίδᾳ, καὶ πάντες ἐθαύμασαν τὴν φιλοφροσύνην.

Sed & Exercitu donari, eximij apud Perſas doni loco habebatur. Auctor eſt Herodot. lib. IX. in narratione de Xerxe & Artaxynta, in qua ait, περσικὸν δὲ χάρτα, ὁ στρατὸς, δῶρον.

Verum omnium regiorum munerum præſtantiſſimum erat, Mola aurea. Et ita Megabyzo cuius maxime opera Babylonem ceperat, Xerxes præter alia multa, Molam auream dono dedit, ſex Talenta pendentem. Quod apud Perſas omnium Regiorum munerum pretioſiſſimum fuiſſe, Cteſias in Perſicis ſcribit.

Interdum autem Reges, his quibus gratificari volebant, poteſtatem faciebant poſtulandi, quæcunque liberet. Sic Xerxes, vt eſt apud Herodot. lib. IX. Artaxyntæ conſuetudine delectatus, ἐκέλευσε αὐτὴν αἰτῆσαι ὅ τι βούλεταί οἱ γενέσθαι, ἀντὶ τῶν αὐτῷ ὑπουργημένων. πάντα γὰρ τεύξεσθαι αἰτήσασαν. Aſſuerus etiam Eſtherem, vt eius hiſtoriæ cap. V. refertur, ita interrogaſſe dicitur; τί θέλεις Εσθὴρ, καὶ τί σου ἐστὶ τὸ ἀξίωμα, ἕως ἡμίσους τῆς βασιλείας μου, καὶ ἔσται σοι. Quod & Ioſephus libro XI. Antiquitat. cap. VI. narrat his verbis: τὴν Εσθήραν ἐκέλευσεν αὐτῷ δηλοῦν τί βούλεται· μηδενὸς γὰρ ἀτυχήσειν, μηδ᾽ ἂν τὸ μέρος τῆς βασιλείας ἐθελήσῃ λαβεῖν. Demarato quoque Xerxem permiſiſſe petere quod vellet, Seneca lib. VI. de Benefic. cap. XXXI. ſcribit. Quod Plutarchus in Themiſtocle ſentit, cum Demaratum iuſſum ait, αἰτεῖσθαι τὴν δωρεάν.

Sane in eo ſollemni & anniuerſario epulo, quod à Regibus eo die quo imperium ſuſceperant, præbebatur, cui Perſicum nomen erat Tycta, nefas erat Regi quidquam eorum

quæ

quæ inter procula poſtularentur denegare, quemadmodum Herodotus lib. IX.

Poſterioribus quoque Perſarum temporibus, eodem etiam modo liberales ſe & munificos Reges erga bene merentes exhibuerunt. Teſtis Procopius libro primo de Armenio quodam, cuius magna extabant in Pacuuium Perſarum Regem merita, agens: διὸ δὴ αὐτὸν ὁ πατούργος, ὅτι ἂν βούλοιτο αἰτήσασθαι, ἠξίου, ἰσχυρισάμενος ὅτι δὴ οὐδενὸς πρὸς αὐτοῦ ἀτυχήσει. ὁ δὲ, ἄλλό οἱ οὐδὲν γενέσθαι ἠξίου. & ibidem de Iacobo Cyro recluſo: Καβάδης μὲν οὖν αἰτεῖν τὸν ἄνδρα ἐκέλευσεν ὅτι ἂν αὐτῷ βουλομένῳ εἴη. χρήματα οἰόμενος αὐτὸν μεγάλα αἰτήσεσθαι· ᾗ τι καὶ νεανιευσάμενος, ὡς οὐδενὸς πρὸς αὐτὸν ἀτυχήσει.

Sed & Regem deſignatum, ab eo qui deſignauerat, donum petere moris erat, καὶ διδόναι τὸν ἀναδειχθέντα ἂν τὸ ᾖ δυνατόν. auctor Plutarchus in Artaxerxe. Itaque cum Aſpaſiam Cyri pellicem, quam Artaxerxes vxorem duxerat, cedere ſibi patrem, Darius, Rex ab eo deſignatus, poſtulaſſet, Legis apud Perſas ſanctè religioſeque ſeruatæ vinculo, polliceri coactus eſt: Sed cum honeſte negare non poſſet quod temere promiſerat, arte promiſſum eluſit, vt cum eodem Plutarcho Iuſtinus lib. X. ſcribit.

Denique, liberalitate & munificentia Perſarum Reges animos ſubditorum ſibi deuinciebant. Maximas enim largitiones feciſſe eos, Xenophon libro VIII. παιδ. teſtatur: Διαφέρει inquiens, δὲ ἔτι καὶ νῦν, βασιλεῦσιν, ἡ πολυδωρία. In Donatiuis vero ſuis, quem ordinem modumque tenerent, idem Xenophon Oeconomico exponit: cuius verba ipſa ſubieci, φασὶν δέ τινες, ὅταν δῶρα διδῷ ὁ βασιλεὺς, πρῶτον μὲν εἰσκαλεῖν τοὺς πολέμῳ ἀγαθοὺς γεγονότας· ὅτι οὐδὲν ὄφελος πολλὰ ἀροῦν, εἰ μὴ εἶεν οἱ ἀρήξοντες. δεύτερον δὲ τοὺς κατασκευάζοντας τὰς χώρας ἄριστα, καὶ ἐνεργοὺς ποιοῦντας, λέγοντα, ὅτι οὐδ᾽ ἂν οἱ ἄλκιμοι δύναιντο ζῆν, εἰ μὴ εἶεν ἐργαζόμενοι.

Lauta vero, ſeu ſollemnia munera, quæ Legatis exterarum gentium ad ſe miſſis, Perſarum Rex præſtare ſolitus erat, huiuſmodi erant, vt Ælian. libro I. Var. hiſtor. cap. XXII. tradit, Τάλαντον μὲν ἑκάστῳ Βαβυλώνιον ἐπισήμου ἀργυρίου. τάλαντα δὲ, φιάλαι δύο ἀργυραῖ· δύναται δὲ τὸ τάλαντον τὸ Βαβυλώνιον, δύο καὶ ἑβδομήκοντα μνᾶς Ἀττικάς. Ψέλλιά τε, καὶ Ἀκινάκην

ἐδίδου, καὶ στρεπτόν. χιλίων Δαρεικῶν ἄξια ταῦτα. καὶ στολὴν, ἐπ' αὐτοῖς, Μηδικὴν· ὄνομα δὲ τῇ στολῇ, Δωροφορική. Supra alias autem Græciæ legationes, Thebanam, quam Pelopidas obiuit, Artaxerxem ipſius præcipue Legati admiratione motum, plurimi feciſſe, Plutarchus in Pelopida tradit.

Reges Perſarum hoſpitium quandoque cum iis apud quos diuerterant, contrahere: quandoque etiam, ſocietatem & amicitiam cum aliis gentibus inire ac iungere conſueuerant. Et ita, Xerxes Pythij Lydi muneribus, bono quoque vultu, & oratione delectatus, apud Herodotum lib. VII. inter cetera quibus eum ornat, ξεῖνε, ait, τί σε ποιεῦμαι ἐμὸν, καί τοι τὴν στατήρων ἀποπλήσω, παρ' ἐμεωυτοῦ δοὺς τὰς ἑπτὰ χιλιάδας. Xenophon libro de Ageſilai laudib. litteras refert Ageſilao à Rege Perſarum allatas περὶ ξενίας καὶ φιλίας: poſteaque Ageſilaum ait τὴν βασιλέως ξενίαν, aſpernatum. At Pelopidas, legatus à Thebanis ad Regem Artaxerxem miſſus, cum alia quæ petierat, impetrauit, tum hoc, τοὺς Θηβαίους πατρικοὺς φίλους νομίζεσθαι βασιλέως: vt Plutarchus in illius ducis vita ſcribit.

Hoc loco, de Regij iuriſiurandi conceptione, ſolemnique fidei Regum vinculo, recte atque ordine mihi videor eſſe dicturus. Perſarum Reges per Mithrem, hoc eſt, diuinum Solis numen, iurabant. Apud Xenophontem lib. VII. παιδ. Cyrus μὰ τὸν Μίθρην iurat. Plutarchus in Apophthegmat. Artaxerxem Mnemonem, Νὴ τὸν Μίθραν, Iurantem inducit. Qua verborum formula eiuſdem Artaxerxis iuſiurandum concipitur, ab Æliano lib. I. Variæ hiſtor. cap. XXXIII. Xenophon etiam in Oeconomico, Cyrum minorem iiſdem conceptis verbis iurantem facit, in hunc modum, ὄμνυμί σοι τὸν Μίθρην. Apud Q. Curtium lib. IIII. Darius, *Solem hunc Mithrem, ſacrumque & æternum inuocat ignem, vt militibus ſuis, dignã vetere gloria, maiorumque monumentis fortitudinem inſpirarent.* Sed & apud Herodotum Tomyris ἥλιον ἐπόμνυτο, τὸν Μασσαγετῶν δεσπότην. De hac autem Iuriſiurandi formula ſenſiſſe videtur Valerius Maxim, cum lib. IX. cap. II. ait, Darium *ſanctiſſimo Perſis iureiurando obſtrictum*.

Reges vero, Dextra data, fidem ſuam obſtringebant, eratque hoc ſanctiſſimum fidei pignus: & vt Diodorus Sic.

libr.XVIII.loquitur, ἡ πίστις αὕτη βεβαιοτάτη παρὰ τοῖς Πέρσαις. Proinde, vt ibidem Diodorus narrat, cum Sidonij aduerſus Regem Artaxerxem rebellaſſent, Mentor, qui in ea ciuitate opibus auctoritateque pollebat, ſibi cauens, Theſſalionem famulorum fidiſſimum ad Regem, gratiam hanc ab eo inire ſtudens, miſit, qui ei nuntiaret, ſibi in animo eſſe, Sidonios populares ſuos prodere, & cum eo in bellum aduerſus Ægyptios proficiſci, fortemque ac fidelem operam ei polliceretur, vt qui locorum gnarus eſſet. Quem nuntium grato animo Rex accepit, defectioniſque ſe Mentori gratiam facere, ac veniam dare dixit, dummodo promiſſa impleret, dona quoque ampliſſima daturum ſe recepit. At Theſſalio, nudo Regis ſermone minime contentus, inſuper, fidei vinculum, Dexteram Regis poſtulauit, hoc ei à domino nominatim mandatum eſſe dicens. Quam rem in contumeliam Rex accipiens, quaſi dicto ſuo fides non haberetur, in dubiumque verba eius vocarentur, continuo à lictoribus rapi Theſſalionem, & vltore gladio feriri iuſſit. At ille, cum facturum quidem Regem quod ei libuiſſet, exclamaret, ſed Mentorem cui ea omnia præſtare quæ pollicebatur, in promptu erat, nihil prorſus effecturum, quod Rex ei fidem dare detrectaſſet, percuſſit eo dicto animum Regis, qui pœnitentia ductus, ſententiam mutauit, reuocatoque Theſſalioni Dextram porrexit, & eum abire permiſit. Xenophon in libro de Ageſilai laudibus, Κότυς δ' ὁ τῶν Παφλαγόνων ἄρχων, βασιλεῖ μὲν οὐχ ὑπήκουε Δεξιὰν πέμποντι. Sic fide datas Artaxerxem ſibi Mentorem conciliaſſe, Georg. Gemiſtus Plethon narrat libro ſecundo his verbis: Μέντορα δὲ, διὰ τὸ Δεξιὰν δοῦναι, πελειποίησε· μεγίστη γὰρ αὕτη παρὰ Πέρσαις πίστις. Æmilius Probus in Datame, de Mithridate, *Namque his pollicitus eſt Regi, ſe eum interfecturum, ſi ei Rex prommitteret, vt quodcunque vellet, liceret impune facere, fidemque de ea re, more Perſarum, Dextra dediſſet: hanc vt accepit, ſimulat ſe ſuſcepiſſe cum Rege inimicitias.* Darius certe, multis vulneribus à Cognatis confoſſus, cum, ſpirans adhuc, ab vno ex Alexandri militibus, quem captiuus Perſicæ linguæ peritus comitabatur, ex voce, indigenam adeſſe cognouit, perferri quædam Alexandro iuſſit, & in his hæc; Quod ad necis ſuæ vltionem

pertinebat, iam non ſuam, ſed exempli, communemque omnium Regum eſſe cauſam: quam negligere illi & indecorum eſſet, ac periculoſum: quippe cum in altero, iuſtitiæ eius, in altero, etiam vtilitatis cauſa verſaretur. In quam rem, *vnicum ſignum fidei Regiæ, Dexteram ſe ferendam Alexandro dare*, dixit: poſteaque, porrecta manu, expirauit. Et hoc eſt quod Plutarchus in Alexandro, Darium, data Polycrati manu, in his nouiſſimis vocibus defeciſſe refert: Ἀλέξανδρος ἀποδώσει σοι τὴν χάριν, Ἀλεξάνδρῳ δὲ οἱ θεοὶ τῆς εἰς μητέρα, καὶ γυναῖκα, καὶ παῖδας τοὺς ἐμοὺς, ἐπιεικείας, ᾧ ταύτην δίδωμι τὴν Δεξιὰν διὰ σοῦ. Sed & apud Xenophōt. lib. III παιδ. Κύρ. Cyrus Gobriam alloquens, Ἐγὼ ἀληθευόμενος δίδωμι τέ σοι τὴν ἐμὴν καὶ λαμβάνω τὴν σὴν Δεξιάν· θεοὶ δὲ ἡμῖν μάρτυρες ἔστωσαν. Eodemque modo, obſides Hyrcanij Cyro fidem dant, & accipiunt. Nam cum Cyrus eos interrogaſſet, num haberent quo fidem obligarent, & vera ſe dicere teſtarentur: ipſi viciſſim καὶ σὺ, aiunt, ἡμῖν θεῶν τε πιστὰ ποίησον, καὶ Δεξιὰν δὸς, ἵνα φέρωμεν καὶ τοῖς ἄλλοις ταῦτα ἅπερ ἂν αὐτοὶ λάβωμεν παρὰ σοῦ. ἐκ τούτου, τὰ πιστὰ δίδωσιν αὐτοῖς ἦ μὴν, ἐὰν ἐμπεδῶσιν ἃ λέγουσιν, ὡς φίλοις καὶ πιστοῖς χρήσασθαι αὐτοῖς. Idem & apud Parthos receptum fuiſſe, Ioſeph. lib. XVIII. Antiq. Iud. cap. XII ita ſcribit: ὁ δὲ Ἀρτάβανος τούς τε πατρῴους θεοὺς ἐπώμνυτο, μηδὲν κακὸν δράσειν αὐτούς καὶ τὴν δεξιὰν ἐδίδου. ὅπερ μέγιστον παρὰ πᾶσι τοῖς ἐκείνῃ βαρβάροις παράδειγμα τοῦ θαρσεῖν γίνεται τοῖς ὁμιλοῦσιν. οὐ γὰρ ἂν ψεύσαιτό τις, δεξιῶν ἐπ' αὐτοῦ δόσεως γενομένης, οὐδὲ πιστεύσειεν ἐνδοιάσειεν, εἰ τοιᾶσδε ἀσφαλείας δόσις γένοιτο, παρὰ τῶν ἐν ὑποψίᾳ ἀδικήσειν καθεστηκότων. Dio Chryſoſt. περὶ ἀπιστίας, Τισσαφέρνης δὲ οὐκ ὤμοσε μὲν τοῖς περὶ Κλέαρχον; τί δὲ ὁ βασιλεύς; οὐχὶ καὶ τοὺς βασιλείους θεοὺς καὶ τὴν δεξιὰν ἀπέστειλε;

Ex quibus lumen accipit, quod Q. Curtius lib. VI. ſcribit, Alexandrum, *fidem, quo Perſæ more accipiebant, Nabarzani dediſſe*. Idemque, lib. VIII. de eodem Alexandro, *Motus*, ait, *ſimplicitate Barbari, Rex Dexteram, fidei ſuæ pignus, dedit*.

Ceterum, vt ad ea quæ reſtant gradum promoueamus, Venatu ſæpe Perſarum Reges exercebantur, eique rei ſtudioſe operam dabant. Nec ſingulis modo menſibus, ſemel atque iterum, verumetiam ſæpius, venatum proficiſceban-

tur, mediam cuſtodum corporis partem ſecum ducentes. Xenophon lib. I. παιδ. ὅταν δὲ ἐξίῃ βασιλεὺς ἐπὶ θήραν, ἐξάγει τὴν ἡμίσειαν τῆς φυλάκῆς· ποιεῖ δὲ τοῦτο πολλάκις τοῦ μηνός. Hoc à Cyro ideo inſtitutum, idem lib. VIII. παιδ. tradit, quod eiuſmodi exercitationem ad militarem proxime accedere, & ad bellicos labores perferendos aſſueſacere, diceret. Vt enim belle à Cicerone ſcriptum eſt, *Venatu ad ſimilitudinem bellicæ diſciplinæ exercemur.* Cuiuſmodi corpŏris exercitationem in principe ſumme laudat Plinius in Panegyr. in quo Traianum adloquens, *Quæ enim*, ait, *remiſſio tibi, niſi luſtrare ſaltus, excutere cubilibus feras, ſuperare immenſa montium iuga, & horrentibus ſcopulis gradum inferre, nullius manu, nullius veſtigio adiutum?* Et mox, *Olim hæc experientia iuuentutis, hæc voluptas erat: his artibus futuri duces imbuebantur, certare cum fugacibus feris, curſu: cum audacibus, robore: cum callidis, aſtu: nec mediocre pacis decus habebatur, ſubmota campis irruptio ferarum, & obſidione quadam liberatus agreſtium labor. Vſurpabant gloriam iſtam illi quoque Principes, qui obire non poterant. Vſurpabant autem, vt domitas fractaſque clauſtris feras, ac deinde in ipſorum quidem ludibrium emiſſas, mentita ſagacitate colligerent. Huic* (videlicet Traiano) *par capiendi quærendique ſudor, ſummeque & idem gratiſſimus labor, inuenire.* Eandem etiam vt bono principi apte conuenientem, Dio Chryſoſtom. Oratio. III. de Regno valde commendat his verbis, ὁ δὲ ἀγαθὸς βασιλεὺς, κάλλιστον εὕρημα ἡγήσατο, Κυνηγέσια. καὶ τούτῳ μάλιστα χαίρει, δι' οὗ τὸ μὲν σῶμα γίνεται ῥωμαλεώτερον· ἡ ψυχὴ δὲ ἀνδρειοτέρα. τὰ πολεμικὰ δὲ ἅπαντα ἀσκεῖται. καὶ γὰρ ἱππεῦσαι καὶ δραμεῖν, ἀναγκαῖον, καὶ ὑφίστασθαι πολλὰ τῶν ἀλκίμων θηρίων, καὶ καῦμα ἀνέχεσθαι, καὶ ψῦχος ὑπομένειν· πολλάκις δὲ καὶ λιμοῦ καὶ δίψους πειραθῆναι, διά τε τὰς ἐπιθυμίας ἐθίζοντα καρτερεῖν μεθ' ἡδονῆς. His igitur de cauſis crebro, & magna alacritate, magno etiam comitatu, frequentique iuuentutis concurſu, Venatio peragebatur. Quod & Parthorum Reges factitaſſe accepimus. Proinde Germanici morte nuntiata, Regum Regem ad indicium maximi luctus, & exercitatione venandi, & conuictu Megiſtanum, abſtinuiſſe, quod apud Parthos iuſtitij inſtar eſt, Suetonius in Calig. cap. V. refert. Darium autem Regem in venatu ferarum, Herodotus lib. III. narrat, ἀποθρώσκοντα

ἀφ' ἵππου, σφάλλεσθαι τὸν πόδα, χωλὸς ἰσχυροτέρως ἐστράφη. ὁ γὰρ οἱ ἀστράγαλος ἐξεχώρησεν ἐκ τῶν ἄρθρων. Verum quibus armis inſtructos eſſe oportet Iuuenes qui Regem venantem adſectabantur, Xenoph. lib. I. παιδ. exponit. Aſſyrios quoque reges venatu exerceri ſolitos, Suidas in verbo Σαρδανάπαλος teſtatur.

Venationis autem cauſa, tanta Canum Indicorum multitudo alebatur, vt ad præbenda iis cibaria, quattuor in Babylonis planitie, magni vici adtributi eſſent, aliorum tributorum immunes, quemadmodum Herodotus lib. I. tradit. Nobiles enim ad venandum canes in India eſſe, latratuque abſtinere, cum videre feram, leonibus maxime infeſtos, Curt. lib. IX. ſcribit.

Non ſemper autem in campis apertis Reges venabantur, ſed & Viuariis incluſas feras agitabant. Sed enim vt laborioſam illam & martiam venationis ſpeciem Dio Chryſoſtomus laudibus effert, ita mollem hanc, deſidem & ignauam improbat: propterea quod eo modo feras, velut carcere clauſas, in promptu poteſtateque habentes Perſæ, non tantum earum inueſtigandarum labore leuabantur, ſed & extra omnem aleam poſiti, animos indulgent vacui ab omni metu periculi, quod adeunt qui ſe feris obiiciunt, caſque acrius inſequuntur. Ipſamet Dionis verba, quibus περσικὴν iſtam θήραν vellicat, in medium proferre non pigebit. Ea ſic habent, ἐκεῖνοι μὲν γὰρ (de Perſis loquitur) Παραδείσοις περιλαβόντες, ὁπότε ἐπιθυμήσειαν, ὥσπερ ἐν εἱρκτῇ, τὰ θηρία ἔκτεινον, ὡς μήτε ζητοῦντας ποιεῖν, μήτε αὖ κινδυνεύοντας, ἅ τε ἀσθενῆ, καὶ δεδουλωμένα, ὁμοίως δὲ ἀφῃροῦντο τὴν ἐπὶ τῷ εὑρεῖν χαρὰν, καὶ τὴν ἐπὶ τῷ φθάσαι σπουδὴν, καὶ τὴν ἐπὶ τῷ συμβῆναι ἀγωνίαν. ὅμοιον γὰρ ἐποίει, ὥσπερ οἱ πολεμικοὶ φάσκοντες εἶναι, ἀφέντες τὸ τοῖς πολεμίοις μάχεσθαι, τοὺς αἰχμαλώτους οἴκοι λαβόντες ἔκτειναν. Nec alia Aſtyagis ſententia fuit, qui eiuſmodi venatione nugas agi pronuntians, apud Xenophont. lib. I. παιδ. cauſam hanc addit, ὅμοιον γὰρ ἐμοί γε δοκεῖ εἶναι, οἷόν περ εἴ τις δεδεμένα ζῶα θηρῴη. Imperatoris quoque Gratiani in ſimili venationis genere ignauia, nec maleuolorum ſermones, in quos incurrit, nec Amm. Marcellini lib. XXXI. linguam notamque effugit. Nemini vero licebat ſagittam, iaculum, telumve in feras

contorquere, priuſquam Rex animum ea voluptate expleuiſſet. Itaque cum Regem Artaxerxem, inter venandum, leo adortus eſſet, periculique illius, quod à fera Regi imminebat, propulſandi cauſa, Megabyzus beſtiam eam ſeſe in pedes erigentem iaculo feriens occidiſſet, indignatus Rex quod occupaſſet feram cædere, antequam in eam telum miſiſſet, eum decollari iuſſit, quemadmodum Creſias in Perſicis refert. Aſtyagem etiam, cum venationi intereſſet, vetuiſſe, ne quiſquam feras iaculo peteret, πρὶν Κῦρος ἐμπλησθείη βάλλων, Xenophon lib. I. narrat. Illam tamen obſeruantiam poſtea abrogatam ſupra docuimus.

Verum, quo promiſſi fidem impleamus, tempus eſt, vt ad formam regendis Perſarum prouinciis datam, accedamus.

Vniuerſum autem Perſarum imperium, in Præfecturas, & Prouincias, quas illi SATRAPIAS, earumque rectores, SATRAPAS appellabant, diſtributum erat. Herodotus lib. I. ἡ ἀρχὴ τῆς χώρης ταύτης, τὴν οἱ Πέρσαι Σατραπηίην καλέουσι. Ruſuſque lib. III. Αρχὰς, à Perſis Σατραπηΐας vocari tradit. Iſocr. in Paneg. οἱ καταβαίνοντες αὐτῶν ἐπὶ τὴν θάλατταν, οὓς καλοῦσι Σατράπας. Suidas, Σατραπεία, ἐπαρχία. Heſ. Σατράπαι, ἀρχηγοὶ, στρατηλάται· Περσικὴ δὲ ἡ λέξις. Satrapæ etiam χωρῶν ἄρχοντες vocantur in Artaxerxis Epiſtola quæ Eſther cap. VIII. ponitur. Herodianus lib. V. à Cyro ad Darium vſque qui ab Alexandro victus eſt, Aſiam omnem μέχρι Ἰωνίας, καὶ Καρίας, ὑπὸ Σατράπαις Περσικοῖς διοικεῖσθαι ſcribit Plutarchus in Themiſtocle, Πέρσης ἀνὴρ ἐπιξύης ὄνομα, σατραπεύων τῆς ἄνω Φρυγίας. & ibidem, λόγον τῷ Λυδίας Σατράπῃ προσωμίλησεν Philoſt. li. I. de vita Apollonij, Σατράπης ὁ ἐπὶ τῶν μεγάλων πυλῶν Βαβυλῶνος. SATRAPÆ autem verbo vtuntur Plinius, lib. V. cap. V. Curtius lib. IIII. & VI. & Æmil. Prob. in Ageſilao. SATRAPEN etiam apud Terentium Heautontimor. Act. III. Sc. I. Æm. Prob. in Conone, & Curtium pluribus locis, legere eſt. SATRAPAS tamen vt plurimum, Curtius, *Prætores* vocat, vt *Meſopotamiæ prætores* apud eum, lib. X. Orontem etiam Cicero lib. V. de Finibus *Darij Prætorem* appellat. Iuſtinus vero SATRAPEN, *Præfectum* vocat. Veluti lib. V. *ad Tiſaphernem Præfectum Darij Regis profugit.* Æmilius Probus in Datame, *ab Ariobarzane præfecto Lydiæ & Ioniæ,*

In Satraparum vero, & Satrapiarum numero, non leuiter variari notandum eſt. Darium quidem, primum, CCCLX. SATRAPAS conſtituiſſe, iiſque tres ſummos SATRAPAS præfeciſſe, Ioſephus lib. X. Antiquit. Iudaic. cap. XIIII. tradit. Hic eſt Darius, Medorum Rex, quem Babyloniorum regno, Baltaſarem Nabuchodonoſoris nepotem exuiſſe, D. Hieronym. in Eſaiæ cap. XII. tradit. Quem Georg. Cedrenus, Artaxerxis quoque, Aſtyagis & Nagobiadi nominibus appellatum, Cyrique auum fuiſſe, ait. Ioſephus vero, Aſtyagis filium facit. Cui Danielis hiſtoria in Satrapiarum numero haudquaquam conſentit. Eius enim libri, cap. V. refertur, eundem Darium, prouinciarum, quæ ſub ditione eius erant, Præſides ſeu SATRAPAS CXX. habuiſſe: qui quidem Triumuiris, quibus ille ſummam rerum commiſerat, actus ſui rationem reddere tenebantur. At Darius Hyſtaſpis filius, ad commodiorem tributorum quæ gentibus ſibi ſubditis imperabat, præſtationem, alias aliis non finitimas modo, ſed & longe locorum interuallo diſiunctas nationes attribuens, ἀρχὰς (quemadmodum Herod. lib. III. ſcribit) κατεστήσατο εἴκοσι, τὰς αὐτοὶ καλέουσι Σατραπηΐας. Rurſus hunc ipſum Darium CXXVII. Satrapias feciſſe, diſertis verbis Ioſeph. lib. XI. Antiquit. cap. IIII. ſignificat, cùm ait ipſum lautiſſimo conuiuio accepiſſe τοὺς τῶν Μήδων ἡγεμόνας, καὶ Σατράπας τῆς Περσίδος, καὶ Τοπάρχας τῆς Ἰνδικῆς ἄχρι τῆς Αἰθιοπίας, καὶ τοὺς στρατηγοὺς τῶν ρκζ Σατραπειῶν. Quod & lib. III. Eſdræ, cap. IIII. confirmatur. Illic enim narratur, Darium cœnam dediſſe Στρατηγοῖς, καὶ Τοπάρχαις τοῖς μετ᾽ αὐτὸν. ἀπὸ τῆς Ἰνδικῆς, ὡς μέχρι τῆς Αἰθιοπίας, ἐν ταῖς ἑκατὸν καὶ εἴκοσι ἑπτὰ Σατραπείαις. Quem numerum ab Artaxerxe ſeruatum, Ioſephus lib. XI. Antiquit. Iudaic. cap. VI, docet, his verbis: παραλαβὼν δὲ τὴν βασιλείαν ὁ Ἀρταξέρξης, καὶ καταστήσας ἀπὸ Ἰνδίας ἄχρις Αἰθιοπίας τῶν Σατραπειῶν, ἑκατὸν εἴκοσι ἑπτὰ οὐσῶν, ἄρχοντας. Et alio eiuſdem capitis loco, ἐκέλευσε γράφειν τοῖς ἔθνεσιν ὑπὲρ τῶν Ἰουδαίων, τοῖς τε οἰκονόμοις καὶ ἄρχουσιν, ἀπὸ Ἰνδικῆς, ἕως τῆς Αἰθιοπίας, ρκζ΄ Σατραπειῶν ἡγεμόσι. Eſtheris quoque cap. I. de eodem Artaxerxe ſcribitur, οὗτος ὁ Ἀρταξέρξης ἀπὸ τῆς Ἰνδικῆς, ἑκατὸν εἴκοσι ἑπτὰ χωρῶν ἐκράτησεν. Eiuſdem libri cap. VIII. Epiſtola Artaxerxis ponitur cum inſcri-

ptione huiuſmodi, Βασιλεὺς μέγας Ἀρταξέρξης, τοῖς ἀπὸ τῆς Ἰνδικῆς, ἕως Αἰθιοπίας, ἑκατὸν εἴκοσι ἑπτὰ Σατράπαις, χώρων ἄρχουσι, χαίρειν. Verum mihi non liquere ingenue fateor, quæ Platonis mens fuerit, cum de Dario lib. III. de Legib. ſcribit in hũc modum: ἐλθὼν δὲ εἰς τὴν ἀρχὴν, καὶ λαβὼν αὐτὴν ἕβδομος, διείλετο, ἑπτὰ μέρη τεμόμενος, ὧν καὶ νῦν ἔτι σμικρὰ ὀνείρατα λέλειπται· καὶ νόμους ἠξίου θέμενος οἰκεῖν, ἰσότητά τινα κοινὴν εἰς φέρων· καὶ τὸν τοῦ Κύρου δασμὸν, ὃν ὑπέσχετο Πέρσαις, εἰς τὸν νόμον ἐνέδυ, vel vt alii legũt, ἐνέδει. Falluntur certe in huius vocis, ἕβδομος, interpretatione qui eam ita accipiunt, quaſi ſeptimus in Perſide regnauerit Darius. Non enim ordine, & numero, Rex Perſarum ſeptimus, ſed, ex ſeptem magorum interfectoribus, vnus, reliquorum ſuffragiis Rex renuntiatus & appellatus eſt. At qui me angit ſcrupulus, in ſequentibus verbis poſitus eſt. Illam enim quam à Dario factam ait ἀρχῆς εἰς ἑπτὰ μέρη, partitionem, nec probabili quidem quæ mihi ſatisfaciat, coniectura adſequi adhuc potui.

At poſtquam Parthi rerum potiti ſunt, illas Perſarum Satrapias, in duodeviginti Regna diuiſerunt: ex quibus vndecim, *Inferiora*, reliqua ſeptem, *Superiora*, appellabantur. Plin. lib. VI. cap. XIII. *Namque Perſarum Regna, quæ nunc Parthorum intelligimus, inter duo maria, Perſicum & Hyrcanum, Caucaſiis iugis attolluntur, vtrinque per deuexa laterum.* Idem eiuſdem libro c. XXV. *Ipſa Perſis, aduerſus occaſum ſita, obtinet littora* DLM. *paſſuũ etiam in luxum diues, in Parthorum iampridem tranſlata nomen.* Et mox, *Regna Parthorum duodeviginti ſunt omnia. Ita enim diuidunt Prouinciis, circa duo (vt diximus) maria: Rubrum, à meridie, Hyrcanum à Septemtrione. Ex his vndecim Superiora dicuntur: incipiunt à confinio Armeniæ, Caſpiisque littoribus: pertinent ad Scythas: cum quibus ex æquo degunt. Reliqua ſeptem Regna, Inferiora appellantur.* Enimuero, ab vno Satrape interdum plures Prouinciæ regebantur. Sic, Lydiæ Ioniæque totiuſque Phrygiæ eundem Satrapam, Æmilius Prob. in Datame, & Arrian. lib. I. commemorant. Herodot. quoque lib. III. Oroetem, νομὸν τόν τε Φρύγιον καὶ Λύδιον καὶ Ἰωνικὸν, obtinuiſſe refert. Apud Arrianum lib. VI. Staſanor, ὁ Ἀρείων καὶ ὁ Ζαραγγῶν, Satrapes. Ibidem Phratraphernes Παρθυαίων καὶ Ὑρκανίων Satrapes. Sed & Xerxe regnante vnum eundemque τῆς Συρίας, καὶ Φοινίκης, καὶ Σαμαρείας

ἔπαρχοι fuiſſe, ex Ioſepho lib. XI. Antiquit. cap. VIII. & Eſdræ III. cap. VI. patet. quibus in locis ἔπαρχος appellatur, qui alias Satrapes. Similique modo quas alij Σατραπείας, Plutarchus in Apophthegmatis, ἐπαρχίας vocat. Iſocrates in Panegyrico, Hecatomnum qui Satrapiam Cariæ obtinebat, Καρίας Ἐπίσταθμον vocat, vt Harpocration, in decem Rhetor. Lexico, interpretatur. Curtius lib. v. de Alexandro, *Vxiorum deinde gentē ſubactam, Suſianorum Satrapæ contribuit.* Pharnabaſo autem *ſum̄um imperium maritimæ oræ* Darium dediſſe, Q. Curtius libro III narrat. Cuius oræ maritimæ Satrapem, Sardibus morari & conſiſtere conſueuiſſe, Pauſanias in Laconicis docet. Pauſaniæ verba ſunt hæc, ἤλαυνεν ἐπὶ τὰς Σάρδεις. ἦν γὰρ δὴ τῆς Ἀσίας τῆς κάτω μέγιστον μέρος τηνικαῦτα ἡ Λυδίας· καὶ αἱ Σάρδεις πλούτῳ τε καὶ παρασκευῇ προεῖχον· τῷ τε Σατραπεύοντι ἐπὶ θαλάσσῃ, τοῦτο οἰκητήριον ἀπεδέδεικτο, καθάπερ γε αὐτῷ βασιλεῖ, τὰ Σοῦσα.

Solebant vero Satrapiæ filiis Regum decerni, vt ex Herodoti libro ſeptimo ex Cteſiæ Epitome, & Xenophont. lib. I. Ἀναβάσ. apparet. Darium vtique, Cyro, minori natu filio, ciuitates, quarum Præfectus erat, teſtamento legaſſe, Iuſtinus libro quinto narrat. Hyſtaſpem etiam Artaxerxis filium natu minorem, quo tempore pater ab Artabano obtruncatus eſt, obtinuiſſe τὴν ἐν Βάκτροις σατραπείαν, Diodor. Sic. libro XI. refert. Reges minoribus natu filiis Satrapias ſupremis iudiciis relinquere conſueuiſſe, declarat etiam Cyrus apud Xenophon. libro VIII. παιδ. dum hæc moriens nuncupat, σὺ μὲν, ὦ Καμβύση, τὴν βασιλείαν ἔχε· σοὶ δὲ ὦ Τανάοξάρη, Σατράπην εἶναι δίδωμι Μήδων τε καὶ Ἀρμενίων καὶ τρίτων Καδουσίων. Porum quoque victum Alexander, vt Plutarchus in eius vita ſcribit, ἀφῆκεν ἄρχειν ὧν ἐβασίλευε, Σατράπην καλούμενον.

Satrapæ ergo prouinciis præerant, eorumque fidei & curæ prouinciæ committebantur. Horum vtique munere & officio incumbebat, prouincialibus imperare, eorum vtilitatibus proſpicere, tributa cogere, primiſque cuſtodibus ſtipendia exſoluere: & quidquid inſuper facto opus eſſet, effectum dare, & vt Xenophon libro VIII. παιδ. ait, ἄρχειν τῶν ἐνοικούντων, καὶ τὸν δασμὸν λαμβάνοντας, τοῖς τε φρουράρχοις

ροις δοῦναι μισθὸν, καὶ ἄλλο πλέον ὅτι ἂν δέῃ. Huiuſmodi prouinciarum Præſides, Regem de toto prouinciarum quas regebant ſtatu, certiorem faciebant: litteriſque & per nuntios, vt ſe res haberent, ſignificabant. Mandatis enim, quæ illis dabantur, continebatur, vt prouincias ita regerent, vti è re publica, fide & religione eorum eſſe videretur. Quibus etiam imperaſſe Cyrum, vt quoad eius fieri poſſet, ea omnia imitarentur, ſequerentur, obſeruarent, quæ ipſum agere viderant, Xenophon ibidem ſcribit.

Porro in conſilium à Perſarum Regibus SATRAPAE, & prouinciarum Præſides, adhibebantur. Id ex eo apparet, quod Eſdræ libro tertio cap. III. ſcribitur. Ἐκάλεσε πάντας τοὺς μεγιστᾶνας τῆς Περσίδος καὶ τῆς Μηδίας, καὶ σατράπας, καὶ στρατηγοὺς, καὶ τοπάρχας, καὶ ὑπάτους· καὶ ἐκάθισεν ἐν τῷ χρηματιστηρίῳ. Eſther quoque cap. III. ἄρχοντες τῶν ἐθνῶν, ἐγγὺς τοῦ βασιλέως memorantur.

Cum vero Reges Perſarum, aliquos in conſilium adhibentes, eos adſidere iubebant, in medio loco ipſos conſediſſe docet Lucian. in Nauigio, ſeu Votis, his verbis, ἐγὼ δὲ κατὰ μέσον, ὡς νόμος βασιλεῦσι τῶν Περσῶν, ἐπειδὰν· αὐτοὶ συμπαρεδρεύειν αὐτοῖς βούλωνται. Sed & à prouincialibus coli & obſeruari Satrapas, Perſis placuiſſe, Xenophon lib. VIII. παιδ. ita ſcribit, οἱ κατὰ τὴν Ἀσίαν ὑπὸ βασιλεῖ ὄντες, θεραπεύουσι τὰς τῶν ἀρχόντων θύρας. Quinetiam pro foribus Prætorij ſtetiſſe in prouinciis, iuuenes bene ac liberaliter educatos, qui Præſidum mãdatis parerent, eoſque venatum proficiſcentes comitarentur, idem Xenophon eod. lib. demonſtrat. Satrapas autem è publico annonas accepiſſe, indicio eſt quod Philoſtratus libro primo de vita Appollonij, vinum his cottidie præbitum narrat.

Eos etiam Regios ſub ſe Scribas habuiſſe, quibus inter cetera quæ ad eorum munus pertinebant, recitandæ dabantur litteræ quæ à rege mittebantur, apparet ex Herodoto lib. III. Satellitio quoque inſtructos, & ſatellitibus ſtipatos huiuſmodi Satrapas fuiſſe, idem eodem libro oſtendit. Oroetem enim Lydyę Ioniæque præfectum, vt ille ait, χίλιοι Περσέων ἐδορυφόρεον. Ceterum Satrapis in fide & officio manentibus, caſteque & integre munus ſuum obeun-

tibus,non temere ſucceſſores dabant:vt à peritis & aſſuetis, facilius prouinciæ continerentur. Artaxerxes tamen regnũ ordinans, τῶν ὑπαρχόντων σατραπῶν τοὺς ἀλλοτρίως ἔχοντας πρὸς αὐτὸν ἀπέπαυσε· τῶν δὲ ἑαυτοῦ φίλων ἐπιλέξας τοὺς εὐθέτους, παρέδωκε τὰς σατραπείας, quẽadmodum Diodor. Sicul. libro vndecimo ſcribit. Nec vero ἀνεκλόγιστοι, aut ἀνυπεύθυνοι, huiuſmodi Satrapæ erant. quinimo, ſi prouincias phanave expilaſſe, prouinciales ſpoliaſſe, vexaſſe, pecunias extorſiſſe, aut alias male verſati eſſe dicerentur, Repetundarum poſtulari poterant, conuictique, non remoueri modo, cum exiſtimationis macula atque nota: ſed etiam grauiter in exemplum coerceri, & pro delicti modo plecti ſolebant. Alexander quidem, vt Arrianus lib. VII. narrat, Abulidem Suſiorum Satrapen, & Oxatrem eius filium, quod in Suſios multa auare ac ſuperbe commiſiſſe perpetraſſeque deprehenſi eſſent, occidi iuſſit. Eiuſdem Alexandri aures, prouincialium de Satrapis querelis patuiſſe ex eo apparet, quod idem Arrianus lib. VI. narrat, Orxinem Perſidis præfectum, quod phana ſpoliaſſet, ſepulchra violaſſet, multoſque Perſarum iniuſte peremiſſet, damnatum, & in crucem actum, Peuceſte in locum eius ſuffecto.

Contra, qui probe laudabiliterque prouincias rexerant, & à Rege gratiam inibant, & aliis ſuper alios honoribus dignitatibuſque cumulabantur. Vnde eueniebat, vt nihil magis bonis Præſidibus ad ſequentes honores prodeſſet, quàm peractus optime Magiſtratus: eaque ratione, Magiſtratus, Magiſtratu: honore, honor petebatur. Et cum omnia benefacta in luce collocari iuuet, vberrimum virtutis induſtriæque ſuæ fructum, fortes viri capiebant, Regem bene functi adminiſtratique muneris, teſtem & conſcium habere. Ac plane vere Plinius Panegyrico adſerit, vtile ac ſalutare eſſe Præſidibus prouinciarum, hanc habere fiduciam, paratum eſſe ſanctitati induſtriæque ſuæ maximum præmium, iudicium Principis, ſuffragium Principis. additq; ante Traiani imperium, ſi quis quid benefeciſſet, Cæſarem neſciſſe, aut ſi ſciſſet, teſtimonium non reddidiſſe: Ita *eadem* illa (inquit) *ſeu negligentia, ſeu malignitas Principum, cum male conſultis: impunitatem, recte factis nullum*

*præmium polliceretur: nec illos à crimine & ſorde, nec hos deterrebat à laude. At nunc ſi bene aliquis prouinciam rexerit, huic quæſita virtute dignitas offertur: patet enim omnibus honoris & gloriæ campus.*

Licet autem ſummam Satrapis, quorum ſpectatam fidem habebant, poteſtatem Reges conceſſiſſent, in eorum nihilominus Satrapias aliquem ex principibus viris, quotannis, cum imperio velut Inſpectorem mittebant: qui Satrapis, ſi qua in re auxilio egerent, opem & ſuppetias ferret: ipſos etiam ſi negligentius in officio verſarentur, coerceret, curua corrigeret, & quæ è republica eſſe viderentur, ordinaret: ſin minus, ad Regem referret, vt malis quibus prouincia premeretur ſuo arbitrio mederetur: quorum in prouincias aduentu, gaudio exultans plebs, tanquam ipſis prouinciis præſentia ſua, Rex ea bona circumferret, Regis Filium, Fratrem, Oculum, in eas terras deſcendiſſe, ſermonibus iactabat. Qua de re ipſamet Xenoph. ex lib. 1. παιδ. verba apponam: Ἐφοδεύει ἀνὴρ κατ᾽ ἐνιαυτὸν ἀεὶ, στράτευμα ἔχων. ὅς, ἢν μέν τις τῶν Σατραπῶν ἐπικουρίας δέηται, ἐπικουρεῖ· ἢν δέ τις ὑβρίζῃ, σωφρονίζει· ἢν δέ τις ἢ δασμῶν φορᾶς ἀμελῇ, ἢ τῶν ἐνοίκων φυλακῆς, ἢ ὅπως ἡ χώρα ἐνεργὸς ᾖ, ἢ ἄλλο τι τῶν τεταγμένων παραλείπῃ, ταῦτα πάντα κατευτρεπίζει· ἢν δὲ μὴ δύνηται, βασιλεῖ ἀπαγγέλλει· ὁ δὲ, ἀκούων, βουλεύεται περὶ τοῦ ἀτακτοῦντος. καὶ οἱ πολλάκις λεγόμενοι, ὅτι Βασιλέως υἱὸς καταβαίνει, βασιλέως ἀδελφὸς, βασιλέως ὀφθαλμός. καὶ ἐνίοτε οὐκ ἐκφαινόμενοι οὗτοι τῶν ἐφόδων εἰσίν· ἀποτρέπεται γὰρ ἕκαστος αὐτῶν ὁπόθεν ἂν βασιλεὺς κελεύῃ. Quinetiam præter Satrapas, qui toti prouinciæ præerant, quidam Vrbibus & oppidis: quidam vero earundem vrbium Arcibus præficiebantur. Nec enim vni eidemque, Vrbis, & Ἀκροπόλεως, ſiue Arcis, cuſtodiam mandabant: ſed alij erant, Vrbium; alij, Arcium, Cuſtodes: quod Xenophon in Oeconomico perſpicue tradit. Hoc enim pro certo ponens atque ſtatuens, non minus ſategiſſe Reges Perſarum, ὅπως ἡ γῆ ἐνεργὸς ἔσται ὑπὸ τῶν κατοικούντων, ἢ ὅπως εὖ φυλάξεται ὑπὸ τῶν φρουρούντων: addit, καὶ εἰσὶ δ᾽ αὐτῷ οἱ ἄρχοντες διατεταγμένοι ἐφ᾽ ἑκάτερον, οὐχ οἱ αὐτοὶ, ἀλλ᾽ οἱ μὲν ἄρχουσι τῶν κατοικούντων τε καὶ τῶν ἐργατῶν, καὶ δασμοὺς ἐκ τούτων ἐκλέγουσι· οἱ δ᾽, ἄρχουσι τῶν ὡπλισμένων φρουρῶν.

Aliis plane Vrbium, aliis Arcium cuſtodiam attributam

fuiſſe, indicat Curtius lib. v. his verbis. *Rex, Perſidis fines aditurus, Suſa vrbem Achelao, & præſidium trium millium, tradidit: Xenophilo, arcu cura mandata eſt.* Eodem lib. Alexandrum, *arci Babylonis Agathane præſidere iuſſo, cum* DCC. *Macedonum trecentisque mercede conductu: Prætores qui regioni Babyloniæ, & ciuitati præeſſent*, Menætã & Apollodorum reliquiſſe, narrat. Arrianus quoque libro III. Alexandrum Suſianis reliquiſſe Satrapen Abuliten, φρούραρχον δὲ, ἐν τῇ ἄκρᾳ τῶν Σούσων Mazarum, narrat. Diuerſa vero Præfecti Vrbi, & Custodis Arcis, munia erant: & ille quidem, τῶν ἐνοικούντων ἄρχων, καὶ τῶν ἔργων ἐπιμελούμενος, defixos tam in Agricolas, quam in Opifices qui in ſordida ſellulariaque arte verſantur, & in illam omnem ciuitatium fecem, oculos habebat: id agens, & ſedulo curans, vt quam quiſque noſſet artem, in hac ſe exerceret, & ne inerti otio, vrbis regioniſque incolæ, marceſcerent. Atque vt libere, ac tuto, animoque otioſo & ab omni periculi metu vacuo, pro ſe quiſque diligenti agrorum culturæ, vrbaniſque artificiis operam impenderet, ad officium Arcis Cuſtodis pertinebat, ne quam oppidani à præſidiariis militibus, vel ab hoſtibus, iniuriam acciperent. Præfectus ergo vrbi, rationem otij negotiique ab vnoquoque exigere neceſſe habebat, rationibus & ipſe reddendis Regi obnoxius. Eius enim culpæ Agricolarum artificumque deſidia atque ignauia imputabatur, ſi modo ab illis Phrurarchus, id eſt arcis cuſtos, iniuriam propulſaſſet. Etenim, ἐὰν φρούραρχος μὴ ἱκανῶς τῇ χώρᾳ ἀρήγῃ, agricolæque vel opifices non poſſent ἐργάζεσθαι διὰ τὴν ἀφυλαξίαν, eius rei periculum Phrurarchus præſtabat. Quapropter Ἄρχοντος ſeu Præfecti muneri quoque incumbebat Phrurarchum officij ſui admonere, ceſſantemque aut detrectantem, reum ἀφυλαξίας apud Regem agere. Viciſſimque, ſi παρέχοντος τοῦ φρουράρχου εἰρήνην τοῖς ἔργοις, ὁ ἄρχων ὀλιγάνθρωπόν τε παρέχηται καὶ ἀργὸν τὴν χώραν, cum Phrurarchus ſocordiæ reum poſtulabat. Ita alter, quaſi obſeruator actus, alterius, erat: deterioriſque ſtatus tam ciuitatium, quam vicorum & pagorum qui ad eas pertinebant, in alterutrum eorum culpa reiiciebatur: denique ſi pecora derelinquerentur, agricultura deſereretur, mercatorum negotiatio conquieſceret, artes βαναυ-

σιχῶ (quas Crœſus apud Xenophont. lib. VII. παιδ. πηγὰς τῶν καλῶν, veriſſime appellat) iacerent, huius vel illius vitio ea res adſcribebatur. Satrapen vero in prouincias miſſum, tam φρουράρχου, quam ἄρχοντος τῶν ἐνοικούντων, perſonam ſuſtinuiſſe, & vtriuſque partibus functum, Xenophon in Oeconomico ſcribit. Satrapes ergo, ne quid ex horum vel illorum Magiſtratuum deſidia vrbes regioneſve, detrimenti caperent, videbat: ruſticæ & vrbanæ plebi conſulebat: communique & publicæ vtilitati inſeruiens, omnibus æqualiter hominibus ſecuritatem præſtabat. Officio quoque Præfecti vrbi continebatur, tributa exigere, & vt ea ex fide penderentur, ſollicite attendere. Nec vero quidquam tributis decedere, aut deperire, poterat, agris qui in eius tutela erant optime cultis, & opificibus belle opus ſuum facientibus. Cyrum etiam, vbi primum φρουροὺς καὶ φρουράρχους vrbibus à ſe ſubactis impoſuit, his præcepiſſe, ἄλλο μὲν οὐδὲν πολυπραγμονεῖν, τὰ δὲ τείχη διασώζειν, Xenophon lib. VIII. παιδ. ſcribit.

Hoc amplius, quietis quoque publicę ac ſecuritatis tuendæ cauſa, per regiones ac prouincias, ſtationes militum diſpoſitas habebant, quibus Tribunus præerat, qui, χιλίαρχος τῶν κατὰ τὴν χώραν φυλακῶν, vocatur à Xenophonte, lib. VIII. παιδ. Porro tam Chiliarchi iſti, quam Arcium Phrurarchi illi, non à Satrapis, ſed ab ipſomet Rege conſtituebantur, cui vni parebant, nec alterius cuiuſquam dicto audientes erant. Hoc ideo conſtitutum, vt ſi quis Satraparum, vel faſtu elatus, vel opibus, aut clientium multitudine fretus, res nouas moliretur, aut ſe inſolentius gereret, aduerſarios paratos præſto haberet, qui eius conatus frangerent, & vim reprimere poſſent. Auctor idem Xenophon lib. VIII. παιδ. qui hoc tradit in hæc verba, τοὺς μέντοι ἐν ταῖς ἄκραις φρουράρχους, καὶ τοὺς χιλιάρχους τῶν κατὰ τὴν χώραν φυλακῶν οὐκ ἄλλου ἢ ἑαυτοῦ ἐβούλετο ἀκούειν, ταῦτα δὲ προεωρᾶτο, ἐννοῶν ὅπως τῶν εἴ τις σατραπῶν ὑπὸ πλούτου καὶ πλήθους ἀνθρώπων ἐξυβρίσειε, καὶ ἐπιχειρήσειε μὴ πείθεσθαι, εὐθὺς ἀντιπάλους ἔχοι ἐν τῇ χώρᾳ. Et aliquot interpoſitis, ὡς δὲ τότε Κῦρος κατεστήσατο, οὕτως ἔτι καὶ νῦν βασιλέως εἰσὶν αἱ ἐν ταῖς ἄκραις φυλακαὶ, καὶ οἱ χιλίαρχοι τῶν φυλακῶν ἐκ βασιλέως εἰσὶ καθεστηκότες, καὶ παρὰ βασιλεῖ

ἀπογεγραμμένοι. Atque hiſce velut frenis cohibendam Satraparum poteſtatem cenſuerunt.

Quinetiam Philoſtratus in Apollonij vita, lib. I. ἐν Βαβυλῶνος ὁρίοις φρουρὰν à Rege conſtitutam refert: ἣν οὐκ ἂν παρῆλθέ τις μὴ ἐρωτηθεὶς ἑαυτόν τε, καὶ πόλιν, καὶ ἐφ' ὅτι ἥκοι.

Habebant autem Perſarum Reges in ſingulis prouinciis Ærarium, Ærariique præfectos: Et ita, Tyridatem *pecuniæ* quæ ex vna Satrapea redigebatur, *cuſtodem*, Curtius libro v. memorat. Eodemque libro Bagophanem arcis Babylonicæ, & *Regiæ pecuniæ* eius regionis *Cuſtodem*, Alexandro obuiam egreſſum narrat. Extat Darij Epiſtola apud Ioſeph. lib. XI. Antiquit. Iud. cap. IIII. qua ſumptus ad templi Hieroſolymitani conſtructionem, ἐκ τοῦ βασιλικοῦ γαζοφυλακίου τῶν φόρων τῆς Σαμαρείας, ſuppeditari mandat. Apud eundem Ioſeph. eiuſdem lib. cap. v. Xerxes Eſdræ præberi iubet ſacrorum ſumptus, ἐκ βασιλικοῦ γαζοφυλακίου. Eaque de re ſcripſiſſe ſe τοῖς γαζοφύλαξι τῆς Συρίας καὶ τῆς Φοινίκης. Sic & Eſdræ cap. VII. ab Artaxerxe Edictum ad omnes qui theſauris ſuis, trans flumen, præpoſiti erant, emiſſum, vt quidquid ab eis Eſdras ſacerdos, Scriba legis Dei cæli, poſtulaſſet, ilico præſtaretur. Strabo lib. XV. Perſarum Reges, licet Suſa valde ornaſſent, nihilominus etiam coluiſſe Perſepolim, & Paſargadas ſcribens, addit, illic, Gazam & Theſaurum Regum fuiſſe. Paſargadis quoque. Κύρου τοῦ πρώτου θησαυροὺς reconditos Arrian. lib. III. ſcribit. Pecuniæ ergo quæ theſauris inferebatur, Cuſtodes habebant. Cuiuſmodi pecuniam, GAZAM Perſico ſermone appellatam, non eſt ignotum. Q. Curtius lib. III. *Ante ſolis ortum, pecuniam* Regiam (GAZAM *Perſæ vocant*) *cum pretioſiſsimis rerum, efferri iubet*. Pomponius Mela lib. I cap. XI. *In Palæſtina, eſt ingens & munita admodum, Gaza: ſic Perſæ ærarium vocant: & inde nomen eſt, quod cum Cambyſes armis Ægyptum peteret, huc belli & opes & pecuniam intulerat.* Heſychius, Γάζα, παρὰ Πέρσαις, βασίλεια, ἢ οἱ ἐκ τῶν πολλῶν φερόμενοι φόροι. Suidas vero, Γάζαν, θησαυρὸν interpretatur. Seruius in lib. I. & II. Æneid. *Gazam, Perſarum lingua, cenſus, & diuitias*, ſignificare notat: & eſſe numeri ſingularis tantum, Huiuſmodi autem ærarij præfecti, & hi quibus Gazæ cura credita erat, γαζοφύλακες, vocantur à Ioſepho lib. XI. Antiquit.

Iudaic

Iudaic. cap. I. & IIII. & Γαζοφυλακοῦντες à Diod. Sic. lib. XVII. *Regiæ pecuniæ cuſtodem* vocant Æmilius Probus in Datame, & Q. Curtius lib. V. Vetus Bibliorum interpres, in Eſther cap. III. *Arcarium Gazæ* vertit.

Porro fidem prope excedit, ingens & immenſa auri vis quam theſauris Darij reconditam, hiſtoriarum monumentis proditum inuenio. Primum enim in Damaſci Gaza, *ſummam pecuniæ ſignatæ*, fuiſſe *Talenta duo milia & ſexcenta: facti argenti pondus, quingenta æquaſſe*, Curtius libro III. ſcribit. Idem lib. V. poſt Darium ſecundo prælio victum, Arbela, Alexandro tradita refert, Regia ſupellectili, & *quatuor milium Talentum Gaza* repleta. At Diodor. lib. XVIII ſectione II. ἀργυρίου τάλαντα τρισχίλια, Arbelis reperta narrat. Suſis vero per deditionem receptis, Alexander, vt idem Diodorus eodem lib. refert, εὗρεν ἀσήμου χρυσοῦ καὶ ἀργύρου πλείω τῶν τετρακισμυρίων ταλάντων. καὶ ἐννακισχίλια τάλαντα χρυσοῦ, χαρακτῆρα Δαρεικὸν ἔχοντα. Plutarchus quoque τετρακισμύρια τάλαντα νομίσματος, & præterea ἄλλην κατασκευὴν καὶ πολυτέλειαν ἀδιήγητον, καὶ πορφύρας Ἑρμιονικῆς τάλαντα πεντακισχίλια, Suſis inuenta, in Alexan. vita ſcribit. Eo loci etiam Arrianus lib. III. ἀργυρίου τάλαντα ἐς πεντακισ μύρια, fuiſſe, narrat. Curtius lib. V. *vt vero vrbem* (Suſa intellige) *intrauit, incredibilem pecuniæ ſummam ex Theſauris egeſsit, L millia Talentum argenti non ſignati forma, ſed rudi pondere. Multi Reges tantas opes longa ætate cumulauerant, liberis poſteriſque vt arbitrabantur: quas vna hora in externi Regis manus intulit.* Erat enim Suſis & Perſepoli ſanctius ærarium, in quod, præſidij cauſa, tantas opes à Cyro, ad Darium vſque, Reges intulerant. Teſtis Diodorus lib. XVIII. his verbis, ταῦτα, ἐκ πολλῶν χρόνων, οἱ βασιλεῖς ἄθικτα διετήρησαν, περὶ τὰ παράλογα τῆς τύχης ἀπολιπόντες αὐτοῖς καταφυγάς. Idem eodem libro de Perſepolitanis theſauris, οὗτοι, ait, ἀπὸ Κύρου τοῦ πρώτου Περσῶν βασιλεύσαντος, μέχρι τῶν ὑποκειμένων χρόνων, ἐθησαυρισμένων τῶν προσόδων, ἔγεμον ἀργύρου τε καὶ χρυσοῦ. Itaque in Perſepolitana arce, Alexandrum, δώδεκα μυριάδας ταλάντων, εἰς ἀργυρίου λόγον ἀγομένου τοῦ χρυσίου, inueniſſe refert. Curtius in eius vrbis Gaza, fuiſſe *centum & viginti milia Talenta*, ait. Acceſſiſſe ad hanc pecuniæ ſummam, captis Paſargadis, *ſex milia Ta-*

*lentum.* Denique poſt Darium tribus prælijs victum, direptam eius, Damaſci, Gazam, *adhuc* XL. *milia Talenta clauſa*, reperta fuiſſe ab Alexandro, Iuſtin. lib. XI. ſcribit. Strabo etiam lib. XV. χωρὶς τῶν ἐν Βαβυλῶνι, καὶ ἐν τῷ στρατοπέδῳ, αὐτὰ τὰ ἐν Σούσοις, καὶ τὰ ἐν Περσίδι, τέτταρας μυριάδας. τινὲς δὲ καὶ πέντε λέγουσι. ἄλλοι δὲ, πάντα πάντοθεν συναχθῆναι παραδεδώκασιν εἰς Ἐκβάτανα, ὀκτὼ καὶ δέκα μυριάδας ταλάντων. τὰ δὲ Δαρείῳ φυγόντι, ἐκ τῆς Μηδίας συνεκκομισθέντα, Τάλαντα ὀκτακισχίλια. quin & Athenæus lib. XII. ex Chare Mitylenæo refert, cubili Regio contiguas, ad caput, fuiſſe ædes, quinque lectis inſtructas: in quibus auri Talenta quinquies mille, perpetuo adſeruabantur: Id *Ceruical Regium* appellabant: Cubilis vero pedibus, alias ædes trium lectorum capaces, vbi argenti talentorum tria millia erant repoſita: quas, *Subſellium*, *Scabellumve* Regis appellabant.

Illa vero infinita auri vis, immenſa Regum Gaza, è tributis conficiebatur & conflabatur. Strabo lib. XV. Perſarum Gazophylacia ab Alexandro direpta, narrans, addit, ἃ τοσούτοις χρόνοις ἐξεπλήρωτο, οἷς ἐδασμολόγησαν Πέρσαι τὴν Ἀσίαν. Idem eodem libro, inter ea quæ Perſis ἔθιμα fuiſſe tradit, ἐν Σούσοις ἑκάστῳ τῶν βασιλέων ἐπὶ τῆς ἄκρας, ἰδίᾳ πεποιῆσθαι οἴκησιν, καὶ θησαυροὺς, καὶ παραθέσεις ὧν ἐπράττοντο φόρων, ὑπομνήματα τῆς οἰκονομίας. Plane Cyro & Cambyſe regnantibus, nulla dum Tributa, Stipendiaque, gentibus, quæ iis parebant, impoſita erant: ſed munera duntaxat Regibus ferebantur. Primus Darius Hyſtaſpis filius, cum totum Perſarum imperium in prouincias Satrapiaſque diuiſiſſet, Tributum ſingulis indixit. Auctor Herodotus lib. III. Sed & Strabo lib. XV. τὸν δὲ διατάξαντα τοὺς φόρους, Δαρεῖον εἶναι. Quod vt rectum eſt, ita, quæ apud eundem auctorem ſequuntur, τὸν μακρόχειρα, καὶ κάλλιστον ἀνθρώπων, πλὴν τοῦ μήκους τῶν βραχιόνων, euertuntur à Plutarcho, & Æmilio Probo: quos ſi duces ſequamur, non iſte Darius, ſed Artaxerxes Xerxis filius, eo habitu corporis cum eſſet, Μακρόχειρος cognomen inuenit, διὰ τὸ τὴν ἑτέραν χεῖρα μακροτέραν ἔχειν, vt Plutarch. in Apophthegmatis ſcribit. id eſt, vt idem initio vitæ Artaxerxis Mnemonis exponit, dextram ſiniſtra longiorem. Vnde & *Longimanus* à Latinis appellatur. Sed hæc obiter dicta

ſint. Ad Darium redeamus. Is prudenter cogitans, neque quietem gentium ſine armis, neque arma ſine ſtipendiis, neque ſtipendia ſine Tributis haberi poſſe, Perſis Tributa impoſuit. Onera enim imperij (ita quippe ex Plinij ore loquor) vt, pro vtilitate publica, Tributa inſtitui, ita ſingulorum iniuriis coegerunt. Horum vtique à Dario indictorum tributorum cauſa, Perſæ cum Cambyſem, Domini, Cyrum, Patris appellatione ornarent; Darium, Inſtitorem, ſeu Propolam vocitarunt, vt Herodot. lib. III. refert. Κάπηλος enim, quo verbo Herod. vtitur, Suidæ eſt, μεταβολεὺς: μεταβολεὺς autem Interpreti Ariſtophanis in Pluto, eſt, ὁ κατὰ τὴν κοτύλην πωλῶν, ὡς περ οἱ νῦν λεγόμενοι Κάπηλοι, quem ab ἐμπόρου, καὶ παλιγκαπήλου & αὐτοπώλου, ſeparat, eorumque verborum differentias exponit. Euſtathio vero μεταβολεῖς, ſunt, ὀβολῶν καὶ ἀλφίτων, καὶ τῶν τοιούτων, οἱ αὐτὰ καταλλάσσοντες. illius vero, vulgi ore triti dicti interpretationem, adfert Suidas in verbo Κόρος.

Quanquam æquum ſe, & moderatum, Darius in Tributi deſcriptione præſtitit. Nam, vt Plutarch. in Apophthegmat. ſcribit, τοὺς φόρους τοῖς ὑπηκόοις τάξας, μετεπέμψατο τοὺς πρώτους τῶν ἐπαρχιῶν, καὶ περὶ τῶν φόρων ἠρώτησε, μὴ βαρεῖς εἰσίν. φησάντων δὲ, μετρίως ἔχειν, ἐκέλευε, τελεῖν τοὺς ἡμίσεις ἕκαστον. Ionibus autem ſubactis, qui aduerſus Darium rebellauerant, Artaphernes Sardium Præſes, per *Paranſangas*, (ita enim Perſæ tricena ſtadia appellabant) conferre iuſſit tributa: quæ, vti ab Artapherne impoſita fuerant, ſuis etiamnum temporibus Ærario à prouincialibus illata, Herodot. lib. VI. refert. Tributarias autẽ functiones in viginti partes, Darius diſtribuit: quarum enumerationem ac diſtributionẽ Herod. lib. III. ponit.

Ad hoc caput pertinent hæc Plinij lib. VI. cap. XXVI. verba: *Apamia, ex qua Orientem petentes excipit oppidum apprime munitum, quondam ſtadiorum* LXV. *amplitudine, & Satraparum Regia appellatum, quo Tributa conferebantur, nunc in arcem redactum.* Herodot. lib. V. Cyprum ait Regi magno penſitaſſe Tributi nomine quingenta talenta. Xenoph. lib. VII. παιδ. καὶ Κίλικες δὲ καὶ Κύπριοι, πάνυ προθύμως αὐτῷ συνεστράτευσαν. ὧν ἕνεκα οὐδ' ἔπεμπε πώποτε Πέρσην Σατράπην οὔτε Κιλίκων οὔτε Κυπρίων, ἀλλ' ἤρκουν αὐτῷ ἀεὶ οἱ ἐπιχώριοι βασιλεύοντες.

δασμὸν μέντοι ἐλάμβανε, καὶ στρατιάς, ὁπότε δέοιτο, ἐπήγγελλεν αὐτοῖς.

Horum tributorum colligendorum gratia, Reges, in ſingulis prouinciis φορολόγους habebant, vt ex cap. III. & IIII. Eſdræ. patet; & φορολογουμένους, vt Diodor. lib. XVI. Negotium etiam Satrapis, aliiſque qui in Magiſtratu poteſtateve erant, datum vt à prouincialibus, ex fide Tributa penſitarentur, ſupra oſtendimus.

In ſumma autem, ſubductis rationibus, in Regium fiſcum, ex annuis tributis, quaterdecies millena, quingena ſexagena Talenta Euboica, Herodoto teſte, quotannis redigebantur. Iuſtinus vero lib. XIII. Alexandro, in annuo vectigali tributo, *Tricena millia Talentum* fuiſſe refert. Perſarum plane agri immunes erant, vt Herodot. lib. III. ait.

Tributa autem arcæ inferri non ſolebant: ſed eorum condendorum ratio ea erat, quam Herodot. lib. III. exponit. Liquefactum enim aurum, argentumque in fictiles fidelias infundebatur: expletæ mox fideliæ, ſubinde frangebantur, ex eoque auro argentove, quoties pecuniæ Rex indigeret, tantum concidebatur, quantum vſus poſtulabat.

Enimuero præter tributa ac ſtipendia, ſingulis regionibus quæ ſub Perſarum Imperio erant, aliquid ad alendum Regem & eius exercitum, indictum fuiſſe, Herodot. lib. I. ſignificat his verbis, βασιλέϊ τῷ μεγάλῳ ἐς τροφὴν αὐτοῦ τε, καὶ τῆς στρατιῆς, διαραίρηνται πάρεξ τοῦ φόρου, γῆ πᾶσα ὅσης ἄρχει. Strabo lib. XV. de Regibus Perſarum, πράττεσθαι δ᾽ ἐκ μὲν τῆς παραλίας, ἀργύριον· ἐκ δὲ τῆς μεσογαίας, ἃ φέρει ἑκάστη χώρα, ὥστε καὶ χρώματα καὶ φάρμακα, καὶ τρίχα ἐρέαν, ἤτοι τοιοῦτο θάτερον, καὶ θρέμματα ὁμοίως. Atque ita ab Armeniis, equos tributarios illatos, Xenophon lib. IIII. Αναβάσ. oſtendit, Ἀνηρώτων, inquiens, τὸν κωμάρχην διὰ τοῦ περσίζοντος ἑρμηνέως, τίς εἴη ἡ χώρα· ὁ δὲ ἔλεγεν, ὅτι Ἀρμενία. καὶ πάλιν ἠρώτων, τίνι ἵπποι τρέφοιντο· ὁ δ᾽ ἔλεγεν, ὅτι βασιλεῖ δασμός. Ex duodecim autem, quibus annus conſtabat, menſibus, Babyloniæ Sattrapea, menſibus quatuor; Aſia vero vniuerſa, reliquis anni partibus, Regem alebat: ſubiicitque Herodotus eo quem ſupra laudaui loco, Tritæchmæ Artabazi filio, quem Rex ei tractui præfecerat, quotquot diebus, ſingulas argenti plenas Artabas præſtitas.

Herodot.lib.vi.de Artapherne Sardium præſide, ταῦτα τε ἠνάγκασε ποιέειν, καὶ τὰς χώρας σφέων μετρήσας κατὰ παρασάγγας, τοὺς οἱ Πέρσαι τὰ τριήκοντα ςάδια. κατὰ δὲ τούτους μετρήσας, φόρους ἔταξε ἑκάστοισι. Plin.lib.xii.cap.iiii. *Vnam è peculiaribus Indiæ Virgilius celebrauit Ebenum, nuſquam alibi naſci profeſſus: Herodotus eam Æthiopiæ intelligi maluit: in Tributi vicem Regibus Perſidis, & materiæ eius centenas phalangas tertio quoque anno penſitaſſe Æthiopas, cũ auro & ebore, prodendo. Non omittendum id quoque, vicenos dentes Elephantorum grandes, quoniam ita ſignificauit, Æthiopas eadem cauſa pendere ſolitos. tanta ebori auctoritas, vrbis noſtræ trecenteſimo decimo anno: tunc enim ai Et rille hiſtoriam eam condidit Thuriis in Italia.* Extat ille Herodoti locus lib, tertio in hæc verba, ἀγινέουσι δὲ, καὶ τὸ μέχρι ἐμεῦ, δύο χοίνικας ἀπύρου χρυσίου, καὶ διηκοσίας φάλαγγας Ἐβένου, καὶ πέντε παῖδας Αἰθίοπας, Ἐλέφαντος ὀδόντας μεγάλους εἴκοσι. Ad hæc erant ei peculiares equi, præter bello deſtinatos: admiſſarii, octingenti, cum equarum, à quibus admittebantur, ſexdecim milibus: nam ſinguli à vicenis admittebantur. Præterea canum Indicorum multitudo alebatur, vt ſupra diximus.

Enimuero Perſarum Reges, vt Xenophon. libr. viii. παιδ. Κύρ. docet, Miniſtros, ſeu officiales quoſdam, habebant qui *Regum Aures*, & *Oculi*, appellabantur. Apuleius lib. de Mundo, aulæ Perſicæ faſtum ex Ariſtotele deſcribens, *Sed inter eos*, ait, *Aures Regiæ, & Imperatoris Oculi, quidam homines vocabantur: per quæ officiorum genera*, Rex *illе ab hominibus* Deus *eſſe credebatur, cum omnia, quæ vbicunque gererentur, ille Otacuſtarum delatione diſcebat*. Ariſtides Oratio. Panegyr. Cyzicena: Ὁ μὲν γὰρ τῶν Περσῶν βασιλεὺς ἐδόκει τι διάφορον κεκτῆσθαι τὸν καλούμενον Βασιλέως ὀφθαλμὸν καὶ Βασιλέως ὦτα. Ariſtophanes in Comœdia quæ Ἀχαρνῆς inſcribitur, Καὶ νῦν, ait, ἄγοντες ἥκομεν Ψευδαρτάβαν τὸν βασιλέως ὀφθαλμόν: ad quem locum Scholiaſtes, οὕτω ἐκάλουν τοὺς Σατράπας, δι᾽ ὧν πάντα ὁ βασιλεὺς ἐπισκοπεῖ· ὡς βασιλέως ὦτα, οἱ ὠτακουσταὶ, δι᾽ ὧν ἀκούει τὰ πραττόμενα ἑκάστῳ πανταχοῦ οἷς ὡς συμμάχοις χρῆται. Citatque Ariſtotelis ex libr. iii. Politic. locum, quo velut rem abſurdam, plurium Oculorum, & Aurium, obſequia ridet. Dio Chryſoſtom. Orat. iii. de Regno, ὁ μὲν Πέρσης ἕνα τινὰ ἔχει, Ὀφθαλμὸν βασιλέος λεγόμενον· καὶ τοῦτον οὐ σπουδαῖον ἄνθρωπον, ἀλλ᾽ ἐκ τῶν ἐπιτυχόντων·

ἀγνοῶν ὅτι τοῦ ἀγαθοῦ βασιλέως οἱ φίλοι πάντες εἰσὶν ὀφθαλμοί. Heſychius, βασιλέως ὀφθαλμός. ἐπέμπετό τις ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἐπίσκοπος, ὃς ἐφεώρα τὰ πράγματα· ὃν τοῦ βασιλέως Ὀφθαλμὸν ἐκάλουν. Suidas, Ὀφθαλμὸς βασιλέως, ἀντὶ τοῦ μέγα δυνάμενος παρὰ βασιλεῖ. οὕτω δὲ ἐκάλουν τοὺς Σατράπας δι᾽ ὧν πάντα ὁ βασιλεὺς ἐπισκοπεῖ· ὡς βασιλέως ὦτα, τοὺς ὠτακουστὰς δι᾽ ὧν ἀκούει τὰ πραττόμενα ἑκάστῳ πανταχοῦ. At Tzetzes hiſtoriæ Chil.x.capite cccl. huius vocis interpretationem largius porrigens, à Perſis ait Ὀφθαλμοὺς βασιλέως vocatos, τοὺς περιβλέπτους ἄνδρας εὐεργέτας. Heliodor. lib. VIII. Περσῶν γὰρ βασιλείας αὐλῆς Ὀφθαλμοὶ καὶ Ἀκοαὶ, τὸ εὐνούχων γένος· οὐ παίδων, οὐ συγγενείας τὸ πιστὸν τῆς εὐνοίας μεταπτώσει, ἀλλὰ μόνου τοῦ πιστεύσαντος ἀναρτώσης. Atque hunc Magiſtratum in Artaxerxis comitatu, geſſit Artaſyris, vt Plutarchus in Artaxerxe ſcribit. Æſchylus quoque in Perſis, Alpiſtum Perſam, Xerxis ὀφθαλμὸν, memorat. Ad quem locum Interpres, οἱ Περσῶν γὰρ βασιλεῖς εἶχον δύο τινὰς οἷς ἐπέτρεπον τὴν τῶν κοινῶν ἐπιτήρησιν· οὓς βασιλέως ἐκάλουν ὀφθαλμούς. Ibidemque ex quorundam ſententia ait, ad Oculi Regij officium pertinuiſſe, ἀριθμεῖν τὰ στρατεύματα. Ad eos vtique qui Aurium Regiarum partibus & munere fungebantur, Apollonium, cum propter veſtitus nouitatem, tum quod venerari Regis ſtatuam recuſaret, perductum, Philoſtrat. li. I. de vita Apollonij narrat. Idem alio loco, Σαβάπης δὲ, ait, τῇ φρουρᾷ ταύτῃ ἐπέτακτο βασιλέως τις (οἶμαι) ὀφθαλμός. Oculorum autem & Aurium Regis Perſarum munus erat, obſeruare & audire quid vbique toto Regno diceretur agereturve, & ad Regem referre. Quo fiebat vt is vbique locorum pro præſenti haberetur. Idque conſequutum eſſe Cyrum beneficiis & honoribus adficiendo ſuos, narrat Xenophon libro VIII. παιδ. Nam dum is ampliſſimis muneribus eos qui opportuna & commoda ei retuliſſent renuntiaſſentque muneraretur, perfecit vt multi ſedulo inſpicerent auſcultarentque ea quæ è re Principis fore exiſtimarent. Hinc factum eſt, vt vulgo iactatum ſit, Perſarum Regem multos habere Oculos, Aureſque multas. Regibus plane hanc aurium & oculorum copiam non deeſſe, quæ non vera modo perferat renuntietq; ſed & inſuper aliquid de ſuo, cumuli ſeu auctarij loco, addat,

Lucian. de mercede conduct. ita ſcribit, ὦτα γὰρ καὶ ὀφθαλμοὶ βασιλέως πολλοί, οὐ μόνον τἀληθῆ ὁρῶντες, ἀλλ' ἀεί τι προσεπιμετροῦντες, ὡς μὴ νυστάζειν δοκοῖεν.

Prætereà cohortem, Reges Perſarum habebāt, quę decem milibus Equitum Perſarum, quos Ἀθανάτους, i. IMMORTALES vocabant, conſtabat, Heſychius, Ἀθάνατοι, τάγμα ἱππέων παρὰ Πέρσαις, μυρίων ἀνδρῶν. Suidas, Ἀθάνατοι, μύριοι Περσῶν ἐπίλεκτοι. Idem in verbo Ξέρξης· εἶχε δὲ ἐπιλέκτους μυρίους οὓς Ἀθανάτους ἐκάλει. Curtius libro tertio; *Proximi ibant, quos Perſæ* I M M O R T A L E S *vocant, ad decem milia. Cultus opulentiæ Barbaræ, non alios magis honeſtabat. Illi, aureos Torques, illi veſtem auro diſtinctam habebant: manicataſque Tunicas, gemmis adornatas.* Confirmat & hunc Immortalium numerum Procopius libro primo de Bello Perſico. Hoc autem nomine, eam ob cauſam appellabantur, quod in demortuorum, eorumve qui morbo ſontico laborantes, cauſariam miſſionem meruiſſent, locum, alij ſufficerentur, integro ſemper manente numero, quemadmodum Herod. libro ſeptimo docet in hunc modum: Ἐκαλέοντο δὲ Ἀθάνατοι οἱ Πέρσαι οὗτοι ἐπὶ τοῦδε· εἴ τις αὐτέων ἐξέλιπε τὸν ἀριθμόν, ἢ θανάτῳ βιασθεὶς, ἢ νούσῳ, ἄλλος ἀνὴρ ἀραίρητο· καὶ ἐγίνοντο οὐδαμὰ οὔτε πλεῦνες μυρίων, οὔτε ἐλάσσονες. κόσμον δὲ πλεῖστον παρείχοντο διὰ πάντων Πέρσαι, καὶ αὐτοὶ ἄριστοι ἦσαν. Vnde Pauſanias in Phocicis, Gallorum TRIMARCISIAM πρὸς μίμησιν τοῦ ἐν Πέρσαις ἀριθμοῦ τῶν μυρίων, οἳ ἐκαλοῦντο Ἀθάνατοι, inſtitutam ſibi videri ait. Hoc tantum intererat, quod in eorum qui in acie ceciderant locum, Perſæ quidem confecto demum prælio, alios ſuccenturiabant: Galli vero, in pugna ipſa, cæſis vel ſauciis Equitibus, integros ſufficiebant: confeſtimque, nulla interpoſita mora, Equitum deficientium numerum ſupplebant.

Fuiſſe autem, ex omni Perſica gente delectorum Equitum turmam iſtam, indicat Herodotus, qui Immortales hoſce, μυρίους Πέρσας ἀπολελεγμένους, lib. VII. vocat: item Diodorus Sicul. cum lib. XI. ait, προσέπεμψε τοὺς τῶν Περσῶν ἐπιλέκτους, ὀνομαζομένους Ἀθανάτους, καὶ δοκοῦντας ταῖς ἀνδραγαθίαις προτερεῖν τῶν συστρατευομένων. Vnde Suidas in Ἀθανάτων interpretatione, eos μυρίους Περσῶν ἐπιλέκτους definit.

Non ex alia vero, quam ex Perſarum gente, in has vexillationes conſcriptos fuiſſe, præter ſupra citatos locos, indicio eſt, quod Herodotus lib. VIII. ait, Mardonium à Xerxe præmiſſum, delegiſſe ſibi Πέρσας πάντας, τοὺς Ἀθανάτους καλεομένους. Polydamantem autem à Dario euocatum, tres ex hac Immortalium cohorte, ſingulari prælio, Suſis occidiſſe, Pauſanias Eliacor. lib. II. narrat.

Ex his vero qui in *Immortalium* numeros relati erant, Doryphori, ſeu haſtati, mille, iique fortiſſimi ac præſtantiſſimi, legebantur, qui, quod aurea mala, haſtis præfixa, ferrent, Μηλοφόροι vocabantur: de quibus Athenæus lib. XII. ex Heraclide Cumano hæc adducit: ἦσαν δὲ οὗτοι (videlicet οἱ Μηλοφόροι) τῶν Δορυφόρων, καὶ τῷ γένει πάντες Πέρσαι, ἐπὶ τῶν σαυρωτήρων μῆλα χρυσᾶ ἔχοντες, χίλιοι τὸν ἀριθμόν, ἀριστίνδην ἐκλεγόμενοι ἐκ τῶν μυρίων Περσῶν τῶν Ἀθανάτων καλουμένων. Quem Athenæi locum Euſtathius in lib. IX. Odyſſ. attigit. Heſychius, Μηλοφόροι, θεραπεία περσικὴ τοῦ βασιλέως. Diodor. lib. XVII. ſectio. I. συνῆσαν δὲ τούτοις, οἵ τε Μηλοφόροι πολλοὶ ταῖς ἀνδραγαθίαις, καὶ κατὰ τὸ πλῆθος. Eorum etiam Arrian. libro III. mentionem facit. Themiſtius Oratio. V. ἢ ὅτι ἐδορυφόρουν αὐτὸν αἰχμοφόροι καὶ Μηλοφόροι χρυσῷ ἐσταλμένοι.

Non temere autem, aut ſorte, conſcriptos fuiſſe eiuſmode Melophoros, verum ἀριστίνδην, Athenæus ait, Hoc quid valeat explicat Moſchopulus, περὶ σχεδῶν, in hunc modum, Ἀριστίνδην ἐκλέγει, ὅταν κατὰ τοὺς ἀρίστους ποιῆται τὴν ἐκλογήν.

Melophoros autem in aula excubaſſe indicat Athenæus lib. XII. De Regalibus enim concubinis, & Regum conſuetudine cum illis, loquens, ait, χρῆται δὲ αὐταῖς, καὶ πολλάκις ὁ βασιλεὺς διὰ τῆς τῶν Μηλοφόρων αὐλῆς. Αὐλὴν vero, idem Athenæus lib. V. olim ſignificaſſe ἀναπεπταμένον τόπον, ſcribit: νῦν δέ, vt ſubiicit, τὰ βασίλεια λέγουσιν Αὐλὰς ἤτοι, διὰ τὸ μεγάλους, ἔχειν τοὺς περὶ τῶν οἴκων ὑπαιθρίους τόπους· ἤ, διὰ τὸ παραυλίζεσθαι καὶ παρακοιμᾶσθαι τοὺς Δορυφόρους τοῖς Βασιλεῦσι. Idem Athenæus libr. XII. ex Clearcho Solenſi tradit, à Medis ad Perſas tráſiiſſe Μηλοφορίαν, μὴ μόνον ὧν ἔπαθον τιμωρίαν, ἀλλὰ καὶ τῆς τῶν δορυφορούντων τρυφῆς, εἰς ὅσον ἦλθον ἀνανδρίας ὑπόμνημα. δύναται γάρ, ὡς ἔοικεν ἡ περὶ χεῖρος ἅμα καὶ μάταιος αὐτῶν περὶ τὸν βίον

τρυφὴ

ζυφὴ καὶ τοὺς ταῖς λόγχαις καθωπλισμένους ἀργίτας ἀποφαίνειν.

Alexandrum quoque poſt Darium victum, horum Melophororũ ſatellitio vſum, Ælian. lib. IX. Var. hiſtor. cap. IIII. ita ſcribit: Καὶ περὶ τὰ μὲν Πέρσαι πεντακόσιοι, οἱ καλούμενοι Μηλοφόροι, περὶ αὐτὴν (ſcilicet Alexandri σκηνὴν) ἐντὸς ἑστήκεσαν, πορφυρᾶς καὶ μηλίνας ἠμφιεσμένοι στολάς. Quod & Athenæus libro duodecimo iiſdem prope verbis ex Philarcho refert: ex quorum locorum collatione, didici, mendoſe in Aldina Athenęi editione ſcriptum, ποικίλμασιν ἐκπεμπόμενοι πολυτελέσιν, cum legendum ſit ἐκπεποιημένοι. Et quod Athenæus, οὐρανίσκους, ab Æliano ὄροφον dici, notandum eſt.

Perſarum porro Reges, latus tam ab externis quam domeſticis hoſtibus, magno ſtipatorum ſatellitumque agmine muniebant, qui Δορυφόροι & Αἰχμοφόροι, paſſim à Græcis auctoribus, ideo quod haſtati eſſent, appellantur: αἰχμὰς enim eos, cum Acinacibus geſtaſſe, apparet ex Herodoto libro III. qua parte Oroetæ cædem narrat. Huiuſmodi autem ſattellitum, quibus corporis cuſtodiam mandabant, cohortes, ex Perſarum potiſſimum gente conſcribebantur. Corporis enim cuſtodes, non alios quam populares ſuos, ſibi adſciſcebant quos & inuiolatam fidem illis præſtitiſſe Q. Curtius li. VI. docet: apud quam Nabarzanes, in ſuis ad Alexandrum litteris queritur agitaſſe Darium *cuſtodiam corporis ſui, contra ius faſque peregrino militi tradere damnata popularium fide, quam per ducentos annos inuiolatam Regibus ſuis præſtitiſſent.* Quanquam Darium, cui Ochus nomen erat, ex Hebræis tres adoleſcentes ſpectatæ fidei, corporis cuſtodes habuiſſe, Ioſephus libro XI. Antiquit. Iud. cap. IIII. & Sulpic. Seuer. lib. II. hiſtor. Sacr. ſcribunt. Hi ſunt qui Eſdræ lib III. τρεῖς νεανίσκοι σωματοφύλακες, οἱ φυλάσσοντες τὸ σῶμα τοῦ βασιλέως, dicuntur. Atque hi ſpiculatores, *Regiam*, vt Æmilius Probus in Datame loquitur, *tu-bantur.*

Pro foribus certe Palatij excubaſſe eos, ex ſecundo & tertio capite Eſther, & Ioſepho libro vndecimo Antiquit. Iud. intelligitur.

Cyrum etiam ſibi, ex Perſis decem milia Speculatorum conſcripſiſſe, qui noctu interdiuque Regiam cuſtodirent, cum ipſe intus otium ageret, Xenophon libr. VII. ita ſcribit:

Λαμβάνει οὖν τούτων (ſcilicet Perſarum) μυρίους δορυφόρους, οἳ κύκλῳ μὲν νυκτὸς καὶ ἡμέρας ἐφύλαττον περὶ τὰ βασίλεια, ὁπότε ἔσω ἐχίσζεν· ὁπότε δὲ ἐξίοι που, ἔνθεν καὶ ἔνθεν τεταγμένοι ἐπορεύοντο Eamque cuſtodiæ diligentiam ſeruatam ad ſua vſque tempora, ſubiicit.

His corporis cuſtodibus, Præfectus dabatur: cuiuſmodi Præfecturam geſſiſſe, Ariochum, Ioſeph. libro x. Antiquit. Iudaic. cap. xi. tradit, cum de Daniele loquens, ait, προσελθὼν Ἀριόχῳ, τῷ τὴν τῶν Σωματοφυλάκων τοῦ βασιλέως ἀρχὴν πεπιστευμένῳ. Eodemque munere Artabanum functum, in Xerxis comitatu, Diodor. Sicul. lib. xvii. docet, qui eum τῶν Δορυφόρων ὑφηγούμενον vocat. Duo etiam Eunuchi, ἀρχισωματοφύλακες Regis, memorantur, cap. iii. Eſther.

Porro honori non modico ducebatur, in huiuſmodi ſpiculatorum & cuſtodum corporis numeros referri. Exiſtimandi copiam præbet Ioſeph. libro xi. Antiquit. Iudaic. capite iiii. qui de Zorobabele, cui vetus cum Rege Dario amicitia interceſſerat, σωματοφυλακεῖν, inquit, αὐτὸν μετ' ἄλλων δύο κριθεὶς ἄξιος, ἀπέλαβεν ἧς ἤλπισε τιμῆς. Alexander quoque, vt Diodor. Sicul. lib. decimoſeptimo loquitur, Τοὺς ἐπιφανεστάτους τῶν ἀνδρῶν δορυφορεῖν ἔταξεν· ἐν οἷς ἦν καὶ ὁ Δαρείου ἀδελφὸς Ὀξάθρης.

Reges ergo magna Satellitum manu ſtipabantur: eorúmque latera, obiecti ac circumfuſi Stipatores, defendebant, qui incurrentibus periculis ſe opponerent. Curtius libro iii. *Ipſum Regem dimicaturum, tria milia delectorũ Equitum, aſſueta corporis cuſtodiæ, ſequebantur.* Horum etiam Σωματοφυλάκων nocturnis excubiis ſomnum Reges muniebant, vt Xenophontis paulo ante adducta verba teſtantur. Vnde apud Ioſephum libro decimo Antiquitat, capite ix. de Rege ſcribitur: φυλάττεται δὲ ὑπὸ γρηγορούντων, καὶ ὡσανεὶ δεδεμένων ὑπὸ τοῦ φόβου. καταλιπεῖν γὰρ οὐδεὶς τολμᾷ κοιμώμενον, οὐδὲ τῶν ἰδίων, ἀναχωρήσας, ποιεῖσθαι φροντίδα· ἀλλ' ἓν ἔργον ἡγούμενος ἀναγκαῖον τὸ φυλάττειν τὸν βασιλέα, οὕτω παραμένει.

Tutiſſima quidem Regum cuſtodia, in eorum qui parent, animis ac beneuolentia poſita eſt: quo ſattellitio ſtipati, ſecuram Principes, omni amoto metu, vitam degunt: animoque tranquillo, libere cibum ac ſomnum capiunt: alio-

quin omnia tuta timent: ipſiſque rerum experimentis cognoſcimus, veriſſimum eſſe quod Imperator Marcus Philoſophus, apud Herodianum lib. I. prædicat, οὐ Δορυφόρων φρουρὰν ἱκανὴν φυλάξαι τὸν Ἄρχοντα, εἰ μὴ προσυπάρχοι ἡ τῶν ὑπηκόων εὔνοια. Hoc, vnico Traiani exemplo confirmaſſe contentus ero: Gratiſſimum enim Senatui populoque Romano fuiſſe, Plinius in Panegyr. ait, quod ille primo ſtatim die, latus ſuum credidit omnibus. *Neque enim*, adjicit, *ſtipatus ſatellitum manu, ſed circumfuſus vndique, nunc Senatus, nunc equeſtris ordinis flore, prout alterutrum frequentiæ genus inualuiſſet, ſilentes quietoſque lictores tuos ſubſequebare.* Et mox, *Quanto nunc tutior, quanto ſecurior, eadem domus, poſtquam eius, non credulitatis, ſed amoris excubiis, non ſolitudine & clauſtris defenditur: & quid ergo? Nos diſcimus experimento, fideliſſimam eſſe cuſtodiam Principis, ipſius innocentiam. Hæc arx inacceſſa, hoc inexpugnabile munimentum, munimento non egere.* Sed tamen, ad ingenitam Perſis erga Reges ſuos venerationem, etiam, ſalutis & maieſtatis cauſa, corporis cuſtodes accedere, placuit. Eoque exemplo aliarũ gentium principes, eiuſmodi cuſtodibus latus tegendum cenſuerunt.

Ex illis autem Δορυφόρεις vnum, ſellæ aureæ pedibus Regis, è curru deſcendentis, ſubiiciendæ cauſa, regium currum ſequi ſolitum, docet Athenæus, lib. XII. ex Dinone narrans, Regem Perſarum nunquam curru deſiliiſſe, ſed ſemper, pedibus ſellæ aureæ impoſitis, deſcendiſſe, ſic vt nunquã ſolum contingeret: addit, αὐτῷ (ſcilicet Regi magno) χρυσοῦς δίφρος ἐτίθετο· καὶ τούτῳ ἐπιβαίνων κατῄει· καὶ ὁ βασιλέως Δορυφόρος εἰς τοῦτο εἵπετο.

Regij autem ſtipatores, æs non merebant, ſed à Rege annonas capiebant, eiſque, ex Regalis menſæ reliquiis, vti ſupra diximus, cibaria præſtabantur. Quemadmodum enim apud Græcos, mercenariis militibus in ſtipendium pecunia numerabatur, ſic Perſarum ſatellites, annonas, à Rege, in ſtipendij rationem accipiebant. Quod Athenæus lib. IIII. docet, in hæc verba: τὰ δὲ πλεῖστα τούτων τῶν ἱερείων, καὶ τῶν σιτίων, οὓς τρέφει βασιλεύς, τῶν τε δορυφόρων καὶ τῶν πελταστῶν, τούτοις ἐκφέρεται εἰς τὴν αὐλὴν ὃ ἰδεῖν ἅπαντα, μερίδας ποιήσαντες τῶν κρεῶν καὶ τῶν ἄρτων ἴσας, διαιροῦνται, ὥσπερ δὲ

οἱ μισθοφόροι ἐν τῇ Ἑλλάδι μισθὸν ἀργύρειον λαμβάνουσιν, ἤτοι τὰ σιτία παρὰ τοῦ βασιλέως εἰς ὑπόλογον λαμβάνουσιν.

Ceterum inter eorum ordines qui Regum lateri proximi erant, quidem Συγγενεῖς, id eſt, vt Curtius libr. III. & IIII. & Iuſtinus libr. x. in extremo, loquuntur, COGNATI, vocabantur. de quibus eiuſdem Curtij ex libro III. verba apponam: *Exiguo interuallo, quos Cognatos Regis appellant, decem & quinque milia hominum. Hæc vero turba, muliebriter propemodum culta, luxu magis, quam decoris armis, conſpicua erat: Doryphori vocabantur.* Diodor. libro XVII. ſectio I. Δαρεῖος τοῦ λαοῦ κέρατος ἡγούμενος, συναγωνιστὰς εἶχε τοὺς Συγγενεῖς. ἱππεῖς ἐπιλέκτους ταῖς ἀρεταῖς καὶ εὐνοίαις χιλίους, παρειλημμένους εἰς ἄλη. iſtos etiam Συγγενεῖς, acie inſtructa, circa, Darium locatos, Arrianus libro III. refert. ſed & Curt. libr. IX. Darium decem legatos Cognatorum principes, ad Alexandrum miſiſſe, refert. & idem Arrian. lib. VII. Et ita Συγγενεῖς quoque accipe apud Diodor. libro XVII. in quo eſt, ἐκ τῶν φίλων καὶ τῶν Συγγενῶν ἐπελέγετο (de Dario ſermo fit) τοὺς εὐθέτους· ὧν τοῖς μὲν τὰς ἁρμοζούσας ἡγεμονίας κατεμέριζε, τοὺς δὲ μεθ' ἑαυτοῦ κινδυνεύειν προσέταττεν. Hos, Diodori Arrianique interpretes, minus perite, *Conſanguineos*, reddunt. Honorariam vero appellationem huiuſmodi fuiſſe, nec vllo ſanguinis iure, aut aliquo naturali cognationis vinculo, competiiſſe, ex eo planum fit, quod, inter cetera victoriæ præmia, tribus ſatellitibus hoc quoque Darium propoſuiſſe, Καὶ Συγγενής μου (vel ἐμὸς) κληθήσεται, Eſdræ libro III. cap. III. & IIII. & apud Ioſephum lib. XI. Antiquit. cap. IIII. legimus. Alexandrum etiam hoc Cognatorum nominis honore Perſas quoſdam adfeciſſe, Arrian. libro VI. narrat his verbis, καλέσας εἴσω, τῶν Περσῶν τοὺς ἐπιλέκτους, τάς τε ἡγεμονίας αὐτοῖς τῶν τάξεων διένειμε· καὶ ὅσους Συγγενεῖς ἀπέφηνε, τούτοις δὲ νόμιμον ἐποίησε φιλεῖν αὐτὸν μόνοις. Quæ res Macedonum animos non leuiter offendit: quorum querelas Callinices perferens, ita cum Alexandro, apud eundem Arrianum expoſtulat: Περσῶν μέν τινας ἤδη πεποίησαι σαυτῷ Συγγενεῖς· καὶ καλοῦνται Πέρσαι συγγενεῖς Ἀλεξάνδρου, καὶ φιλοῦσί σε Μακεδόνων δὲ οὔπω τις γεύεται ταύτης τῆς τιμῆς. Cui ſatisfaciens Alexander, ἀλλ' ὑμᾶς τε ἔφη ξύμπαντας, ἐμαυτῷ τίθεμαι Συγγενεῖς. καὶ τό γε ἀπὸ τούτου.

ὕπω χαλέσω. Quo dicto, Callinices, προσελθὼν, ἐφίλησεν αὐτὸν, καὶ ὅστις ἄλλος φιλῆσαι ἠθέλησε. Vnde colligitur Cognatos iſtos Regis non adorandæ tantum purpuræ ius habuiſſe: verum, & ad oris oſculum admiſſos. Peculiarem etiam à Rege, his Cognatis cænam datam, quæ Συγγενικὸν ἄεισον vocabatur, cui extraneus nullus adhibebatur, ſupra docuimus.

Erant & principes quidam viri ab honoris æqualitate ὁμότιμοι appellati, quorum apud Xenophontem lib. I. & II. παιδ. non ſemel fit mentio. Hi aſſiduo pro foribus regiæ ſtantes, præſto erant ad obſequia, manentes donec à Rege dimitterentur. Chryſantem namque Perſis auctorem fuiſſe cenſendi, ἐν τίμους ἀεὶ παρεῖναι ἐπὶ θύρας, καὶ παρέχειν αὐτοῖς χρῆσθαι ὅτι βούλεται, ἕως ἂν ἀφίῃ Κῦρος. Xenophon lib. VIII. παιδ. ſcribit. Proindę, vt ſubiicit, ἐφοίτων ἐπὶ τὰς θύρας Κύρου, οἱ ἔντιμοι σὺν τοῖς ἵπποις καὶ ταῖς αἰχμαῖς. Idem lib. VII. ἐν Πέρσαις ἐπὶ τοῖς ἀρχείοις τοὺς ὁμοτίμους διάγειν tradit. Regiæ foribus adſtare, conſiſtereque, ex Cyri præcepto, proceres & primates omnes, apud Perſas vſu receptum fuit. Ideoque apud Plutarch. in Themiſtocle τῶν ἐπὶ θύρας appellatione, non corporis modo cuſtodes, vt quidam interpretantur, ſed Purpuratos ac Torquatos quoſlibet accipe. Quod perſpicue idem Plutarchus in Pelopida, docet, ἔπειτα inquiens, τοῖς ἐπὶ θύραις Σατράπαις καὶ στρατηγοῖς καὶ ἡγεμόσιν ὀφθεὶς, θαῦμα καὶ λόγον παρέχειν. Sic cap. XXX. Eſther, *Omnes ſerui Regis, qui erant pro porta Regis*, vt habet vetus verſio. Nam Seruos omnes appellatos eos qui in aulico aliquo officio miniſterioque verſabantur, non dubium eſt: quos ad fores Palatij conſidere & morari conſueuiſſe conſtat.

Perſarum etiam & Parthorum proceres, ac purpuratos, MEGISTANAS interdum appellari obſeruandum eſt. Eſdræ namque lib. III. cap. III. legimus, reſcriptum, πᾶσι τοῖς Μεγιστᾶσι τῆς Μηδείας καὶ τῆς Περσίδος· πάντας τοὺς Μεγιστᾶνας τῆς Περσίδος καὶ Μηδείας, καὶ Σατράπας, καὶ στρατηγοὺς καὶ τοπάρχας. Daniel. quoque lib. III. τότε Ναβουχοδονόσορ ἐξανέστη ἐν σπουδῇ, καὶ εἶπε τοῖς Μεγιστᾶσιν αὐτοῦ. Iudith. cap. II. Nabuchodonoſor, συνεκάλεσε πάντα τοὺς θεράποντας αὐτοῦ, καὶ πάντας τοὺς Μεγιστᾶνας αὐτοῦ. in Euangel. D. Marci cap. VI. Herodes dicitur cœnam exhibuiſſe, τοῖς Μεγιστᾶσιν αὐτοῦ καὶ τοῖς χιλιάρχοις. Io-

ſeph.lib.xx. Antiquit.cap.II.de Artabano in regnum reſtituto, καὶ Ἀρτάβανος οὕτω διʼ Ἰζάτου πάλιν εἰς τὴν ἀρχὴν καθίσταται, πρότερον αὐτῆς ἐκπεσὼν διὰ τοὺς Μεγιστᾶνας. Alexander Aphrodiſ. in Topic. ὁ τιμῆς ὀρεγόμενος παρὰ βασιλέως, ἢ παρὰ Μεγιστάνων. Heſychius, Μεγιστᾶνες, οἱ ἐν ὑπεροχῇ ὄντες. Suidas, Μεγιστᾶνες, οἱ τοῦ βασιλέως περίβλεπτοι ὑπ' ἐξουσίᾳ. Quod nomen Latini quoque auctores vſu ſuum fecerunt. Nam & *Megiſtanas Babylonios*, Q. Curtius lib. v. dixit:& Suetonius, in Caligula, cap. v. Parthorum regem, in luctu, *Megiſtanum conuictu abſtinuiſſe*, refert Tacitus lib. xv. Annal. *Megiſtanas Armenios, qui primi à nobis defecerant, pepulit ſedibus.* Seneca Epiſt. XXI. *Omnes illos Megiſtanas & Satrapas, & Regem ipſum ex quo Idomenei titulus petebatur.*

Fuit & apud Partho-Perſas, celſo dignitatis gradu, Magiſtratus, qui SVRENAS vocabatur: quo in officio poſitos, noui Regis frontem, patrio gentis more, Diademate reuinxiſſe, proximumque à Rege locum obtinuiſſe, iam in tranſitu docuimus. De cuius Magiſtratus auctoritate, poteſtateque, faſtu etiam Regalique magnificentia eius, qui hoc officium, quo tempore Craſſus a Parthis victus cæſuſque eſt, gerebat, integrum Plutarchi locum, quem ſupra ſtrictim attigi, ſubiicere operæpretium cenſui. Verba in Craſſo ſic habent: οὐδὲ γὰρ ἦν τῶν τυχόντων ὁ Σουρήνας, ἀλλὰ πλούτῳ μὲν καὶ γένει καὶ δόξῃ, μετὰ βασιλέα δεύτερος· ἀνδρείᾳ δὲ καὶ δεινότητι τῶν καθ' αὐτὸν ἐν Πάρθοις πρῶτος· ἔτι δὲ μεγέθει καὶ κάλλει σώματος, ὡς οὐδεὶς ἕτερος. ἐξήλαυνε δὲ καθ' ἑαυτὸν ἀεὶ, χιλίαις σκευοφορούμενος καμήλοις, καὶ διακοσίας ἀπήνας ἐπήγετο παλλακίδων. ἱππεῖς δὲ κατάφρακτοι χίλιοι, πλείονες δὲ τῶν κούφων, παρέπεμπον. εἶχε δὲ τοὺς σύμπαντας ἱππεῖς ὁμοῦ πελάτας τε καὶ δούλους, μυρίων οὐκ ἀποδέοντας. κατὰ γένος μὲν οὖν, ἐξ ἀρχῆς ἐκέκτητο, βασιλεῖ γινομένῳ Πάρθων, ἐπιτιθέναι τὸ Διάδημα πρῶτος. Eadem & in Appiani Parthicis curioſus lector inueniet: abſque vlla vel ſyllabæ vnius varietate, niſi quod pro ἀλλὰ, ἄλλως: pro δεινότητι, νεότητι: pro ὡς οὐδεὶς, ἴσος οὐδεὶς, ſcriptum eſt. Strabo lib. XVI. Σινάκα ἐν ᾗ Κράσσος διεφθάρη, δόλῳ ληφθεὶς ὑπὸ Σουρήνα τοῦ τῶν Πάρθων στρατηγοῦ. Tacitus lib. VI. Annalium, *Sed vbi diem ex die prolatabant, multis coram & adprobantibus, Surena, patrio more, Tiridatem Inſigni regio euinxit.* Quod genus loquendi, idem lib. xv.

vſurpans, *Simul*, ait, *Diademate caput Tiridatis euinxit*. Manſiſſe etiam ad ſua vſque tempora, hanc Magiſtratus huius dignitatem, Ammianus Marcellinus non ſemel docet. Sic enim lib. XXIIII. *Surena, poſt Regem, apud Perſas, promeritæ dignitatis.* Rurſuſque lib. XXX. *Aduenit Surena, poteſtatis ſecundæ poſt Regem.* Eodemque lib. Surenæ datum à Sapore Perſarum Rege negotium, refert, vt ea quæ Victor Comes, & Vrſicius ſuſceperant, armis repeteret. Zoſimus lib. III. ὁ γὰρ Σουρήνας (ἀρχῆς δὲ τοῦτο παρὰ Πέρσαις ὄνομα) λόχον ἔν τινι τόπῳ, &c. Et iterum eodem lib. Σουρήνας τε καὶ ἄλλος τῶν ἐν δυνάμει παρ' αὐτοῖς ὄντων, ἐξέπεμψαν. Inuenitur & SVRENÆ nudum nomen, apud Suidam: cui tamen in vocis huius interpretatione, vox faucibus hæſit.

Reges porro Ianitorem & Oſtiarium habebant. πυλουρὸν vocat Herodotus, lib. III. vbi de Syloſonte ait: ἵζετο ἐς τὰ πρόθυρα τῶν βασιλῆος οἰκίων, καὶ ἔφη Δαρείου εὐεργέτης εἶναι. ἀναγγέλλει ταῦτα ἀκούσας ὁ πυλουρὸς τῷ βασιλέϊ. cui imperat Darius, αὐτὸν προσάγετε ἔσω, ἵνα εἰδέω τί θέλων λέγει ταῦτα. παρῆγε ὁ πυλουρὸς τὸν Συλοσῶντα. Quinetiam pro portis Palatij, excubias, corporis cuſtodes agebant. Quæ res, ſeptem Perſis conſilia de Magorum cæde agitantibus, negotium faceſſere videbatur. Dario enim cenſenti, noctu adoriendos adgrediendoſque eſſe, Othanes dubitationem ita mouet, ἐξηγέο αὐτὸς ὅτεῳ τρόπῳ πάριμεν ἐς τὰ βασιλήϊα, καὶ ἐπιχειρήσομεν αὐτοῖσι. φυλακὰς γὰρ δὴ διεστεώσας οἶδας που καὶ αὐτός, εἰ μὴ ἰδών, ἀλλ' ἀκούσας· ἃς τέῳ τρόπῳ παρήσομεν. Cui reſpondet Darius, ὑμεῖς δὲ ἴστε φυλακὰς τὰς κατεστεώσας, ἐούσας οὐδὲν χαλεπὰς παρελθεῖν. τοῦτο μὲν γάρ, ἡμέων ἐόντων τοιῶν, οὐδεὶς ὅστις οὐ παρήσει.

Poſt iſtos qui atria ſeruabant Oſtiarios, quique primo aditu arcebant, eos, quos ſummouendos cenſebant, occurrebant alij foribus Regiæ adſtantes ἀγγελίας εἰσφέροντες, quos Latini auctores *Internuntios* vertunt: per quos adeuntium deſideria, preces, poſtulationeſque ad Regem perferebantur. Ordinem hunc Oſtiariorum, Excubitorum, Admiſſionaliumque, non obſcure patefacit Herodot. lib. III. narrans vti Magi à ſeptem Perſis oppreſſi fuerint: Καταιδεόμενοι γὰρ οἱ φύλακοι ἄνδρας τοὺς Περσέων πρώτους, καὶ οὐδὲν τοιοῦτον ὑποπτεύοντες ἐξ αὐτῶν ἔσεσθαι, παρίεσαν, θείῃ πομπῇ χρεωμένους· οὐδ' ἐπηρώτα

ὁδέας. ἐπεί τε δὲ καὶ παρῆλθον ἐς τὴν αὐλήν, ἐνέκυρσαν τοῖσι τὰς ἀγγελίας ἐσφέρουσι Εὐνούχοισι· οἳ σφέας ἱστόρεον ὅ τι θέλοντες ἥκοιεν. καὶ ἅμα ἱστορέοντες τούτους, τοῖσι Πυλωροῖσι ἀπείλεον, ὅτι σφέας παρῆκαν. Eandemque facti ſeriem breuiter recitans Zonaras, Annalium Tomo I. οἱ δὲ ἑπτὰ ἄνδρες ἐν τῇ ὁδῷ τὰ κατὰ τὸν Πρηξάσπην μαθόντες, ὥρμησαν εὐθὺς ἐπὶ τὰ βασίλεια καὶ εἰσῄεσαν, παρὰ τῶν φυλάκων μὴ κωλυόμενοι. ᾐδοῦντο γὰρ τὴν ὑπεροχὴν τῶν ἀνδρῶν. παρελθόντες δὲ εἰς τὴν αὐλήν, ἐνέτυχον τοῖς Ἀγγελιαφόροις Εὐνούχοις, οἱ σφᾶς ἠρώτων, ὅτου χρῄζοντες ἥκοιεν, ἐκώλυόν τε προσωτέρω εἶναι. Cuiuſmodi Ἀγγελιαφόρου officio apud Cambyſen functum Prexaſpem, Herodot. lib. III. ita ſcribit: λέγεται γὰρ εἰπεῖν αὐτὸν (de Cambyſe verba facit:) πρὸς Πρηξάσπεα τὸν ἐτίμα τε μάλιστα, καί οἱ τὰς ἀγγελίας ἐφόρεε οὗτος.

Per hos Internuntios Reſponſa his à quibus adibantur, Reges dabant. Iuſtinus lib. I. de Ninya Nini & Semiramidis filio: *Raro à viris viſus, in feminarum turba conſenuit: poſteri quoque eius, id exemplum ſequuti, Reſponſa gentibus, per Internuntios dabant.* Moris vtique fuiſſe apud Perſas, ἀνδράσι μὲν ἰδίᾳ, γυναιξὶ δὲ καθ᾽ ἕτερον καιρὸν χρηματίζειν, Heliodor. lib. VIII. hiſtor. Æthiopicæ tradit.

CHILIARCHVM etiam fuiſſe, τὸν τὰς εἰσαγγελίας εἰσκομίζοντα τῷ βασιλεῖ, καὶ τοὺς δεομένους εἰσάγοντα, Ælian. lib. I. Var. Hiſtor. cap. XXI. oſtendit. Plutarchus in Themiſtocle, ἐντυγχάνει πρῶτον Ἀρταβάνῳ τῷ χιλιάρχῳ, λέγων, Ἕλλην μὲν εἶναι, βούλεσθαι δ᾽ ἐντυχεῖν βασιλεῖ περὶ μεγίστων πραγμάτων. Eius quoque Chiliarchi, ſeu Tribuni, partes fuiſſe, exterarum gentium legatos, ad Regem miſſos, aut eos qui cum Rege agere vellent, ad eumque quoquomodo adfectabant viam, admittere: nec vllum ſine hoc admiſſum, Æmil. Prob. in Conone, docet. Illic enim refert, Cononem à Pharnabazo, ad Regem Artaxerxem, Tiſaphernis, qui ab eo defecerat, accuſandi gratia, miſſum, *primum, ex more Perſarum, ad Tithrauſtem Chiliarchum, qui ſecundum imperij gradum tenebat,* acceſſiſſe: ſeque oſtendiſſe cum Rege colloqui velle. Hoc Chiliarchi munere Bagoam Eunuchum, in Artaxerxis aula, functum, Diodorus lib XVII. refert. Sacam etiam Aſtyagis pincernam, Admiſſionalis partes obiiſſe, Xenophon lib. I. παιδ. ſignificat his verbis, ὁ δὲ Σάκας ἄρα καλός τε ἐτύγχανε ὢν καὶ τιμὴν

ἔχων προσστάγμα τοὺς δεομένους Ἀρυάγεως, καὶ ἀποκωλύειν οὓς μὴ χαιρὸς αὐτῷ δοκοίη εἶναι προσστάγμα, Eaque gratia Sacam ἐπὶ εἰσόδου ſtetiſſe, acceſſuque & aditu prohibuiſſe eos qui intromittendi non eſſe videbantur, ibidem ait. Reges autem, Perſici ſermonis ignaros Græcos, per Interpretem audiebant: atque ita, Syloſontis Samij verba, à Dario exaudita, Herodotus, lib. III. refert: Παρῆγε ὁ πυλουρὸς τὸν Συλοσῶντα. στάντα δὲ ἐς μέσον ἠρώτων οἱ Ἑρμηνέες, τίς τε εἴη. Themiſtoclem quoque, vbi primum in Artaxerxis conſpectum colloquiumque venit, per Interpretem locutum, Plutarchus in Themiſtocle ſcribit. Sic etiam cum peregrinis egiſſe Reges, indicat Herodot. lib. III. ſermones à Dario, coram Græcis, habitos cum Indis, narrans, his verbis, παρεόντων τῶν Ἑλλήνων, καὶ δι' Ἑρμηνέος μανθανόντων τὰ λεγόμενα.

Habebant & Reges, Cubicularios, quos Plutarchus in lib. περὶ ἡγεμ. ἀπαιδ. & in Alexandri vita, Κατευνάστας: Diodorus vero Sicul. lib. XV. & idem Plutarch. in Apophtegmat. Κατακοιμιστὰς, vocant.

Ad domeſtica autem Ianitorum, Cubiculariorum, & eorum qui à Reſponſis, & à Poculis erant, miniſteria, Eunuchorum opera vti conſueuerant. Cyrus enim intelligens ſe cuſtodibus corporis egere, & homines nuſquam facilius capi, quam eſculentis & potulentis, balneis ſomno, lecto, exiſtimauit ſibi fidiſſimos ad eam rem eſſe deligendos. Itaque ſpadones ad eiuſmodi officia adſumpſit, & vt Xenophon, lib. VII. παιδ. tradit, ἀρξάμενος ἀπὸ τῶν θυρωρῶν, πάντας τοὺς περὶ τὸ ἑαυτοῦ σῶμα θεραπευτῆρας, ἐποιήσατο Εὐνούχους. Diodor. Sicul. lib. XI. Ἀνακοινωσάμενος δὲ τὴν ἐπιβουλὴν πρὸς Μιθριδάτην τὸν Εὐνοῦχον, ὃς ἦν Κατακοιμιστὴς τοῦ βασιλέως, καὶ τὴν κυριωτάτην ἔχων πίστιν. Plutarchus in Alexandro, τῶν δὲ θαλαμηπόλων τις εὐνοῦχος, οἳ συνεαλώκεισαν ταῖς γυναιξὶν, ἀποδρὰς ἐκ τοῦ στρατοπέδου, καὶ πρὸς Δαρεῖον ἀφιππασάμενος. In Hebræo etiam codice lib. Eſther cap. II. Bagathen & Tharen Eunuchos, Ianitores fuiſſe, & in primo palatij limine reſediſſe, refertur. Spadonum certe fida miniſteria, Philoſtratus libro II. de vita Apollonij, prædicat. Quod genus hominum odio habuiſſe, Imperat. Alexander Seuerus dicitur. *Eunuchos* enim ille, (Vt in eius vita à Lampridio relatum extat) *nec in Conſiliis nec*

*in Miniſteriis habuit: qui ſoli, Principes perdunt: dum eos more gentium, aut Regum Perſarum, volunt viuere: qui à populo, etiam amiciſsimum principem ſemouent, qui Internuntij ſunt, aliud quam reſpondetur ſæpe referentes, claudentes* Principem *ſuum, & agentes ante omnia ne quid ſciat.* Et alio eiuſdem libri loco, *Eunuchos*, ait Lampridius, *de miniſterio ſuo abiecit, & vxori, vt ſeruos, ſeruire iuſsit. Et cum Heliogabalus mancipium Eunuchorum fuiſſet, ad certum numerum eos redegit: nec quicquam in Palatio curare voluit, niſi balneas feminarum: cum pleroſque Eunuchos rationibus & procurationibus præpoſuiſſet Heliogabalus, hic illis & veteres ſuſtulit dignitates. Idem, tertium genus hominum Eunuchos eſſe dicebat, nec videndum, nec in vſu habendum à viris, ſed vix à feminis nobilibus.* Denique ait noluiſſe Alexandrum, *ab aulicis ſuas vendi diſpoſitiones. quod factum fuerat ſub* Heliogabalo, *cum ab Eunuchis omnia venderentur. quod genus hominum*, inquit, *idcirco ſecreta omnia in Aula noſſe cupiunt, vt ſoli ſcire aliquid videantur, & habeant vnde vel gratiam, vel pecuniam requirant.* Dij boni, quantum diuerſus Alexander ab illo cuius principatu, *Omnia ceſſerunt, Eunucho Conſule, monſtra.*

Eunuchi quoque circa Reginas erant, quemadmodum ex Curtio lib. IIII. liquet, his verbis, *atque iter facienti, Spado ex captiuis qui Darij vxorem comitabantur, deficere eam nuntiat.* & infra, *è Spadonibus, qui circa* Reginam *erant, Tyriodes inter trepidationem lugentium elapſus.* Idem probatur, Eſther cap. IIII. his verbis, ἡ δὲ Ἐσθὴρ προσεκαλέσατο Ἀχραθαῖον τὸ̃ Εὐνοῦχον αὐτῆς, ὃς παρειστήκει αὐτῇ. Eoque reſpexiſſe videtur Terentius, Eunucho, Act. 1. Sc. 2. cum ait, *Eunuchum dixit velle te: quia ſolæ vtuntur his Reginæ.* Hos etiam pellicibus & concubinis Regis, cuſtodes adhibitos, ſuprà oſtendimus.

Inſuper, Perſarum Reges, Scribas habebant, quos Γραμματιστὰς βασιλῆος, Herodot. lib. III. vocat. Γραμματεῖς vocantur, Eſdræ lib. 1. cap. IIII. & Eſther cap. VIII. & apud Ioſeph. lib. XI. Antiq. cap. VI. *Scribæ Darij* meminit Q. Curtius. Herodotus lib. VII. de Xerxe, διεξελαύνων ἐφ' ἅρματος παρ' ἔθνος ἓν ἕκαστον ἐπυνθάνετο, καὶ ἀπέγραφον οἱ Γραμματισταὶ ἕως ἐξ ἐσχάτων ἐς ἔσχατα ἀπίκετο. Huiuſmodi Scribas prœliis interfuiſſe vt ea deſcriberent, Ioh. Tzetza, Hiſtor. Chiliade I.

his quos de Xerxe conſcripſit, verſibus docet : Χρυσῷ θρόνῳ καθήμενος, ὥρα τὴν ναυμαχίαν· Καὶ Γραμματεῖς παρέσταντο, μέλλοντες ταύτην γράφειν. Per hos Edicta & Reſcripta conſcribebantur, & ad prouianciarum Præſides dirigebantur, vt apparet ex cap. III. Eſther. καὶ ἐκλήθησαν οἱ Γραμματεῖς τοῦ βασιλέως μηνὶ πρώτῳ τῇ τρισκαιδεκάτῃ, καὶ ἔγραψαν, ὡς ἐπέταξεν Ἀμὰν, τοῖς Στρατηγοῖς, καὶ τοῖς ἄρχουσι κατὰ πᾶσαν χώραν. Rurſuſque cap. VIII. Ἐκλήθησαν δὲ οἱ Γραμματεῖς, &c. καὶ ἐγράφη τοῖς Ἰουδαίοις ἐγράφη δὲ διὰ βασιλέως. Ioſeph. lib. XI. Antiquit. cap. VI. μεταπεμφθέντας οὖν τοὺς βασιλικοὺς Γραμματεῖς, ἐκέλευε γράφειν τοῖς ἔθνεσιν ὑπὲρ τῶν Ἰουδαίων.

Hoc loco libet interponere, etſi ſeiunctum ab inſtituto orationis curſu eſt, vti, quaque verborum formula, Reſcripta, Edicta, Decretaque Regia, & vt Plautus loquitur, *Baſilicæ edictiones*, conciperentur.

Edictorum & Reſcriptorum initiis fere adſcribi ſolebat, Βασιλεὺς οὕτως (ſeu, τάδε) λέγει. Et ita apud Ioſephi lib. XI. Antiquit. Iudaic. cap. I. in Edicto Cyri, Κῦρος ὁ βασιλεὺς λέγει. Eiuſdemque lib. cap. III. in Reſcripto Cambyſis, Βασιλεὺς Καμβύσης τάδε λέγει. Sic cap. V. Eſdræ, Οὕτως εἶπε Κῦρος ὁ βασιλεὺς τῶν Περσῶν. Similiterque Xerxis ad Pauſaniam Epiſtola, quæ à Thucydide lib. I. refertur, principium habet huiuſmodi, Ὧδε λέγει βασιλεὺς Ξέρξης. Herodotus lib. V. Darij ad Hiſtiæum litteras adducit, hoc modo conceptas: Ἱστιαῖε, βασιλεὺς Δαρεῖος τάδε λέγει· Ἐγὼ φροντίζων, &c. Sic etiam Iudith, cap. II. Nabuchodonoſor Holophernem ἀρχιστράτηγον τῆς δυνάμεως, affatur: τάδε λέγει ὁ βασιλεὺς ὁ μέγας, ὁ κύριος πάσης τῆς γῆς· Ἰδοὺ σὺ ἐξελεύσῃ ἐκ προσώπου μου καὶ λήψῃ, &c. Eandemque illis temporibus, verborum formulam, aliis principibus placuiſſe, Herodotus lib. III. docet: de Amaſi loquens in hunc modum, γράψας ἐς βιβλίον τάδε, ἐπέστελλε ἐς Σάμον· Ἄμασις Πολυκράτει ὧδε λέγει. Orœtis quoque ad Polycratem Samium epiſtola, hanc habet inſcriptionem, apud eundem Herodot. eodem lib. Ὀροίτης Πολυκράτει ὧδε λέγει.

Artaxerxes vtique Officialibus ſuis reſcribens, εἰρήνην καὶ πᾶσιν, illis precatur, Eſdræ cap. IIII. Viciſſimque Præſides Dario ſcribentes, eiuſdem Eſdræ cap. V. Epiſtolam ita inſcribũt: Δαρείῳ τῷ βασιλεῖ εἰρήνη πᾶσα. Darij quoque litteræ, quas

ſcripſiſſe eum, πᾶσι τοῖς λαοῖς, φυλαῖς, γλώσσαις, τοῖς οἰκοῦσιν ἐν πάσῃ τῇ γῇ, Danielis cap. VI. refertur, initium habebant huiuſmodi, Εἰρήνη ὑμῖν πληθυνθείη. Ἐκ προσώπου μου, ἐτέθη δόγμα, τοῦ ἐν πάσῃ ἀρχῇ τῆς βασιλείας μου, &c.

Artaxerxis autem Decretum, Eſdræ cap. VII. refertur in hæc verba, Ἐγὼ Ἀρθασασθὰ βασιλεὺς, ἔθηκα γνώμην πάσαις ταῖς γάζαις, ταῖς πέραν τοῦ ποταμοῦ.

Sanctionem vero Cyrus, ſuo de ſacris Hieroſolymitanis præcepto, ſi quis aliter, ſeu aduerſus ea feciſſet, ſubiunxit huiuſmodi, τοὺς δὲ παρακούσαντας τούτων καὶ ἀκυρώσαντας, ἀνασταυρωθῆναι βούλομαι, καὶ τὰς οὐσίας αὐτῶν εἶναι βασιλικάς, quemadmodum Ioſephus, lib. XI. Antiquit. cap. I. refert. Eademque Sanctio obliquis verbis, apud eundem Ioſephum lib. XI. cap. IV. ita citatur, τοὺς δὲ παραβάντας τι τῶν ἐπεσταλμένων, συλληφθέντας ἐκέλευσεν ἀνασταυρωθῆναι, καὶ τὴν οὐσίαν αὐτῶν εἰς τὴν βασιλικὴν καταταγῆναι λῆψιν. Darij quoque Edicto Eſdræ I. cap. VI. Sancto ſubiicitur huiuſmodi: ὅσοι ἂν παραβῶσι τι τῶν προειρημένων καὶ τῶν προσγεγραμμένων, ἢ καὶ ἀκυρώσωσι, ληφθῆναι ξύλον ἐκ τῶν ἰδίων αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ τούτου κρεμασθῆναι.

Reſcripta porro Principum, non vna lingua concipiebantur, ſed ſecundum varia nationum, quibus imperabant, idiomata. Sic Eſther cap. I. ἀπέστειλε ἀνὰ πᾶσαν τὴν βασιλείαν κατὰ χώραν κατὰ τὴν λέξιν αὐτῶν. Et cap. III. de Scribis, Καὶ ἔγραψαν τοῖς ἄρχουσι τῶν ἐθνῶν κατὰ τὴν αὐτῶν λέξιν. item cap. VIII. ἔγραψαν ἑκατὸν εἴκοσι ἑπτὰ Σατράπαις, κατὰ χώραν καὶ χώραν, κατὰ τὴν αὐτῶν λέξιν.

Perſarum vero Regis ad Lacedæmonios litteras, quas Athenienſes interceperunt, Aſſyrio ſermone ſcriptas fuiſſe, Thucydides lib. IIII. refert.

Reſcripta porro Anulo Regio obſignabantur. Docet hoc Eſther, cap. VIII. in quo ita eſt, Ἐγράφη δὲ διὰ τοῦ βασιλέως, καὶ ἐσφραγίσθη τῷ δακτυλίῳ αὐτοῦ. Xenophon lib. I. Ἑλλην. καὶ ἐπιστολὴν τε ἔφερε, τοῖς κάτω πᾶσι τὸ βασιλικὸν ἔχουσαν σφράγισμα. Ioſeph. lib. XI. Antiquit. cap. VI. γράφειν δὲ ἃ βούλεται προσέταξε περὶ τῶν Ἰουδαίων ἐκείνην ἐκ τοῦ βασιλέως ὀνόματος· καὶ σημηναμένην αὐτοῦ τῇ σφραγῖδι, πέμπειν εἰς πᾶσαν τὴν βασιλείαν· τοὺς γὰρ ἀναγινωσκομένους τὰς ὑπὸ τοῦ βασιλικοῦ σημαντῆρος ἠσφαλισμένας ἐπιστολὰς, οὐδὲν περὶ τῶν ἐγγεγραμμένων ἐναντιώσεσθαι. Ita Curtius lib. VI. de Alexandro: *Literas quoque quas in Europam mitteret*

*veteris Anuli gemma obſignabat: iis quas in Aſiam ſcriberet, Darij Anulus imprimebatur.* Eius rei ergo Rex Anulum ſignatorium geſtabat, quem, vbi res poſcebat, digito detractũ, fido alicui ex amicis dabat, obſignandi cauſa. De Artaxerxe namque cap. III. Eſther ſcribitur: Περιελόμενος τὸ δακτύλιον, ἔδωκεν εἰς χεῖρας τῷ Ἀμὰν σφραγίσαι κατὰ τῶν γεγραμμένων κατὰ τῶν Ἰουδαίων. Idem princeps eiuſdem lib. cap. VIII. ita loquitur: Γράψατε καὶ ὑμεῖς ἐκ τοῦ ὀνόματός μου, ὡς δοκεῖ ὑμῖν, καὶ σφραγίσατε τῷ δακτυλίῳ μου. Moxque adiicit, adfirmandam auctoritatem litterarum quibus Regis ſignum impreſſum erat: ὅσα γὰρ γράφεται τοῦ βασιλέως ἐπιτάξαντος, καὶ σφραγισθῇ τῷ δακτυλίῳ μου, οὐκ ἔστιν αὐτοῖς ἀντειπεῖν. Idemque cap. VIII. ἔλαβε δὲ ὁ βασιλεὺς τὸν δακτύλιον ὃν ἀφείλατο Ἀμὰν, καὶ ἔδωκε Μαρδοχαίῳ. Huiuſmodi Anulum, Alexãder iam animam agens, præcluſa voce, exemptum digito, Perdicæ tradidit. vt à Curtio lib. vlt. & Iuſtino libro. XII. memoriæ proditum eſt. Sigilli quoq; & σφρηγῖδος Δαρείου meminit libro III. Herodot. Regius autem Anulus quale haberet ἐπισφράγισμα, ſiue χαρακτῆρα, vnus, quod ſciam, Thucydidis Interpres attigit. Ad eum ſiquidem Thucydidis locum, quo σφραγῖδα Xerxis Pauſaniæ oſtenſam refert, ἡ σφραγὶς, inquit, τοῦ Περσῶν βασιλέως, εἶχε κατὰ μέν τινας τὴν βασιλέως εἰκόνα· κατὰ δέ τινας, τὴν Κύρου τοῦ πρώτου βασιλέως αὐτῶν· κατὰ δέ τινας, τὸν Δαρείου ἵππον, δι᾽ ὃν χρεμετίσαντα ἐβασίλευε.

Reſcripta porro, Edicta & Decreta Regum, in Scriniis & archiis adſeruabantur. Eaque in Gazophylaciis & Bibliothecis repoſita fuiſſe, vnde, vbi res poſcebat, promebantur, ex cap. V. li. I. Eſdrę perſpicue demonſtratur. Edicta vero proſcribi, vnde de plano recte legi poſſent, & in celeberrimis vrbis Regię locis, figi, ſolita, ex Ioſepho lib. XI. Antiquit. cap. VI. & ex cap. III. Eſther, colligitur. In Prouincias vero, per Veredarios, Tabellarios, Curſoreſque, emmittebantur: quos LXX. Interpretes Βιβλιογράφους vocant, Eſther, cap. IIII. & Βιβλιοφόρους eiuſdem lib. cap. VIII. Ariſtoteles vero lib. de Mundo Ἀγγελιαφόρους.

Litteræ vero quas Perſarum Regibus eorum Officiales & miniſtri ſcribebant, his plerumque verbis inchoabantur, Γνωστὸν ἔστω τῷ βασιλεῖ, vt ex c. IIII. & V. Eſdræ apparet, vel, vt eſt apud Ioſephum lib. XI, Antiquit. cap. II. Γνῶναί σε χρή.

Præter Scribas ordinarios, qui Regibus erant ab Epiſtolis, alium fuiſſe qui πάντα τὰ πραττόμενα, ſiue τὰ προσπίπτοντα, in ſcriptis redigeret, apparet ex Ioſepho libr. XI. Antiquit. Iud. cap. II. & III. Ac planè actis mandari, & in commentarios referri, quæcunque ſuis temporibus memoratu digna gererentur, ſtatuerenturque, Reges curabant: quemadmodum Diodor. Sic. lib. II. dè Cteſia agens, indicat. Sic, Eunuchorum aduerſus Regem Artaxerxem conſpirationem, indicio Mardochæi detectam patefactamque, iuſſit Rex, ad memoriam poſteri temporis ſempiternam, litteris mandari, & in Bibliothecam Regiam reponi. Eſther cap. II. Cuiuſmodi libri, ὑπομνήματα vocantur à Ioſepho: & βίβλος ὑπομνηματισμοῦ, cap. IIII. Eſdræ & γράμματα μνημόσυνα τῶν ἡμερῶν, Eſther cap. VI. Eos libros adiri, inſpicique, re ita exigẽte, conſueuiſſe, Ioſephus lib. XI. Antiquit. cap. II. oſtendit. Illic enim prouinciales Magiſtratus Samariæ à Cambyſe petunt, ὅπως ἐπισκέψηται τὰ τῶν πατέρων βιβλία, Quibus ille ita reſpondet, Ἐκέλευσα ἐπισκέψασθαι τὰ τῶν προγόνων μου βιβλία· καὶ εὑρέθη ἡ πόλις ἐχθρὰ βασιλεῦσιν αἰεὶ γεγενημένη. Darium quoque monitum à Satrapis, vt eoſdem commentarios conſuleret, eiuſdem libri cap. IIII. narrat. Ibidemque Zorobabel Satrapas rogat, vt ad Darium ſcribant; ὅπως ἐπισκεψάμενος τὰ τῶν βασιλέων ὑπομνήματα, inueniat à Cyro mandatam fuiſſe Scribæ, templi inſtaurationem. Eodemque loco, de Dario, προσέταξεν ἐν τοῖς βασιλικοῖς ὑπομνήμασι ζητηθῆναι τὰ περὶ τούτων. Sic & ca. IIII. Eſdræ, Scribæ & alij, Artaxerxẽ, rogãt ἵνα ἐπισκέψηται ἐν βίβλῳ ὑπομνηματισμοῦ. Eoſdem rerum geſtarum commentarios, ſibi quandoque legi & recitari Reges iubebant, vt indicat Ioſeph. lib. XI. Antiquit. Iud. cap. VI. de Artaxerxe loquens his verbis τὸν γραμματέα, κομίσαντα καὶ τῶν πρὸ αὐτοῦ βασιλέων τὰ ὑπομνήματα καὶ τὰ ἴδια πράξεων, ἀναγινώσκειν αὐτῷ προσέταξεν.

Huiuſmodi autem Commentarios de rebus quæ in Cyri tempora inciderant, Ecbatanis inuentos, idem Ioſephus lib. CI. Antiquit. cap. IIII. narrat. Nam cum Darius iuſſiſſet Regios huius generis libros, ad rerum geſtarum fidem, conquiri: εὑρέθη, ait ille, ἐν Ἐκβατάνοις, τῇ βάρει τῇ ἐν Μηδίᾳ βιβλίον ἐν ᾧ τάδε ἦν ἀναγεγραμμένα, Ἐν τῷ πρώτῳ τῆς βασιλείας ἔτει, Κῦρος

ὁ βασιλεὺς ἐκέλευσε, & reliqua. Quanquam Eſdræ capite quinto Darius monetur Cyri commentarios requirere, ἐν τῷ οἴκῳ τῆς γάζης Βαβυλῶνος. Secundum quæ, eiuſdem libro capite ſexto Dario ſcribitur, καὶ ἐπεσκέψατο ἐν ταῖς βιβλιοθήκαις, ὅπου γάζα κεῖται ἐν Βαβυλῶνι. In Medorum tamen arce repertos eos Commentarios refert. Ex his, vt locum hunc concludam, efficitur, Perſicos Reges, Scrinia Memoriæ & Epiſtolarum, item Bibliothecas habuiſſe. In illo autem Eſdræ loco, qui Hebraicam linguam callent, Bibliothecam, *domum theſaurorum*, interpretantur, traduntque duplicis generis Bibliothecas extitiſſe. Vnas, in quibus libri qui ad ſapientiam & doctrinam pertinebant, adſeruabantur: Alias vero, in quibus Ratiociniorum publicorum codices, & ad rem nummariam pertinentia volumina, reponebantur.

Iam Archiatros in comitatu ſuo Perſarum Reges habuiſſe, quibus ſe liberoſque ſuos in ægritudine corporum committebant, ex Herodoti lib. III. liquet. Et quidem peregrinorum, non etiam indigenarum, Medicorum opera vſos Reges Perſarum, argumento ſunt, Ægiptii illi Archiatri, quos, vt ibidem Herodot. refert, Darius ob imperitiam, & quia morbo ſuo, non æque atque Democedes Crotoniates, medicinam feciſſent, in crucem agi iuſſit: quibus tamen Democedes capitalis huius inſcitiæ veniam impetrauit.

Medicas vtique artes in Ægypto inclaruiſſe, eoque nomine Alexandriam vel maxime nobilitatam, Ammian. Marcellin. lib. XXII. teſtatur, Etenim eam vrbem, olim liberalibus ſtudiis floruiſſe, ac ne ſuis quidem temporibus, in eadem vrbe, doctrinas varias ſiluiſſe narrans, adiicit, *Medicinæ autem (cuius in hac vita noſtra, nec parca, nec ſobria, deſiderantur vitæ noſtræ adminicula crebra) ita ſtudia augentur in dies, vt licet opus ipſum redoleat, pro omni tamen experimento ſufficiat medico, ad commendandam artis auctoritatem, ſi Alexandriæ ſe dixerit eruditum.*

Porro de Democede, Archiatro, præter Herodotum videndus Suidas, & Io. Tzetzes Hiſtoricor. verſuum Chilia. III. cap. XCVII. In hoc Perſicorum Archiatrorum ordine, & numero, non infirmum locum Cteſias Gnidius tenet, quem Perſicarum rerum bonum auctorem, in primis, indictum tacitus præterire non poſſum. à me ergo is hoc μνημόσυνον

feret, quod ei lubens, merito, do dicoque. Hunc Artaxerxis Mnemonis Archiatrum fuiſſe, prælioque quod inter ipſum & Cyrum fratrem commiſſum eſt, interfuiſſe, atque adeo curaſſe vulnus Regi à fratre inflictum, conſtat ex Xenophonte, libr. I. Ἀναβάσ. & Plutarcho in Artaxerxe. Xenophontis verba quæ & Plutarchus ſtrictim attigit, ſunt, παίει (videlicet Cyrus minor Artaxerxem fratrem) κατὰ τὸ στέρνον καὶ τιτρώσκει διὰ τοῦ θώρακος, ὥς φησι Κτησίας ὁ ἰατρός· καὶ ἰᾶσθαι αὐτὸς τὸ τραῦμα φησί. Et mox, ὁπόσοι μὲν τῶν ἀμφὶ βασιλέα ἀπέθανον, Κτησίας λέγει· παρ' ἐκείνῳ γὰρ ἦν. A quibus Diod. Siculus diſſentiens, in Cyri minoris partibus, Cteſiam fuiſſe, eoque prælio captum, in Artaxerxis poteſtatem veniſſe, & propter artis præſtantiam, à Rege ad curam corporis adſumptum, lib. II. ita ſcribit, Κτησίας δὲ ὁ Κνίδιος, τοῖς καθ' Ἡρόδοτον μὲν χρόνοις ὑπῆρξε κατὰ τὴν Κύρου στρατείαν ἐπὶ Ἀρταξέρξην τὸν ἀδελφόν· γενόμενος δὲ αἰχμάλωτος, καὶ διὰ τὴν ἰατρικὴν ἐπιστήμην ἀναληφθεὶς ὑπὸ τοῦ βασιλέως, ἑπτακαίδεκα ἔτη διετέλεσε τιμώμενος ὑπ' αὐτοῦ. οὗτος οὖν φησιν, ἐκ τῶν βασιλικῶν διφθερῶν, ἐν αἷς οἱ Πέρσαι τὰς παλαιὰς πράξεις, κατά τινα νόμον, εἶχον συντεταγμένας, πολυπραγμονῆσαι τὰ καθ' ἕκαστα, καὶ συνταξάμενον τὴν ἱστορίαν εἰς τοὺς Ἕλληνας ἐξενεγκεῖν. Strabo de Cnido loquens, lib. XIIII. ἐντεῦθεν δὲ καὶ Κτησίας, ὁ ἰατρεύσας μὲν Ἀρταξέρξην, συγγράψας δὲ τὰ Συριακὰ καὶ τὰ Περσικά. Extat & apud Suidam, de Cteſia, elogium huiuſmodi, Κτησίας, Κτησιάρχου ἢ Κτησιόχου, Κνίδιος ἰατρός· ὃς ἰάτρευσεν, ἐν Πέρσαις, Ἀρταξέρξην, τὸν Μνήμονα κληθέντα· καὶ συνέγραψε Περσικὰ ἐν βιβλίοις εἴκοσι· καὶ τρισί Præterea περὶ τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν φόρων, libros ſcripſiſſe eum, Athenæus li. x. docet: quorum tertium, iib. II. laudat. Apud Stobæum quoque, Serm. XCVIII. eiuſdem de Montibus liber. x. citatur. Atque Cteſiam hunc potiſſimum ducem & auctorem in Aſſyriorum hiſtoria conſcribenda, ſeſe ſecutum eſſe, Diodorus Siculus profitetur. Meminit & huius Cnidij Cteſiæ Plin. lib. II. cap. CVI. Vnus in huius Cteſiæ hiſtoria, fidem deſiderat Plutarchus, qui in Artaxerxe famæ eius non parcit his verbis, Κτησίας, ὡς ἔοικε, φιλότιμος ὤν, καὶ οὐχ ἧττον φιλολάκων καὶ φιλοκλέαρχος, ἀεί τινας, ἐν τῇ διηγήσει, χώρας ἑαυτῷ δίδωσιν, ἐν αἷς γενόμενος, πολλὰ καὶ καλὰ μιμνήσκεται Κλεάρχου καὶ τῆς Λακεδαίμονος. Nec vero æquũ ei fuiſſe Plutarchum,

tarchum, hæc initio vitæ Artaxerxis ab eo poſita declarant, ἀλλά τοι Κτησίας, & cetera. Hippocratem vtique, ſummum medicorum, quibus ad ſe præmiis allicere Artaxerxes tentauerit, laudata non ſemel à nobis eius Regis Epiſtola declarat.

In domeſtico etiam Regum miniſterio fuiſſe quoſdam qui horas nuntiarent, indicat Ioſephus, lib. XI. Antiquit. cap. VI. cum de Artaxerxe loquens, ait, τίς εἴη τῆς νυκτὸς ὥρα, παρὰ τῶν ἐπὶ τούτῳ τεταγμένων ἐπυνθάνετο· μαθὼν δὲ, ὡς ὄρθρος ἐστὶν ἤδη. Alios præterea fuiſſe Veſti Regali excipiendæ deſtinatos, diſertis verbis tradit Curtius lib. III. *Proximum inquiens, his* (ſcilicet Cognatis) *agmen, ſoliti Veſtem accipere Regalem.*

In Publicum vero prodeuntes Reges, cum alij anteambulones multi, tum etiam Σκηπτοῦχοι, id eſt, Sceptrigeri, anteibant, quemadmodum Xenophon. lib. VIII. παιδ. docet. Cuiuſmodi aulici muneris idem Xenophon. libr. prim. Ἀναβάσεως mentionem facit, narrans, Cyro minore mortuo, τὸν Εὐνοῦχον ὃς ἦν οἱ Σκηπτοῦχος τὴν τιμὴν, ὄνομα δὲ Ἀρταπάτης, ἑαυτὸν ἐπαποκτεῖναι τῷ νεκρῷ: quem Xenophontis locum Ælianus lib. VI. de Animalibus, cap. XXV. citat. Sediſſe autem in equis, Sceptuchos iſtos magno numero, eoſque cum peltis: præfuiſſe etiam iis aliquem non infimæ ſortis Xenoph. duobus lib. VIII. παιδ. locis docet: in quorum vno eſt, ἐφείποντο δὲ οἱ περὶ αὐτὸν Σκηπτοῦχοι ἐφ' ἵππων κεκοσμημένοι σὺν τοῖς Πελτοῖς, ἀμφὶ τοὺς τριακοσίους. In altero vero, Γαδάτας δὲ τῶν Σκηπτούχων ἦρχεν αὐτῷ. Ραβδοφόρους etiam & Ὁπλοφόρους Aſtyagis, Athenæus lib. XIIII. memorat. Nec vero Stratores à quibus equis imponerentur, Regibus defuiſſe, arguit Xenophon. libr. IIII. Ἀναβάσ. his verbis, ὕπαρχος δ' αὐτῆς ἦν Τηρίβαζος, ὁ καὶ βασιλεῖ φίλος γενόμενος· καὶ ὁπότε παρείη, οὐδεὶς ἄλλος βασιλέα ἐπὶ τὸν ἵππον ἀνέβαλλεν.

Ex miniſtris etiam Regiis vnus hoſpitum recipiendorum curam gerebat, quem τὸν ἐπὶ ξενίων, Plutarch. in Apophthegmat. vocat.

Poſtremo multa officiorum, munerum, miniſteriorumque aulicorum & procurationum genera, principalibus vſibus deſeruientia, inſtituiſſe Cyrum, Xenophon, lib. VIII.

παρὰ Κύρ. refert: veluti Diſpenſatores, Actores, Suſceptores, Arcarios, Procuratores patrimonij & rei priuatæ, qui reditus eius colligerent, & ſumptibus ſuppeditarent, quos προσόδων ἀποδεκτῆρας, & κτημάτων φύλακας, vocat. Item Curatores Operum, quos Ἔργων ἐπιστάτας: nec non Curatores domus Regiæ, qui ea quæ ad victum pertinebant, procurarent, quos τῶν εἰς τὴν δίαιταν ἐπιτηδείων Ἐπιμελητὰς appellat. Alios etiam qui Equorum & Canum curam gererent, quos ἵππων καὶ κυνῶν Ἐπιμελητὰς vocat.

Ceterum Cyrus Curſum publicum inſtituit, quo mutatis ad celeritatem equis, per veredarios, breui temporis momento certior fieret omnium quæ in remotiſſimis & longo locorum interuallo diſiunctis regni partibus gererentur. Manſiones autem, & Stationes equorum vti diſpoſitæ eſſent, Xenophon docet lib. VIII. Pæd. his verbis, Σκεψάμενος γὰρ πόσην ἂν ὁδὸν ἵππος καθανύσοι τῆς ἡμέρας ἐλαυνόμενος, ὥστε διαρκεῖν, ἐποιήσατο ἱππῶνας τοσοῦτον διαλείποντας, καὶ ἵππους ἐν αὐτοῖς κατέστησε, καὶ τοὺς ἐπιμελουμένους τούτων· καὶ ἄνδρα ἐφ' ἑκάστῳ τῶν τόπων ἔταξε τὸν ἐπιτήδειον παραδέχεσθαι τὰ φερόμενα γράμματα, καὶ παραδιδόναι καὶ παραλαμβάνειν τοὺς ἀπειρηκότας ἵππους, καὶ ἄλλους πέμπειν νεαλεῖς. ἔστι δ' ὅτε οὐδὲ τὰς νύκτας φασὶν ἵστασθαι ταύτην τὴν πορείαν, ἀλλὰ τῷ ἡμερινῷ ἀγγέλῳ τὸν νυκτερινὸν διαδέχεσθαι. Herodotus etiam lib. VIII. Xerxem cladis à ſe ad Salaminem acceptæ nuntios in Perſidem miſiſſe narrans, ſubiicit, nihil his nuntiis pernicius tranſcurriſſe in rebus humanis eamque rem hunc in modum à Perſis conſtitutam, ὅσων ἂν ἡμερέων ἡ πᾶσα ὁδὸς, τοσοῦτοι ἵπποι τε καὶ ἄνδρες διεστᾶσι, κατὰ ἡμερησίην ὁδὸν ἑκάστην τεταγμένοι. τοὺς οὔτε νιφετὸς, οὐκ ὄμβρος, οὐ καῦμα οὐ νὺξ ἔργει μὴ οὐ κατανύσαι τὸν προκείμενον ἑωυτῷ δρόμον τὴν ταχίστην. ὁ μὲν δὴ πρῶτος δραμὼν παραδιδοῖ τὰ ἐντεταλμένα τῷ δευτέρῳ ὁ δὲ δεύτερος, τῷ τρίτῳ· τὸ δὲ ἐνθεῦτεν ἤδη κατ' ἄλλον διεξέρχεται παραδιδόμενα κατάπερ Ἕλλησι ἡ λαμπαδηφορίη, τὴν τῷ Ἡφαίστῳ ἐπιτελέουσι. τοῦτο τὸ δράμημα τῶν ἵππων καλέουσι Πέρσαι, Ἀγγαρήϊον. Huiuſmodi ergo Veredarios, ſeu tabellarios, Ἀγγάρους vocabant, Ioſeph. lib. XI. Antiquit. Iud. cap. VI. de Artaxerxe, Διέπεμψε δὲ τοὺς Ἀγγάρους λεγομένους εἰς πᾶν ἔθνος, ἑορτάζειν αὐτοῖς τοὺς γάμους παραγγέλλων. Suidas certe, τοὺς τῶν βασιλέων ἀγγέλους à Perſis Ἀγγάρους appellatos ſcribit. Idem etiam Ἀγγά-

ρους interpretatur, τοὺς ἐκ διαδοχῆς γραμματοφόρους, Perſicâq; vocē eſſe ait. Heſychius quoq; Ἄγγαροι, λέξιν Περσικὴν eſſe ſcribit, ſignificareq; τοὺς ἐκ διαδοχῆς βασιλικοὺς γραμματοφόρους.

Ἀγγάρους autem iſtos etiam, Perſico ſermone, ASTANDAS dictos, Suidas auctor eſt, Ἀστάνδαι, inquiens, οἱ ἐκ διαδοχῆς γραμματοφόροι. οἱ δὲ αὐτοὶ καὶ Ἄγγαροι· τὰ δὲ ὀνόματα, Περσικά. Heſychius, Ἀστάνδης, ἡμεροδρόμος. Euſtath. in Odyſſ. τ, κυρίως δὲ κατ' Αἴλιον Διονύσιον, Ἄγγαροι οἱ ἐκ διαδοχῆς γραμματοφόροι. οἱ δ' αὐτοὶ (φησὶ) καὶ Ἀστάνδαι, Περσικῶς. Nec vile aut ignobile munus hoc fuiſſe videtur. Darium enim quem Alexander regno exuit, hoc munere functum apud Ochum & Arſem Reges, Plutarchus non ſemel teſtatur. Etenim libro primo de Fort. Alexand. inter fortunæ ludos, Δαρεῖος, ait, ἦν σὸν ἔργον, ὃν ἐκ δούλου καὶ Ἀστάνδου βασιλέως, κύριον Περσῶν ἐποίησας. Et lib. II. καὶ στολὴν ἐκδυσάμενος Ἀστάνδου, περιέθετο τὴν βασιλικήν. Idem in Alexandri vita, Dario Alexandri ſpeciem in ſomniis obuerſatam narrans, τὸν δὲ Ἀλέξανδρον, ait, ἔχοντα στολὴν, ἣν αὐτὸς ἐφόρει πρότερον, Ἀστάνδης (ſic enim emendo) ὢν βασιλέως, ὑπηρετεῖν αὐτῷ.

Hic & Aulæ Parthorum Perſicæ officia aliquot adſcribere, non erit alienum. In his numerat Procopius CHANARANGEM: Ex eius enim lib. I. de bello Perſico hæc verba deſcripſi, παρελθὼν δὲ τῶν τις ἐν Πέρσαις λογίμων, ὄνομα μὲν Γουσαναστάδης, χαναράγγης τὸ ἀξίωμα. εἴη δ' ἂν ἐν Πέρσαις στρατηγὸς, τοῦτό γε πρὸς αὐταῖς ταῖς ἐσχατιαῖς τῆς Περσῶν γῆς τὴν ἀρχὴν ἔχων, ἐν χώρᾳ ἣ τοῖς Ἐφθαλίταις ὅμορός ἐστι. Atque hoc Chanarangis munus poſt patris mortem Vuarames geſſit, & vt ille loquitur, τὸ τοῦ χαναράγγου ἀξίωμα εἶχε. Perſicam etiam poteſtatem ANDRASTADARANSALANEM, idem Procopius lib. I. de bello Perſico memorat, τὸν δὲ Σεόσην ΑΝΔΡΑΣΤΑΔΑΡΑΝΣΑΛΑΝΗΝ εὐθὺς ἀνεῖπε. δύναται δὲ τοῦτο, τὸν ἐπὶ ἀρχαῖς τε ὁμοῦ καὶ στρατιώταις ἅπασιν ἐφεστῶτα. ταύτην ὁ Σεόσης τὴν ἀρχὴν πρῶτος καὶ μόνος ἐν Πέρσαις ἔσχεν. οὔτε γὰρ πρότερον, οὔτε ὕστερον, τινὶ γέγονε. Et alias eodem lib. ἐκ Περσῶν δὲ ἀνὴρ δυνατώτατός τε καὶ ἐξουσίᾳ πολλῇ χρώμενος, ὄνομα μὲν Σεόσης, ἀδρασταδαρανσαλάνης τε τὸ ἀξίωμα, καὶ Μεβόδης τὴν μαγίστρου ἔχων ἀρχήν. Ex eodm genere eſt & MYRRHANES. Idem Procopius eod. lib. I. στρατηγὸς δὲ ἅπασιν ἐφειστήκει, Πέρσης ἀνὴρ, Μιρράνης μὲν τὸ ἀξίωμα.

οὕτω γὰρ τὴν ἀρχὴν καλοῦσι Πέρσαι. His addo OVARIZEM, ex eodem Procop. lib. in quo eſt, καὶ Στρατηγὸν ἄνδρα Πέρσην, Οὐαρίζην μὲν τὸ ἀξίωμα.

Ne illud quidem, vt ad inſtitutum huius libri pertinens, ſilentio prætermittendum mihi videtur, vti Babylonem ingrediens Alexander, ab oppidanis exceptus fuerit, quiq; potiſſimum obuiam illi proceſſerint: quod Q. Curtius libro V. narrat his verbis, *Plures obuiam egreſſi ſunt: inter quos, Bagophanes, Arcis, & regiæ pecuniæ Cuſtos, ne ſtudio à Mazæo vinceretur, totum iter floribus coroniſque conſtrauerat, argenteis altaribus vtroque latere diſpoſitis, quæ nõ thure modo, ſed omnibus odoribus cumulauerat: Dona eum ſequebantur, greges Pecorum, Equorumque; Leones quoque & Pardales caueis præferebantur. Magi deinde ſuo more Carmen canentes: Poſt hos Chaldæi, Babyloniorumque non Vates modo, ſed etiã artifices, cum fidibus ſui generis ibant. Hi, laudes Regum canere ſoliti Chaldæi, ſiderium motus, & ſtatas vices temporum, oſtendere. Equites deinde Babylonii, ſuo equorumque cultu, ad luxuriam magis quam ad magnificentiam exacto, vltimi ibant. Rex armatis ſtipatus, oppidanorum turbam, poſt vltimos pedites ire iuſſit. Ipſe cum curru vrbem, ac deinde Regiam, intrauit.*

Ceterum, Perſarum Regibus, non minus quam Auguſto Cæſari, exitum facilem, ſiue εὐθανασίαν, in votis fuiſſe coniectura adſequi licet. Reges venenis vtebantur ita lenibus, vt poſſent ſine dolore perire. Cuius Rei gratia, in ſuos, matriſq; (nec enim alium quenquam in ſocietatem venire patiebantur) vſus, quæſitum reconditumque venenum habebant, ex Dicæri (id auiculæ paruæ apud Indos nomen) excremento, effuſiſque: quod, milii magnitudine, potu dilutum, quiſquis ebibiſſet, modico poſt temporis interuallo, omnis doloris expers, & ſine vllo cruciatu, vitam cum morte commutabat. Vnde miſſum ab Rege Indorum, huiuſmodi ἀποπάτημα, gratiſſimum & acceptiſſimum, ſimulque pretioſiſſimum Regi magno munus fuit. καὶ ἐν τοῖς δώροις (ait Ælianus, lib. IIII. cap. XLI. de Animal.) τοῖς μέγα τιμίοις τῷ Περσῶν βασιλεῖ ὁ Ἰνδῶν πέμπει καὶ τοῦτο. ὁ δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων προτιμήσας λαβὼν, καὶ ἀποθησαυρίζει, κακῶν ἀνιάτων ἀντίπαλόν τε καὶ ἀμυντήριον, εἰ ἀνάγκη καταλάβοι. ἔχουσι οὐδὲ ἔχει τις ἐν Πέρσαις αὐτὸ ἄλλος, ὅτι μὴ βασιλεύς τε αὐτὸς, καὶ μήτηρ ἡ βασιλέως.

Sed & Plinius lib.XXIIII.cap.XVII.inter Herbas mirabiles, *Theombrotion* numerans,*naſci* ait,XXX.*ſchœnis à Choaſpe, pauonis picturis ſimilem, odore eximio. Hanc autem à Regibus Perſarum comedi, aut bibi, contra omnia corporum incommoda, irſtabilitatemque mentis: eandem, Semnion, à potentiæ maieſtate, appellari.* Idemque eodem cap.*Helianthe, cum adipe leonino decocta, addito croco & palmeo vino, perungi Magos & Perſarum Reges, vt fiat corpus aſpectu iucundum: ideo eandem Heliocallidem nominari.* Præterea, *Latacem dari ſolitam à Perſarum Rege, Legatis, vt quocumque veniſſent, omnium rerum copia abundarent*, idem Plin. lib. XXXI. cap. IIII, tradit. Idem ipſe, *Palmarum* omnium clariſſimas fuiſſe ſcribit, quas *Regias* appellauere, *ab honore: quoniam Regibus tantum Perſidis ſeruabantur, Babylone nata, vno in horto.*

Nec de aliena minus quam de ſua ſalute ſollicitus Cyrus, cum animaduertiſſet pleroſque omnes, dum proſpera valetudine fruuntur, magis de ea tuenda conſeruandaque, ac victus ratione ſanis corporibus accommodata, quam de conquirendis parandiſque morborum profligandorum remediis laborare: huic quoque rei ſubueniendum ſibi eſſe ſtatuit. Medicos ergo, quemadmodum Xenophon libro VIII. παιδ. refert, qui ceteris præſtare videbantur, ad ſe vocatos conſuluit; & quæcunque ad ſanandos morbos, medicamenta, ſeu eſculenta potulentave, ſeu inſtrumenta, conducere ab his edoctus cognouit, ea omnia parata in condito habuit, vſui futura his qui in aduerſam valetudinem incidiſſent: & pro cuiuſque morbi genere, ſalutaria ægrotantibus, in tempore, medicamenta ſuppeditabat.

Extremam huius libri partem, Regum funera ſibi vindicant: quæ omni apparatu atque honore celebrabantur. Matrem certe, & coniugem Darij, prouolutas ad pedes Leonnati, oraſſe, vt priuſquam interficerentur, *Darij corpus*, ipſis, *patrio more, ſepelire*, permitteretur: *functas ſupremo in Regem officio, ſe impigre morituras*, Curtius lib.III.narrat. Sed & Alexandrum omnem honorem funeri vxoris Darij, *patrio Perſarum more*, ſeruaſſe, idem Curtius.lib.VI.ſcribit. Ipſi etiam Dario, Alexandri beneficio, ταφὴν βασιλικὴν contigiſſe, Arrianus lib.III.refert. Plutarchus in Alexandro, Darium ait audita

vxoris morte exclamaſſe, indoluiſſeque eam ἄμοιρον κεῖσθαι ταφῆς βασιλικῆς. cui reſpondit Eunuchus cubicularius, οὔτε ἀποθανοῦσα κόσμου τινὸς ἄμοιρος γέγονεν. Diodor. Sicul. lib. XVII. ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις, τῆς τοῦ Δαρείου γυναικὸς ἀποθανούσης, ὁ Ἀλέξανδρος ἔθαψεν αὐτὴν μεγαλοπρεπῶς. Iuſtinus lib. XI. de morte Darij, *quæ vbi Alexandro nuntiata ſunt, viſo corpore defuncti, tam indignam illo faſtigio mortem lacrymis proſecutus eſt, corpuſque Regio more ſepeliri, & reliquias eius maiorum tumulis inferri iuſſit.* Poſt exceſſum vero Regum, pro maximi luctus publici argumento, Ignem ſacrum æternumque extingui ſolitum conſtat. Proinde Alexander, iuſta Hepheſtioni faciens, πᾶσι (vt Diodor. Sicul. lib. XVIII. ſcribit) τοῖς κατὰ τὴν Ἀσίαν οἰκοῦσι προσέταξε, τὸ παρὰ τοῖς Πέρσαις ἱερὸν Πῦρ καλούμενον ἐπιμελῶς σβέσαι, μέχρις ἂν τελέσῃ τὴν ἐκφοράν· τοῦτο δὲ εἰώθασιν οἱ Πέρσαι ποιεῖν, κατὰ τὰς τῶν βασιλέων τελευτάς.

Perſarum vtique Reges ſua habebant Mauſolea, ſeu Regia monumenta, quibus corpora eorum inferri & condi conſueuerant. βασιλικὰς θήκας, Arrian. & Ælian. appellant. Sic enim ille lib. III. de reb. geſt. Alexan. Ἀλέξανδρος δὲ τὸ μὲν σῶμα τοῦ Δαρείου ἐς Πέρσας ἔπεμψε, θάψαι κελεύσας ἐν βασιλικαῖς θήκαις, καθάπερ καὶ οἱ ἄλλοι οἱ πρὸ Δαρείου βασιλεῖς. Hic vero lib. VI. Var. hiſt. cap. VIII. de Artaxerxe, qui & Ochus cognominatus eſt; ἐτάφη δέ τις ἄλλος ἀντ' αὐτοῦ, καὶ ἀπετέθη ταῖς βασιλικαῖς θήκαις.

In Perſepolitana autem arce, Regum Mauſoleum, ſeu Conditorium fuiſſe, Strabo lib. XV. tradit. Diodor. Sicul. lib. XVII. in huius arcis deſcriptione: ὄρος ἐστὶ τὸ καλούμενον βασιλικόν, ἐν ᾧ τῶν βασιλέων ὑπῆρχον τάφοι. At Cyri monumentum Paſargadis fuiſſe, ἐν παραδείσῳ πύργον οὐ μέγαν, τῷ δάσει τῶν δένδρων ἐναποκεκρυμμένον, κάτω μὲν στερεόν, ἄνω δὲ στέγην ἔχοντα καὶ σηκόν, στενὴν τελέως ἔχοντα τὴν εἴσοδον, Strabo lib. XV. auctor eſt. Quibus cõſentanea Arrianus lib. VI. ſcribit, Εἶναι γὰρ, inquiens, ἐν Πασαργάδαις ἐν τῷ παραδείσῳ τῷ βασιλικῷ, τοῦ Κύρου τὸν τάφον, καὶ περὶ αὐτὸν ἄλσος ἐμπεφυτεῦσθαι δένδρων παντοίων· καὶ ὕδατι εἶναι κατάρρυτον, καὶ πόαν βαθεῖαν πεφυκέναι ἐν τῷ λειμῶνι. καὶ αὐτὸν δὲ τὸν τάφον, τὰ κάτω λίθου τετραπέδου, ἐς τετράγωνον σχῆμα, πεποιῆσθαι. ἄνωθεν δὲ, οἴκημα ἐπεῖναι λίθινον ἐστεγασμένον, θυρίδα ἔχον φέρουσαν εἴσω, στενήν, ὡς μόλις ἂν ἑνὶ ἀνδρὶ οὐ μεγάλῳ, πολλὰ κακοπαθοῦντι, παρελθεῖν.

Loculo autem aureo, aut Arcula aurea, Cyri corpus conditum, Arrianus ibidem, ait, his verbis, ἐν δὲ τῷ οἰκήματι πύελον χρυσῆν (ita enim ſcribi ſatius eſt) κεῖσθαι, ἵνα τὸ σῶμα τοῦ Κύρου ἐτέθαπτο. Et paulo poſt, πύελος ἔκειτο, ἡ τὸ σῶμα τοῦ Κύρου ἔχουσα. Cui conſentiens Strabo, in eo Cyri monumento Πύελον χρυσῆν inuentam, ait. Πύελον autem Suidas, θήκην interpretatur, citans hæc verba, τῇ πυέλῳ τῶν ἱερῶν λειψάνων τοῦ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων Πέτρου. Heſychius vero λάρνακα exponit. hæc ideo, ne quis ab interpretibus Strabonis Arrianique, fallatur, quorum ille πύελον, *alueolum*; hic vero, *Vrnam* vertit. at Curtius lib. x. *Solium in quo corpus iacebat*, vocat. Addit Arrianus, in eo Cyri monumento fuiſſe κλίνην παρὰ τῇ πυέλῳ· πόδας δὲ εἶναι τῇ κλίνῃ χρυσοῦς σφυρηλάτους, καὶ τάπητα ἐπιβλημάτων Βαβυλωνίων. καὶ Καυάκας πορφυροῦς, ὑποστρώματα. ἐπεῖναι δὲ καὶ ΚΑΝΔΥΣ, καὶ ἄλλους χιτῶνας, τῆς Βαβυλωνίου ἐργασίας. καὶ ἀναξυρίδες Μηδικαὶ καὶ στολαὶ ὑακινθινοβαφεῖς, λέγει ὅτι ἔκειντο· αἱ δὲ, πορφυραῖ· αἱ δὲ, ἄλλης καὶ ἄλλης χρόας. καὶ Στρεπτοὶ, καὶ Ακινάκαι, καὶ ἐνωτία, χρυσοῦ τε καὶ λίθων, κολλητά· καὶ τράπεζα ἔκειτο. quo loco, quid verbo Καυάκας, Arrianus ſentiat, Res eſt arbitrio non dirimenda meo. Καυάκης quidem, Heſychio eſt ξίφος, quod prima facie aliquid eſſe videtur, propterea quod in Cyri ſepulcro Acinacem inuentum, Curtius ait: ſed hoc aliquid, nihil eſt: hæc enim Interpretatio, ab adiuncto verbo πορφυροῦς, refellitur. Strabo etiam, æque atque Arrianus, in Cyri monumento fuiſſe κλίνην τε χρυσῆν, καὶ τράπεζαν σὺν ἐκπώμασι, καὶ πύελον χρυσῆν, καὶ ἐσθῆτα πολλὴν, κόσμον τε λιθοκόλλητον, ex Ariſtobulo refert. Verum contradicit Curtius, qui ab illis Græcis auctoribus quantum diſcrepet, palam facient ipſa eius verba quæ ſubieci. *Forte* (ait ille lib. x.) *ſepulcrum Cyri Alexander iuſſit aperiri in quo erat conditum eius corpus: cui dare volebat inferias. Auro argentoque repletum eſſe crediderat: quippe ita fama Perſæ vulgauerant. Sed præter clypeum eius putrem, arcus duos Scythicos, & acinacem, nihil repperit. Ceterum, corona aurea impoſita amiculo, cui aſſueuerat ipſe, Solium in quo corpus iacebat, velauit: miratus tanti nominis Regem, tantis præditum opibus, haud pretioſius ſepultum eſſe, quam ſi fuiſſet è plebe.* Attamen cōciliari facile Latinus noſter auctor Græcis poteſt, ipſomet

Græcorum interuentu, qui bis apertum Cyri ſepulcrum fuiſſe, non obſcure ſignificant. Ac primum quidem, Alexandri iuſſu, Ariſtobulus id ingreſſus, ea omnia repperit, quæ eo illata erant: poſtea, ita violatum expilatumque, vt nihil, vel tantiuis pretij, reliquum, auaritia τυμβωρύχων fecerit, iidem aiunt. Ideoque cum id, interiecto aliquo tempore, iterum inſpici Alexander iuſſit, ea dumtaxat, quæ Curtius memorat, inuenta ſunt.

Huius Cyri ſepulcri cuſtodiam, Magis mandatam ac creditam fuiſſe: iiſque cottidie in alimenta Ouem; ſingulis vero menſibus, Equum præſtari conſueuiſſe, Strabo, lib. xv. cum Arriano lib. vi. ſcribit. Plinius lib. vi. Natur. hiſtor. cap. xxvi. *Inde, ad Orientem Magi obtinent Paſargadu Caſtellum, in quo Cyri ſepulcrum eſt.* Solinus in Polyhiſto. *Deinde tractus hic procedit vſque ad Caſtellum quod Magi obtinent, Paſargadis nomine: hic Cyri ſepulcrum.* Ceterum Daniel, gratia apud Darium Regem florens, Turrim, Ecbatanis conſtruxit, quæ Ioſephi etiamnum ætate extabat: & ſpectantibus recentiſſimæ ſtructuræ videbatur, ac ſi ea ipſa die qua ſpectabatur, abſolutum opus eſſet: tantam nouitatis ſpeciem, & tam integram pulchritudinem habebat, nulla vetuſtatis iniuria læſam. In ea Turri, Medorum, Perſarum, atque Parthorum Reges humari ſolitos, idē Ioſephus, lib. x. Antiquit. Iud. cap. xiiii. tradit: idque ad ſua vſque tempora obſeruatum: & Turris eius cuſtodiam ſacerdoti Iudaicæ gentis creditam, eiuſque fidei mandatam, ait.

Tumulis autem Regum, Titulos ſuperaddi, carminaque incidi conſueuiſſe, teſtantur Epigrammata, quæ Cyri & Darij vtriuſque monumentis inciſa fuiſſe, accepimus. Cyri quidem ſepulcro Ariſtobulus, referente Strabone lib. xv. litteris prodiderat, inſcriptum fuiſſe. Ὦ ἄνθρωπε, ἐγὼ Κῦρός εἰμι, ὁ τὴν ἀρχὴν τοῖς Πέρσαις κτησάμενος, καὶ τῆς Ἀσίας βασιλεύς. μὴ οὖν φθονήσῃς μοι τοῦ μνήματος. Oneſicritus vero ſcriptum reliquerat, Turrim x. Tabulatis excelſam fuiſſe, & in ſuperiore Tabulato, Cyrum conditum, cum Græco Epigrammate, Perſicis litteris inſculpto, in hæc verba, Ἐνθά δ' ἐγὼ κεῖμαι Κῦρος βασιλεὺς βασιλήων: in eandemque ſententiam, aliud Perſico ſermone Epigramma: Ariſtum vero Salaminium, longe tempore

pore poſteriorem, ſcripſiſſe. Idem Strabo ait, Turrim illam duo Tabulata habuiſſe, ingentémque fuiſſe: ac tranſlato à Medis ad Perſas imperio extructam (hoc enim illic vallent Græca hæc verba, ἐν τῇ Περσῶν διαδοχῇ ἱδρύσθαι) & bilingue Epigramma, Perſicum nimirum & Græcum, eiuſdem vtrúque ſententiæ, adſcriptum. Quæ legentem me admiratio ſubit, cur in Cyri elogiis, PATRIS PATRIÆ cognomen, illi cunctis totius populi ſuffragiis, vt Herodot. lib. III. & Xenoph. lib. VII. παιδ. teſtantur, delatum, quod longe & multum reliquis in eum congeſtis ornamentis, antecellit, ab iſtis buſtuariis vatibus, ſit prætermiſſum.

Ex hoc more, Strabo lib. XV. Oneſicriti auctoritati, Darij monumento inſcriptum fuiſſe, Φίλος ἦν τοῖς φίλοις· Ἱππεὺς καὶ Τοξότης ἄριστος ἐγενόμην· Κυνηγῶν ἐκράτουν. πάντα ποιεῖν ἠδυνάμην. Darij vtique Hyſtaſpis filij, monumento, Titulum fixum huiuſmodi, Ἠδυνάμην καὶ οἶνον πίνειν πολὺν, καὶ τοῦτον φέρειν καλῶς, Athenæus lib. X. & Euſtathius in Σ. Ὀδυσ. referunt.

Antiquum autem & vetus eſſe, ſepulcris Regum, Titulos inſcribi, Nini Epitaphium demonſtrat: quod ex Phœnice Colophonio, Athenæus, libro XII. exſcribſit in hæc verba,

Ἐγὼ Νῖνος πάλαι ποτ' ἐγενόμην πνεῦμα.
Νῦν δ' οὐκ ἔτ' οὐδὲν, ἀλλὰ γῆ πεποίημαι.
Ἔχω δ' ὁκόσ' ἔδαισα, χὠκόσ' ἤεισα,
Χὠκόσ' ἐράσθην. & reliqua.

Hunc quoque morem, Sardanapali ſepulchro inſcriptum Epitaphium confirmat: de quo Diodor. Sicul. libr. II. talia ſcribit: Ἐπὶ τοσοῦτο δὲ προήχθη τρυφῆς καὶ τῆς αἰσχίστης ἡδονῆς, καὶ ἀκρασίας, ὥστε Ἐπικήδειον εἰς αὐτὸν ποιῆσαι, καὶ παραγγεῖλαι τοῖς διαδόχοις τῆς ἀρχῆς, μετὰ τὴν ἑαυτοῦ τελευτὴν ἐπὶ τὸν τάφον ἐπιγράψαι, τὸ συγγραφὲν μὲν ὑπ' ἐκείνου βαρβαρικῶς, μεθερμηνευθὲν δ' ὕστερον ὑπό τινος Ἕλληνος,

Ταῦτ' ἔχω ὅσσ' ἔφαγον καὶ ἐφύβρισα, καὶ μετ' ἔρωτος,
Τέρπν' ἔπαθον· τὰ δὲ πολλὰ καὶ ὄλβια κεῖνα, λέλειπται.

Quem Diodori locum, ſed pleniorem, Ioan. Tzetzes hiſtor. Chil. III. cap. XCV. citat in hunc modum:

Γράφει (videl. Diod.) καὶ τὸ ἐπίγραμμα τὸ τοῦ Σαρδαναπάλου,
Ὃ γεγραμμένον τέτυχε γράμμασιν Ἀσσυρίοις,
Κἂν ἐξελληνιζόμενον ταῦτα δηλοῖ τὰ ἔπη·
Εὖ εἰδὼς ὅτι θνητὸς ἔφυς, σὸν θυμὸν ἄεξε,
Τερπόμενος θαλίῃσι· θανόντι τοι οὔτις ὄνησις.
Καὶ γὰρ ἐγὼ σποδός εἰμι, Νίνου μεγάλης βασιλεύσας.
Ταῦτ' ἔχω ὅσσ' ἔφαγον, & reliqua.

At Strabo, etiam ſtatuam Sardanapali monumento cum inſcriptione ſuperpoſitam tradit. De Anchiala enim, (quam Sardanapali κτίσμα, ex Ariſtobulo eſſe tradit) loquens, ἐνταῦθα δ' εἶναι, ait, μνῆμα τοῦ Σαρδαναπάλου, καὶ τύπον λίθινον, συμβάλλοντα τοὺς τῆς δεξιᾶς χειρὸς δακτύλους, ὡς ἂν ἀποκροτοῦντα. ἔνιοι δὲ καὶ ἐπιγραφὴν εἶναι Ἀσσυρίοις γράμμασι τοιάνδε. Σαρδανάπαλος ὁ Ανακυνδαράξου παῖς, Ἀγχιάλην καὶ Ταρσὸν ἔδειμεν (ſic enim emenda, id eſt, exſtruxit, condidit) ἡμέρῃ μιῇ. σὺ δ' ὦ ξένε ἔσθιε, πῖνε, παίζε. adiicit deinde verſus hoſce:

Εὖ εἰδὼς ὅτι θνητὸς ἔφυς, τὸν θυμὸν ἄεξε,
Τερπόμενος θαλίῃσι θανόντι τοι οὔτις ὄνησις.
Καὶ γὰρ ἐγὼ σποδός εἰμι. Νίνου μεγάλης βασιλεύσας.
Ταῦτ' ἔχω ὅσσ' ἔφαγον καὶ ἐφύβρισα καὶ μετ' ἔρωτος
Τέρπν' ἔπαθον· τὰ δὲ πολλὰ καὶ ὄλβια κεῖνα, λέλειπται.
Ἡ δὲ σοφὴ βιότοιο παραίνεσις ἀνθρώποισιν.

Ὡς τἄλλα τὰ ἀνθρώπινα οὐκ ὄντα τούτου ἄξια τοῦ ἀποκροτήματος μέμνηται δὲ καὶ Χοιρίλος τούτων. Quæ vero apud eum auctorem ſequuntur, ea abundant, nec ταυτολογίας vitio vacant. Eoſdem etiam verſus Sardanapali ſepulcro inſcriptos fuiſſe, ex Chryſippo Athenæus lib. VIII. refert: nec alia vlla inter Strabonis & Athenæi codices hac in re differentia intercedit, niſi quod apud Athenæum, non Ταῦτ' ἔχω, ſed Κεῖν' ἔχω: nec μετ' ἔρωτος, ſed, σὺν ἔρωτι: nec κεῖνα λέλειπται, verum πάντα λέλυνται, ſcribitur. Poſtremis vero verſibus hæc ſunt à Chryſippo addita.

Ἡ δὲ σοφὴ βιότοιο παραίνεσις. οὐ δή ποτ' αὐτῆς
Λήσομαι, ἐκτήσθω δ' ὁ θέλων τὸν ἀπείρονα χρυσόν. Sunt qui in illis verſibus legendum cenſeant, non τέρπν' ἔπαθον, ſed τέρπν' ἐδάην, prout lib. II. Ἀνθολογίας legitur: quod & adgnoſcere videtur Cicero, qui vertit, *quæque exſaturata libido*

*Hauſit.* Varie etiam ab Antiquis huius Sardanapali monumenti inſcriptionem referri, Suidas in verbo Ὀχεύω memorat, in hunc modum: ἔσθιε, πῖν', ὄχευε· ὡς τἄλλα οὐδενὸς ἐστὶν ἄξια. ἐν ἄλλοις, ὡς τἄλλα οὐ τούτου ἐστὶν ἄξια, τοῦ τῶν δακτύλων ἀποκροτήματος. τὸ γὰρ ἐφεστὼς τῷ μνήματι ἄγαλμα, ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς ἔχον τὰς χεῖρας πεποίητο, ὥσπερ ἂν ἀποληκοῦν τοῖς δακτύλοις, ἀνεζωσμένον Λυδιστὶ, μαρμάρεον τὴν ὕλην. Straboni conſentiens Suidas, de Sardanapalo, ex Calliſthene ſcribit hæc, Ἐν Νίνῳ δὲ ἐπὶ τοῦ μνήματος αὐτοῦ, τοῦτ' ἐπιγέγραπται· Σαρδανάπαλος ὁ Ανακυνδαράξου παῖς, Ἀγχίαλον καὶ Ταρσὸν, ἐν ἡμέρῃ μιῇ ἐδείματο. σὺ δὲ, ὦ ξένε, ἔσθιε καὶ πῖνε, καὶ παῖζε· ὡς τἄλλα τὰ ἀνθρώπινα (ita repono) οὐκ ὄντα τούτου ἄξια· τουτέστι, τοῦ τῶν δακτύλων ἀποκροτήματος. τὸ γὰρ ἐφεστὼς τῷ μνήματι ἄγαλμα, ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς ἔχον τὰς χεῖρας, πεποίηται, ὡς ἂν ἀποληκοῦν τοῖς δακτύλοις. ταυτὸ καὶ ἐν Ἀγχιάλῳ τῇ πρὸς Ταρσῷ ἐπιγέγραπται, ἥτις νῦν καλεῖται Ζεφύριον. quo loci, τὸ Ἀποληκοῦν, eſt, vt Strabo loquitur, ἀποκροτοῦν. Nam & Heſychius, Ἀπελέκησεν, τοῖς δακτύλοις ἐψόφησεν. interpretatur. Idem Suidas de Sardanapalo: οὗτος ἐσφάγη ὑπὸ Περσῶν. οἱ δὲ κόλακες καὶ μιμηταὶ τῆς ἐκείνου φιλοσαρκίας καὶ γαστριμαργίας καὶ οἰστρηλασίας, ἐπέγραψαν, ὡς ἐξ αὐτοῦ δῆθεν, ἐν τῷ τάφῳ αὐτοῦ, τὸ, Τόσσ' ἔχω, καὶ τὰ ἑξῆς. Arrianus lib. II. de Anchialo, καὶ τὸ μνῆμα τοῦ Σαρδαναπάλου, ἐγγὺς ἦν τῶν τειχῶν τῆς Ἀγχιάλου· καὶ αὐτὸς ἐφεστήκει ἐπ' αὐτῷ Σαρδανάπαλος συμβεβληκὼς τὰς χεῖρας ἀλλήλοις ὡς μάλιστα ἐς κρότον συμβάλλονται· καὶ ἐπίγραμμα ἐπεγέγραπτο αὐτῷ Ἀσσύρια γράμματα. οἱ μὲν Ἀσσύριοι, καὶ μέτρον ἔφασκον ἐπεῖναι τῷ ἐπιγράμματι· ὁ δὲ νοῦς ἦν αὐτῷ ὃν ἔφραζε τὰ ἔπη, ὅτι Σαρδανάπαλος ὁ Ανακυνδαράξου παῖς Ἀγχίαλον καὶ Ταρσὸν ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ ἐδείματο. σὺ δὲ ὦ ξένε, ἔσθιε καὶ πῖνε, καὶ παῖζε· ὡς τἄλλα τὰ ἀνθρώπινα, οὐκ ὄντα τούτου ἄξια· τὸν ψόφον αἰνισσόμενος ὅνπερ αἱ χεῖρες ἐπὶ τῷ κρότῳ ποιοῦσι. καὶ τὸ παῖζε ῥᾳδιουργότερον ἐγγεγράφθαι, ἔφασαν τῷ Ἀσσυρίῳ ὀνόματι. Quod autem ait Strabo etiam Chœrilum horum mentionem facere, ſuffragatorem habet Athenæum, qui lib. x. Sardanapali ſepulchro, ἐν στήλῃ λιθίνῃ, Χαλδαϊκοῖς γράμμασι inciſum fuiſſe Titulum ſcribit, quem Chœrilus in Græcum transferens, numeris adſtrinxit, in hunc modum, ἐγὼ δὲ ἐβασίλευσα, καὶ ἄχρι ἑώρων τοῦ ἡλίου φῶς, ἔπιον, ἔφαγον, ἠφροδισίασα· εἰδὼς τόν τε χρόνον ὄντα βραχὺν

ὧν ζῶσιν οἱ ἄνθρωποι, καὶ τοῦτον πολλὰς ἔχοντα μεταβολὰς καὶ κακοπαθείας· καὶ ὧν ἂν καταλίπω ἀγαθῶν, ἄλλοι ἕξουσι τὰς ἀπολαύσεις. διὸ κἀγὼ ἡμέραν οὐδεμίαν παρέλιπον τοῦτο ποιῶν. Quorum numerorum legitimum ſonum neque digitis neque aure callere me non infitior. Verſus certe longiuſculos huius Chœrili ἐποποιοῦ, citat idem Athenæus lib. XI. Sed & hi verſus, à Clemente Alexandrino, lib. II. στρωματέων referuntur, iiſdem cum Strabone verbis: male tamen Τέρπ' ἔπαθον, pro Τέρπν' ἔπαθον, ibi legitur. Vnum etiam huius Epitaphij verſum citat Plutarchus lib. I. de Fort. Alexand. his verbis, τοῖς δὲ Σαρδαναπάλου μνημείοις ἐπιγέγραπται, Ταῦτ' ἔχω ὅσσ' ἔφαγον καὶ ἐφύβρισα. Integros vero omnes verſus, Interpres Ariſtophanis, εἰς Ὄρνιθας, ex Apollodoro & Hellanico recenſet: apud quem, aliter atque apud Strabonem, ſcribitur, Εὖ εἰδὼς ὅτι θνητὸς ἔφυς, ὃν θυμὸν ἄεξε. item, pro βασιλεύσας, βασιλεύων: pro μετ' ἔρωτος, μετ' ἐρώτων. Reliqui verſus, qui in Strabone deſunt, apud eum Interpretem, ex Athenæo ſupplendi emendandique ſunt. Præterea prioris inſcriptionis, poſtrema verba ſic habent, πῖνε, παῖζε, ὄχευε· ὡς τἄλλα οὐδενός ἐστιν ἄξια. Illos autem verſus, Ταῦτ' ἔχω, &c. ſale ſuo condiens Cicero, lib. V. Tuſculanar. Quæſtion. Latij iure ita donauit: *Quomodo igitur iucunda vita poteſt eſſe, à qua abſit prudentia, abſit moderatio? ex quo Sardanapali opulentiſſimi Syriæ* Regis *error adgnoſcitur, qui incidi iuſſit in buſto:*

*Hæc habeo quæ edi, quæque exſaturata libido*
*Hauſit: at illa iacent multa & præclara relicta.*

*Quid aliud, inquit Ariſtoteles, in bouis, non in* Regis *ſepulcro inſcriberes? Hæc habere ſe mortuum dicit, quæ ne viuus quidem diutius habebat quam fruebatur.* Qui Ariſtotelis locus, in his libris qui ſalui ad nos enatarunt, nuſquam comparet. Demerſus eſt ergo naufragio eorum voluminum, quæ ſcripſiſſe eum quamplurima, Diogenes Laert. in eius vita, auctor eſt: quæque temporum iniuria amiſſa, triſte nobis & acerbum ſui deſiderium reliquerunt.

Atque hic Perſarum Reges, ad alia properans, valere iubeo.

# DE REGIO PERSARVM PRINCIPATV LIB. II.

QVÆ ad Perſicorum Regum maieſtatem, faſtum, magnificentiam, ſummumque in ſtolata ſua mancipia Imperium, pertinebant, abunde libro ſuperiore expoſuiſſe mihi videor. Sequitur, vt de populi Perſici vita, religione, legibus, moribus, inſtitutis, dicam. Ordiar autem primum à ſacris, & vnde illi rerum agendarum, inde ego dicendi initium faciam.

Perſæ, cum æternum mundi opificem Deum Opt. Max. ignorarent, pro arbitrio ſibi numina, reliquorum gentilium exemplo finxerunt. Erroris quippe caligine obductus eorũ animus, è tenebris emergere, & altius arcana penetrare, veræque religionis penetralia rimari non poterat. IOVEM quidem coluiſſe eos, argumento eſt, quod in pompa, currum Ioui ſacrum traducebant, quemadmodum Herodot. lib. quarto Xenoph. lib. VIII. παιδ. & Curtius lib. III. memoriæ prodiderunt. Idem Xenophon, Cyrum ſæpe IOVEM precantem, inducit, vt ecce lib. VII. παιδ. μετὰ δὲ ταῦτα αἰτησάμενος Δία πατρῷον, ἡγεμόνα εἶναι καὶ σύμμαχον, ἀνέβαινεν ἐπὶ τὸν ἵππον. Quem etiam Darius apud Plutarch. lib. II. de Fortu. Alexand. ita inuocat, Ζεῦ πατρῷε Περσῶν. Strabo lib. XV. de Perſis, τὸν οὐρανὸν ἡγούμενοι Δία.

Præ ceteris vero, quibus cultum impendebant, numinibus, SOLEM venerabantur. Pleni ſunt teſtimoniorum libri: Hoc enim Herodot. libr. I. Strabo lib. XV. Iuſtin. lib. I. Macrobius lib. I. cap. VI. & alij complures ſcriptum reliquerunt: Proinde, SOLI ſacer currus, Regem in publico procedetem, anteire ſolebat, vt Xenophon lib. VIII. παιδ. refert. Darius etiam poſtquam Alexandri erga matrem, vxorem, & filias continentiam intellexit, dicitur manus ad SOLEM tendens tollenſque, clara voce, ſic vt exaudiri poſſet, precatus, vt aut ſe, aut Alexandrum regnare vellent, quemadmodum Athenæus lib. VIII. narrat.

Perſas vtique, ætate ſua, Solem in linteo depictum adoraſſe, Tertullianus Apologet. declarat his verbis, *Ad Perſas ſi*

*forte deputabimur: licet Solem non in linteo depictum adoremus, habẽtes ipſum vtique in ſuo clypeo: denique inde ſuſpicio, quod innotuerit nos ad Orientis regionem precari.*

Huic Deo, ceu gratiam & decoram hoſtiam, Equum Perſæ immolabant. Iuſtinus lib. I. *Nam & Perſæ Solem vnum Deũ credunt: eique Equos ſacratos eſſe ferunt.* Xenophon li. VIII. παιδ. ἵπποι ἄγονται, θῦμα τῷ Ἡλίῳ. Et ita, Perſarum Regem, cum rem diuinam faceret, Equum album Soli mactaſſe, Philoſtrat. lib. I. de vita Apollonij ſcribit his verbis, λευκὸν δὲ ἄρα ἵππον τῶν σφόδρα Νισαίων, καταθύειν ἔμελλε τῷ Ἡλίῳ, φαλάροις κοσμήσας, ὥσπερ εἰς πομπήν. in eoque venuſte ludens Himerius Rhetor, ἐν προπεμπτηρίῳ λόγῳ, ait, τῆς ἐμῆς πάλων, ἔξαρχος πῶλος ἱερὸς καὶ ἀγέρωχος, οἵους ἡλίῳ θεῷ Νισαῖοι πώλους πωλεύουσιν. τοῦτον ἐγὼ τὸν πῶλον ψαλίοις κοσμήσας Μουσῶν, καὶ ταῖς Χαρίτων μίτραις ὅλον ποιήσας ἀνάδετον, ὥσπερ θεῷ τινι τῆς ἐμῆς ἀγέλης ἀπαρχὰς φέρων, ἀνέθηκα. Huius rei rationem non illepidam reddit Ouid: lib. I. Faſtor. his verſibus.

*Placeat Equo Perſis radiis Hyperiona cinctum:*

*Ne detur celeri victima tarda Deo.* Eandemque cauſam adfert Herodotus, lib. II. in extremo, cur Maſſagetę Soli, quẽ ſummopere venerabantur, Equos mactarent: θεῶν δὲ μοῦνον ἥλιον σέβονται, τῷ θύουσιν ἵππους. νόμος δὲ οὗτος τῆς θυσίης, τῶν θεῶν τῷ ταχίστῳ πάντων τῶν θνητῶν τὸ τάχιστον δατέονται. Plutarchus tamen in Parallelis, de Xerxe, βουθυτεῖν δέ, ait, μέλλοντες ἐπὶ τῷ τοῦ Ἡλίου βωμοῦ.

Nec minus, apud Armenios, Soli Equos ſacratos Xenophon. lib. IIII. Αναβάσ. docet, καὶ ἵππον, inquiens, ὃν εἰλήφει, παλαιότερον δίδωσι τῷ κωμάρχῃ ἀναθρέψαντι, καταθῦσαι, ὅτι ἤκουσεν αὐτὸν ἱερὸν εἶναι τοῦ Ἡλίου.

Enimuero tranſlato ad Parthos Perſarum imperio, ad Partho-Perſas Solis quoque veneratio tranſiit. Eos enim Solem, patrio more, ſalutaſſe, Herodian. auctor eſt. de Artabani exercitu loquens, in hunc modum, ἀσπασάμενοι δὲ τὸν ἥλιον, ὡς ἔθος αὐτοῖς, οἱ βάρβαροι. Proinde Saporis Regis Perſarum iuſſu, Simeonem, cum aliis multis, quod Solem adorare recuſaſſet, vltimo ſupplicio adfectum, Sozomen. libro ſecundo Hiſtor. Eccleſiaſt. capite VIII. & IX. tradit. Atque ad poſteriora vſque tempora mos hic manſit: vt ex Peroſæ Per-

ſarum Regis non inelegãti hiſtoria planum fit: cuius Procopium auctorem habeo. Is enim lib. I. de bello Perſ. narrat Peroſam Perſarum Regem Euthalitarum inſidiis circumuẽctum: eique capto has ſalutis expediendæ, & libertatis adipiſcendæ, condiciones, Euthalitarum Regem tuliſſe, vt ſe tanquam dominum, adoraret, fidemque, iureiurando ſollemni adhibito, daret, Perſas non amplius eos bello perſecuturos. Qua de re Magos, quos in comitatu ſuo habebat, Peroſas cõſuluit. Illi autem reſponderunt, quod ad iuſiurandum attinebat, liberum ei eſſe facere quæ liberet: at, quod ad προσκύνησιν, aſtu doloque fallendum eſſe hoſtem: εἶναι γὰρ αὐτοῖς νόμον, τὰς τοῦ ἡλίου ἀνατολὰς προσκυνεῖν ἡμέρᾳ ἑκάστῃ. Ea propter tempus in hac re obſeruandum, vt mane Regem Euthalitarum conueniret, ac tum ad Solem Orientem conuerſus, eum adoraret: atque hoc modo patrio more ſeruato, facti ignominiam eum vitaturum, cuiuſmodi fallacia euaſiſſe Peroſam, ibidem narrat.

Solem autem MITHRÆ nomine coluiſſe Perſas, nemo eſt qui neſciat. Strabo lib. XV. τιμῶσι τὸν ἥλιον, ὃν καλοῦσι Μίθραν. Suidas, Μίθραν νομίζουσι οἱ Πέρσαι εἶναι τὸν ἥλιον· καὶ τούτῳ θύουσι πολλὰς θυσίας. οὐκ ἂν οὖν εἰς αὐτὸν δυνήσαιτό τις τελεσθῆναι, εἰ μὴ διά τινων βαθμῶν παρελθὼν τῶν κολάσεων, δείξει ἑαυτὸν ὅσιον καὶ ἀπαθῆ. Heſychius, Μίθρας, ὁ ἥλιος παρὰ Πέρσαις· Μίθρης ὁ πρῶτος ἐν Πέρσαις θεός. Dionyſius Areopagita Epiſt. VII. ad Polycarpum, μάλιστα μὲν οὖν τοῦτο τοῖς Περσῶν ἱερατικοῖς ἐμφέρεται φήμαις, καὶ εἰσέτι Μάγοι τὰ μνημόσυνα τοῦ τριπλασίου μίθρου τελοῦσιν. Cyrillus Catecheſi VI. Manem in Perſidem profectum, aduerſarios illic offendiſſe, καὶ ἀνταγωνιστὰς, τοὺς τοῦ Μίθρα. Itaque ſanctiſſimum Regum iuſiurandum, *per Mithrem* concipiebatur: vt libro ſuperiore demonſtrauimus.

In *Atro* autem, Deum Mithrem cultum fuiſſe, Lactantius Placiad. in libro I. Statij Thebaid. tradit. Iul. Firmicus lib. I. cap. V. de errore profanæ religion. *Perſæ & Magi omnes qui Perſicæ regionis incolunt fines, ignem præferunt omnibus elementis & putant debere præponi.* & mox, *hunc Mithram dicunt. Sacra vero eius in ſpeluncis abditis tradunt, vt ſemper obſcuro tenebrarum ſqualore demerſi, gratiam ſplendidi ac ſereni luminis non videant. Mithræ* quoque militem, initiatum, *in Spelæo*, hoc eſt ſpecu, ait Tertul-

lianus lib.de corona milit. Vnde D.Hieronym. Epiſt.ad Lętam, *Specum Mithræ* dixit.

In iſtis vero Mithræ initiis myſteriiſque, Militi, qui initiabatur, Coronam, interpoſito gladio, oblatam, quam capiti ſuo accommodaret: Diabolum inſuper, ipſas res ſacramentorum diuinorum æmulatum, Tinxiſſe, Signaſſe in frontibus, celebraſſe panis oblationem, imaginem reſurrectionis induxiſſe, Tertulian. eo, quem modo laudaui, lib. auctor eſt. Idem lib. de præſcription. aduerſus hæretic. de Diabolo, *Tinguit & ipſe quoſdam vtique credentes & fideles ſuos, expiationem delictorum de lauacro repromittit, & ſic adhuc initiat Mithræ, ſignat illic in frontibus milites ſuos. Celebrat & panis oblationem, & imaginem reſurrectionis inducit, & ſub gladio redimit coronam.* Quinetiam variis cruciatibus corporis, probari ſolitos eos qui Mithræ initiabantur, indicat Gregor. Nazianzen. aduerſus Iulian. Imper. Inuectiua 1. de Marco Arethuſio martyrium paſſo, loquens, Εἵλκετο, ait, διὰ πλατειῶν, ὠθεῖτο κατὰ ὑπονόμων, τῶν τριχῶν εἵλκετο, οὐκ ἔστιν ὅτου μὴ μέρους τοῦ σώματος. μιγνυμένης τῇ αἰκίᾳ τῆς ὕβρεως, παρὰ τῶν ἀξίως ἐν Μίθρου ταῦτα κολαζομένων. Idem Orat. εἰς τὰ ἅγια φῶτα: Οὐ δὲ Μίθρου κόλασις ἔνδικος, καὶ τῶν μυουμένων τὰ τοιαῦτα ἀνεχομένων. ad quem locum, Nicetas, eos qui Mithræ ſacris imbuendi erant, per duodecim ſuppliciorum genera deductos, nempe per famem, per ignẽ per frigus, per verbera, alioſque huius generis cruciatus, notat. Nonnus etiam in ſuis ad Gregor. Nazianzen. notis, Mithræ, hoſtias à Perſis cæſas, ſacraque in eius honorem facta, ait, additque, eius Dei myſteriis non potuiſſe initiari quemquam, niſi prius per quoſdam ſuppliciorum gradus tranſiſſet. Fuiſſe tormentorum gradus LXXX. partim remiſſiores, partim intẽtiores. Primum enim leuioribus ſuppliciis, deinde grauioribus adfici. Igni quoque & aqua, aliiſque variis ſuppliciorum generibus excruciabantur: ac demum poſt decurſa omnia eiuſmodi tormenta, exantlatoſque cruciatus, ſacris imbutos fuiſſe. Rurſuſque alio loco, ad Mithræ ſacra admiſſum neminem; niſi qui prius omnia tormentorum genera patienter pertuliſſet, pietatiſque ſuæ, & fortitudinis animi, in perferendis ac tolerandis doloribus, ſpecimen ediſſet. Fuiſſe autem LXXX. cruciatuum genera, quorum gradatim ac

tim ac ſtatuto ordine perpetiendorum, ei qui initiãdus erat, neceſſitas imponebatur. Verbi gratia, primũ ei diebus multis fodienda foſſa, aperiundaq; erat aqua: deinde in ignem coniicere ſeſe, poſtea in ſolitudine morari, cibo omni per aliquot dies abſtinere, neceſſe habebat: atque ita ad alia progredi, quouſque LXXX. illis ſuppliciorũ generibus defunctus eſſet. Quibus perdurãs, ſi ſaluus ſuperſteſque euaſiſſet, tum demũ ſacris Mithriacis initiabatur. Tertullianus aduerſus Marcionem lib. I. cap. XIII. *Sicut aridæ & ardentis naturæ ſacramenta, leones, Mithræ philoſophantur.*

Præterea Perſæ, auctore Zoroaſtre, OROMAZVM, vel, vt aliis placet, OROMAGDAM, nec non & inter læua numina, ARIMANEM, ceu Veiouem aut Aueruncum Deum, colebant, vt Plutarchus in libr. de Iſide & Oſiride, Laertius in proœmio, & Agathias libr. II. docent. Plutarchus in Alexandro, τὸ σὸν ὀργῶν φῶς, ὃ πάλιν ἀναλάμψῃ λάμπειν ὁ Κύριος Ὠρομάσδης. Arimanem autem Heſychius Ditem patrem, ſeu Plutonẽ facit: ſic enim explicat, Ἀριμάνης, ὁ Ἀΐδης, παρὰ Πέρσαις. Xerxes plane lætitia ob Themiſtoclis aduentum exultans, ab Arimane precatus dicitur, vt hoſtibus ſuis eandem ſemper mentem, viros præſtantes & fortes patria pellendi, iniiceret, quẽadmodum Plutarchus in Themiſtocle ſcriptum reliquit.

Atque hi erant *Patrij Perſarum Dij*: per quos, milites ſuos Darius obteſtatur, apud Curt. lib. III. per quos, Tyriotes dicta ſua firmat, apud eũdem lib. IIII. quos & ibidẽ Darius manus ad cælum tendens precatur: quos & Beſſus fidei ſuæ teſtes, apud eundem lib. quinto inuocat: quibus denique ſacrificium rite factum, libr. ſexto narrat. Hos etiã θεοὺς πατρῴους, in precationibus inuocatos, apud Xenophontem aliquoties legimus. Sed & Hiſtiæus apud Herodotũ libro quinto iurat in hunc modum, θεοὺς ἐπόμνυμι τοὺς βασιληΐους. Herodot. lib. III. καὶ δὴ ὑμῖν τάδε ἐπισκήπτω, θεοὺς βασιληΐους ἐπικαλέων. Darium quoque Plutarchus lib. II. de Fortuna Alexand. ita precantem facit, Ζεῦ πατρῷε Περσῶν, καὶ βασίλειοι θεοί: quam Darij precationem Curtius libro quarto ita concipit, Dii *Patrij, primum mihi ſtabilite regnum: deinde; ſi de me iam tranſactum eſt, precor ne quis potius Aſiæ* Rex *ſit quam iſte tam iuſtus hoſtis.* Sic & βα-

σιλέως θεοὺς accipe apud Dionem Chryſoſt. περὶ ἀπιστ. Artabanus Parthorum Rex apud Ioſeph. lib. xi. Antiquit. Iudaic. cap. vlt. τούς τε πατρῴους θεοὺς ἐπώμνυτο. Quæ cum ita ſe habeant, quæro quid ſibi velit Strabo, qui de Carmanis agens, Perſis vnicum Deum, Martem ita adſignat, ὄνοι τε θύουσι τῷ Ἄρει, ὃν Πέρσαι σέβονται θεῶν μόνον. Liceat in re obſcura coniectura vti. Equidem aut verbum Πέρσαι, vt ſubdititium reiiciendum delendumque eſt: aut, quod magis eſt, ſcripſerat Strabo, ὄντερ σέβονται: quæ dictante forte aliquo, cum oſcitãs librarius excepiſſet, facili lapſu, duas ſeparatas ſyllabas in vnum contraxit: & à prioris vocabuli extremo, περ: à ſequenti, σε, mutuatus inde conflauit vocem Πέρσαι: quam alienam eſſe, propoſitoque minime congruere, nemo eſt qui non videat. Abſurde certe Carmanorum religioni, Perſicam, quæ ſuo loco ſeparatim ab eo tractatur, intermiſceri palam eſt: nec aliud in animo, aut in ore habuit Strabo, quam Carmanos, Marti, quem vnum Deum eſſe credunt, Aſino facere. Quod ſi Perſis tribueret, pugnantia cum iis quæ eo ipſo libro poſtea tradit, loqueretur.

Lunam quoq; & Venerem, Perſas diuinorum numinum loco & numero habuiſſe, perſpicue Strabo lib. xv. ſcribit.

Nec vero clariſſima ſolum illa mundi lumina, cælo fixa, verumetiam ipſum terris conceptum, terreſtremque noſtrũ Ignem, qui, vt Seruius in vi. Æneid. loquitur, *conſtat de ligno & aere*, ſumma obſeruantia ac veneratione colebant, quemadmodum Strabo li. xv. docet. Maxim. Tyr. Serm. xxxviii. τὸ δὲ βαρβαρικὸν, ὁμοίως ἅπαντες μὲν ξυνετοὶ τοῦ θεοῦ, κατεστήσαντο δὲ αὐτοῖς σημεῖα ἄλλοι ἄλλα· Πέρσαι μὲν, πῦρ, ἄγαλμα ἐφήμερον, ἀκόρεστον, καὶ ἀδηφάγον. Theodorit. li. v. hiſtor. Eccleſ. cap. xxxix. de Perſis, θεὸν γὰρ τὸ πῦρ ὑπειλήφασι. Euagrius lib. v. Eccleſiaſt. Hiſtor. cap. xiiii. Perſarum Regis Choſrois ſupellectilem à Curte Scytha, captam memorans, πάντα, ἅ[illegible] βασιλικὰ κειμήλια, ἅτε σκευοφόρα τῶν ζώων, σὺν καὶ αὐτοῖς [illegible]ς φέρων ἐν οἷς καὶ τὸ Χοσρόου σέβασμον πῦρ, ὃ θεὸς κατεστήκει. Euſtath. in Dionyſ. de ſitu orb. de Perſis, τιμῶσι τὸ πῦρ. Iſidor. libr. xiiii. Origin. capite tertio *in Perſia primum orta eſt ars Magica: ad quam Nevroth gigas, poſt confuſionem linguarum, abiit: ibique Perſas Ignẽ colere docuit. Nam omnes in illis partibus Solem colunt, qui ipſorum*

*lingua*, ELI *dicitur*. Vnde & Samaritanos, quod à Perſis originem ducerent, *Ignem, more Perſarum, coluiſſe*, D. Ambroſius in Epiſtola I. ad Corinth. cap. IX. ſcribit. Clemens Alexandrinus in Protreptico, Περσῶν δὲ οἱ Μάγοι τὸ Πῦρ τετιμήκασι, καὶ τῶν τὴν Ἀσίαν κατοικούντων πολλοί. Et paulo poſt. πρὸς δὲ καὶ Μακεδόνες, ὥς φησι Διογένης ἐν πρώτῳ Περσικῶν. τί μοι Σαυρομάτας καταλέγειν, οὓς Νυμφόδωρος ἐν Νομίμοις βαρβαρικοῖς τὸ Πῦρ σέβειν ἱστορεῖ; ἢ τοὺς Πέρσας, καὶ τοὺς Μήδους, καὶ τοὺς Μάγους; θύειν ἐν ὑπαίθρῳ τούτους ὁ Δίνων λέγει, θεῶν ἀγάλματα μόνα, τὸ Πῦρ καὶ Ὕδωρ, νομίζοντας.

Atque vt Romani Ianum in ſacris præfabantur, ita Perſis, *Ignis* in ſacrificando princeps erat: eique primo ſupplicabatur: atque adeo cuicumque Deo rem diuinam facerent, Ignē primum inuocaſſe, eique precationes feciſſe, Strabo ſignificat li. XV. cum ait: ὅτῳ δ' ἂν θύσωσι θεῷ, πρώτῳ τῷ πυρὶ εὔχονται. Apud Perſas etiam, vt Plut. in lib. de primo Frigido tradit, τῶν ἱκετευμάτων μέγιστον ἦν καὶ ἀπαραίτητον, εἰ Πῦρ λαβὼν ὁ ἱκετεύων, καὶ ἐν ποταμῷ βεβηκὼς, ἀπειλοίη, μὴ τυχὼν, τὸ Πῦρ ἐς τὸ ὕδωρ ἀφήσειν. ἐτύγχανε μὲν γὰρ ὧν ἐδεῖτο. τυχὼν δὲ, ἐκολάζετο, διὰ τὴν ἀπειλὴν, ὡς παράνομον καὶ κατὰ τῆς φύσεως γενομένην.

Ignis autem, diuinis illis honoribus à Perſis cultus, perpetuo, focis, accenſus, ſic vt numquam deficeret, adſeruabatur: eumque Regibus præferri ſolitum, ac demum illis vita functis extinctum, ſupra docuimus. Vnde Perſicus ille ſacer Ignis, *Æternus* à Curtio appellatur lib. IIII Illic enim Darius milites ſuos ad prælium ſtrenue ineundum cohortatus, ad extremum eos per *patrios Deos, æternumque Ignem qui præfertur altaribus*, Eademque ratione ἄσβεστον Πῦρ, à Strabone libro decimoquinto, appellatur, & à Socrate, διηνεκὲς καιόμενον Πῦρ. Apud eum namque lib. VII. hiſtor. Eccleſiaſt. cap. VIII. de Rege Perſarum ſcribitur, ἐκάθει δὲ ὁ βασιλεὺς ἐν οἴκῳ τινι, τὸ διηνεκὲς καιόμενον Πῦρ προσκυνῶν. Hoc illud eſt, τὸ παρὰ Πέρσαις ἱερὸν Πῦρ καλούμενον, apud Diodor. Siculum lib. XVII. Claudianus lib. I. de laudibus Stiliconis, *penetralibus Ignem Sacratum rapuere adytis.*

Sacro autem huic & æterno Igni, dicata Sacraria quædam Perſas habuiſſe conſtat: quæ Πυρεῖα, & Πυραιθεῖα, à Græcis auctoribus nuncupantur: quorum cuſtodia Magorum fidei, curæ, ac vigilantiæ credebatur. Strabo lib. XV. ἔστι δὲ

καὶ Πυραιθεῖα σηκοί τινες ἀξιόλογοι. ἐν δὲ τούτοις μέσοις, βωμὸς, ἐν ᾧ πολλή τε σποδὸς, καὶ πῦρ ἄσβεστον φυλάττουσιν οἱ Μάγοι. καθ' ἡμέραν δὲ εἰσιόντες, ἐπάδουσιν ὥραν χεδόν τι, πρὸ τοῦ πυρὸς, τὴν δέσμην τῶν ῥάβδων ἔχοντες: ad quem vtique ritum, pertinent Phœnicis Colophonij de Nino Rege verſus, qui ab Athenæo lib. XII. citantur:

Οὐ παρὰ Μάγοισι πῦρ ἱερὸν ἀνέστησε,
Ὥσπερ νόμος, ῥάβδοισι τοῦ θεοῦ ψαύων.

Theodorit. lib. V. hiſtor. Eccleſiaſt. c. XXXIX. Πυρεῖα δὲ καλοῦσιν ἐκεῖνοι, τοὺς πρὸς τοὺς νεώς. Suidas Πυρεῖον interpretatur θυμιατήριον: & hæc ex vetuſto quodam auctore, de Imperatore Heraclio, verba citat, ὁ δὲ Ἡράκλειος τάς τε πόλεις καθῄρει, καὶ τὰ Πυρεῖα διέστρεφε τῶν Περσῶν. Quod Heraclij factum celebrat Io. Tzetzes, hiſtor. verſ. Chil. III cap. LXVI. in hunc modum:

Καὶ πῦρ Περσῶν κατέσβεσεν, ὅπερ εἰς σέβας εἶχον·
Ἐκ κεραυνοῦ μὲν ἀναφθὲν ὑπὸ Περσέως, πάλαι,
Αὐχιοχαίας δὲ πυρσοῖς τοῖς ἀεὶ διαδόχοις,
Καὶ συνεχέσι δὲ πυραῖς, μεγάλαις, λαβροτάταις,
Ἐπιμελῶς τηρούμενον μέχρι τοῦ τότε χρόνου,
Ὑφ' Ἡρακλέους δὲ σβεσθὲν μέγα πένθος Περσίδι.

Nec hoc quoque tacuit Zonaras, in Heraclio. Nam Annalium Tom. II. Ἡράκλειος δὲ, ait, καὶ εἰς τὴν ἐνδοτέρω Περσίδα εἰσέβαλε, καὶ τάς τε πόλεις καθῄρει, καὶ τὰ τεμένη τοῦ Πυρὸς, αὐτῷ ἐκείνῳ τῷ τιμωμένῳ παρ' αὐτοῖς, συνδιέφθειρε.

Πυρεῖον vero Heſychius interpretatur, ἀγγεῖον κεράμιον εἰς πυρὸς ἔνθεσιν. At ignem qui procedenti Cyro præferebatur, foculis geſtatum Xenophon. libro VIII. παιδ. tradit: καὶ πῦρ, inquiens, ὄπισθεν αὐτοῦ ἐπ' ἐσχάρας μεγάλης ἄνδρες εἵποντο φέροντες.

Deſcendiſſe autem ad nouiſſima vſque Perſarum tempora eandem ignis venerationem, teſtis eſt Agathias, qui lib. ſecundo Ignem ſanctiſſimum habitum apud Perſas ſcribit: cumque perpetuum ſeruatum à Magis, qui exactiſſimam diligentiam ei cuſtodiendo adhibebant, iidemque arcana peragebant ſacra Ædiculis vero adſeruatum, ibidem, Socrati congruenter ſcribit.

Enimuero huius quo de agimus cultus Ignis originem,

ab eodem, quo & Tzetzes capite, Georg. Cedrenus arceſſit. de Perſeo enim verba faciens, ἐπεὶ, ait, ηὔξατο, ἄφνω κεραυνὸς, ὡς σφαῖρα πυρὸς, οὐρανόθεν κατηνέχθη. & mox, Καὶ γοῦν τοῦ Πυρὸς ἐκείνου πῦρ ἀνάψας ὁ Περσεὺς, εἶχε μεθ' ἑαυτοῦ βαστάζων, εἴς τε τὰ ἴδια βασίλεια ἀγαγὼν, καὶ ἱερὸν τοῦ Πυρὸς κατασκευάσας, καὶ ἱερεῖς εὐλαβεῖς ἄνδρας ἐπιστησάμενος· ἀλλὰ μὴν καὶ ἐν Ἰωπόλει, καὶ ἐν πάσῃ τῇ ὑπ' αὐτοῦ γῇ. καὶ ὡς ἐξ οὐρανοῦ κατενεχθέντα θεὸν σέβεσθαι τὸ Πῦρ ἐκεῖνο θεσπίσας, ἐδίδαξε προσλαβεῖν, μάγους τοῦ Πυρὸς ἱερεῖς καλέσας. Hinc, Amm. Marcell. lib. xxiii. de Magis, *feruntque etiam (ſi iuſtum eſt credi) Ignem cælitus lapſum, apud ſe, ſempiternis foculis cuſtodiri: cuius portionem exiguam, vt fauſtam, præiſſe quondam Aſiaticis Regibus dicunt.*

Vſque adeo autem *Ignem* coluiſſe Perſas, vt &, eo nomine quælibet πυρώδη, venerarentur, Euſtathius in ſuis Dionyſ. de ſitu orbis commentariis, adnotat. Nam & ea de cauſa, Pyropo, ceu flammas imitanti, honorem exhibuiſſe eos, Strabo lib. xv. teſtatur, his verbis: τὸ πυρωπὸν πθεμένων ἐν τιμῇ. διὸ οὐδὲ νεκρῷ προσφέρουσι, καθάπερ οὐδὲ τὸ πῦρ κατὰ τιμήν.

Quinetiam Aquam, Perſæ, diuini numinis inſtar colebant: eique, non ſecus atque Igni, diuinos honores tribuebant, quemadmodum Strabo lib. xv. & Agathias lib. ii. ſcribunt. Sidon. Apollin. Panegyr. Leon. *Magis iuratur ab illis Ignis, & Vndi, Deus.* Fluuios etiam *Perſas coluiſſe*, Arnob. lib. vi. & Clemens Alex. in προτρεπτικῷ tradunt: in tantum, vt nec lotio nec ſputo fœdari & inquinari Flumina fas eſſet. Proinde in Flumine, vt Herod. lib. i. & Strabo lib. xv. & Agathias conſentiunt, neque lauabant, neque veſicam leuabant, nec inſpuebant: nec cadauer, aut alia quæ ſpurca, polluta, aut contaminata, viderentur, in profluentem abiiciebant. Ac ne manus quidem, vt iidem teſtantur, viuo flumine Perſæ abluebant. Verba Herodoti, quibus hæc quæ dixi comprobantur, ſunt hæc, ἐς ποταμὸν δὲ οὔτε ἐνουρέουσι, οὔτε ἐμπτύουσι· οὐ χεῖρας ἐναπονίζονται, οὐδὲ ἄλλό τι οὐδὲν ποιοῦσιν, ἀλλὰ σέβονται ποταμοὺς τῶν πάντων μάλιστα. Strabonis vero, libro xv. verba ſunt hæc, εἰς ποταμὸν οὔτ' οὐροῦσιν, οὔτε νίπτονται Πέρσαι, οὐδὲ λούονται, οὐδὲ νεκρὸν ἐμβάλλουσιν, οὐδ' ἄλλα τῶν δοκούντων εἶναι μιαρῶν. ſic enim emendo.

Ex hac apud Perſas recepta Fluminum veneratione, fi-

dem facile inueniet, quod à Tacito libro VI. Annalium relatum extat, Tiridatem cum Vitellij copiis ad ripam Euphratis conſiſtentem, *placando amni Equum adornaſſe, proſperi* nimirum *tranſgreſſus* cauſa, vt ibidem innuit, id eſt, vt felicibus auſpiciis flumen illud traiiceretur. Cuius rei gratia, Vitellium quoque more Romano Suouetaurilibus feciſſe: Sacriſque peractis litarum egregie, ac ponte nauibus effecto, exercitum tranſmiſſum narrat.

Tellurem quoque Matrem, vt Deum Perſæ venerabantur: cui & hoſtias mactatas à Cyro, Xenophon lib. VIII. παιδ. refert.

In ſumma, Perſæ, vt Strabo, lib. XV. ſcribit, colebant Ἥλιον καὶ Σελήνην, καὶ Ἀφροδίτην, καὶ Πῦρ, καὶ Γῆν, καὶ Ἀνέμους, καὶ Ὕδωρ. Quæ ille, Herod. duce & auſpice ſcripſit, apud quem lib. I. legere eſt, θύουσι δὲ ἡλίῳ τε καὶ σελήνῃ, καὶ γῇ καὶ πυρὶ, καὶ ὕδατι καὶ ἀνέμοισι. τούτοισι μὲν δὴ μούνοισι θύουσι ἀρχῆθεν.

Vnde, Solis Lunæque defectus, qui Peloponeſiaci belli tempore contigerunt, Ariſtophani ioci materiam, in Comœdia quæ Εἰρήνη inſcribitur, præbuerunt. Illic enim Trygæus vinitor, Mercurio, tanquam grande arcanum, aperit, Solem & Lunam, propitia Perſis à quibus ſummopere colebantur, numina, conſilia in necem aliorum Deorum agitaſſe. id enim agere ſidera illa, vt bello ſuperiores Perſæ, victoreſque diſcedant: eoque modo ſubacta deletaque Græcia, ſibi ſolis cultores ſuppetant, ceteris numinibus deſint. Sed ipſummet Trygæum cum Mercurio ſermones cædentem, & ore floridi, doctrinaque florentis, noſtratis interpretis (qui verſum verſu feliciter reddens, ipſius prope auctoris gloriam æquat) Latina verba fundentem in ſcenam producamus:

TRYG. *Nam Luna iampridem, atque Sol nefarius*
*Conſilia veſtrum moliuntur in caput,*
*Qui Græciam omnem prodiderunt Barbaris.*
MERC. *Quidnam iſta faciunt?* TR. *Quod ſolemne, per Iouem,*
*Litare vobis ſubque placare, iis ſolent*
*Voluntque Barbari: inde iure poſtulant*
*Omnes ſemel nos funditus perbitere:*
*Quo, niempe, ſacra cælitum cedant ſibi.*
MERCVR. *Ergo dierum hinc illa diminutio*

*Et praua detritæ orbitæ aurigatio.*

TR. *Ita eſt amice Mercuri.*

Ad quæ verba, Interpres, οἱ βάρβαροι τὸν Ἥλιον καὶ τὴν Σελήνην τιμῶσιν, ὡς Ἡρόδοτος ἱστορεῖ & mox, ἐπιεικῶς δὲ οἱ βάρβαροι τόν τε Ἥλιον καὶ τὴν Σελήνην θεὸν μᾶλλον πάντων σέβουσι· διὰ τοῦτο καὶ τὴν Δῆλον καὶ τὴν Ἔφεσον οὐ διελυμήναντο. ὁ μὲν γὰρ Ἥλιος, Ἀπόλλων ἐνενόμιστο· ἡ δὲ Ἄρτεμις, Σελήνη.

Enimuero, cum tranſmiſſo ab Alexandri exercitu Tigri, ingens ob Lunæ defectionem religio, & ex ea, formido quædam Macedonum animis incuſſa eſſet, Alexander, vt eſt apud Curtium lib. IIII. duces principeſque militum frequentes adeſſe Prætorio: Ægyptioſque vates, quos cœli ac ſiderum peritiſſimos eſſe credebat, quid ſentirent, expromere, iuſſit. At illi qui ſatis ſcirent temporum orbes implere deſtinatas vices, Lunamque deficere, cum aut terram ſubiret, aut Sole premeretur, rationem quidem ipſis perceptam, non edocuerunt vulgus: ceterum, adfirmarunt, SOLEM GRÆCORVM: LVNAM ESSE PERSARVM: *quotiens illa deficeret, ruinam ſtragemque illis gentibus portendi: veteraque exempla recenſuerunt* Perſidis Regum, *quos auerſis Diis pugnaſſe, Lunæ oſtendiſſet defectio.* Similiterque Xerxe caſtra mouente è Sardibus, cum Sol defeciſſet, defectu eiuſmodi tertius Xerxes conſuluit Magos, quid oſtentum illud portenderet, οἱ δὲ, vt eſt apud Herodotum lib. VII. ἔφρασαν, ὡς Ἕλλησι προδεικνύει ὁ θεὸς ἔκλειψιν τῶν πολίων· λέγοντες Ἥλιον εἶναι Ἑλλήνων προδέκτορα, σελήνην δὲ, σφέων. Denique Diogenes Laertius in procemio librorum de vitis Philoſophor. Magos crediddiſſe ait, θεοὺς εἶναι, καὶ Πῦρ, καὶ Γῆν, καὶ Ὕδωρ.

Sed iam ad Perſicorum ſacrorum ritus accedamus. Perſæ Diuis ſuis neque templa, aut delubra, neque aras vel altaria ponebant: nullas etiam Deorum pictas fictaſve imagines, aut ſculpta ſigna, habebant: numina, apud eos, abſque ſimulacris colebantur. Quinimmo inſaniæ arguebant eos qui Deos ex hominibus ortos credentes, eos humana forma adſimilabant. hæc Herodotus ſuggerit, lib. I. his verbis, Ἀγάλματα μὲν καὶ νηοὺς καὶ βωμοὺς οὐκ ἐν νόμῳ ποιευμένους ἱδρύεσθαι· ἀλλὰ καὶ τοῖσι ποιεῦσι μωρίην ἐπιφέρουσι· ὡς μὲν ἐμοὶ δοκέειν, ὅτι οὐκ ἀνθρωποφυέας ἐνόμισαν τοὺς θεοὺς, κατάπερ οἱ Ἕλληνες, εἶναι.

Strabo lib.xv. Πέρσαι τοίνυν ἀγάλματα μὲν καὶ βωμοὺς οὐχ ἱδρύονται.

Magos quoque ſigna & ſimulacra Deorum damnaſſe improbaſſeque, Diogenes Laert. docet; qui inter cetera eorum doctrinæ capita, ait eos ξοάνων καταγινώσκειν. Clemens Alexandrinus in Protreptico, de Magis tractans, Ἀγάλματα μὲν θεῶν οὐ ξύλα καὶ λίθους ὑπειλήφασιν, ὥσπερ Ἕλληνες· οὐδὲ μὴν ἴβιδας καὶ ἰχνεύμονας, καθάπερ Αἰγύπτιοι· ἀλλὰ Πῦρ τε, καὶ Ὕδωρ, ὡς φιλόσοφοι. μετὰ πολλὰς μέν τοι ὕστερον περιόδους ἐτῶν, ἀνθρωποειδῆ ἀγάλματα σέβειν αὐτοὺς, Βήρωσσος ἐν τρίτῃ Χαλδαϊκῶν παρίστησι, τοῦτο Ἀρταξέρξου τοῦ Δαρείου τοῦ Ὤχου εἰσηγησαμένου· ὃς πρῶτος, τῆς Ἀφροδίτης Ταναΐδος τὸ ἄγαλμα ἀναστήσας ἐν Βαβυλῶνι καὶ Ἐκβατάνοις, Πέρσαις καὶ Βάκτροις, καὶ Δαμασκῷ καὶ Σάρδεσιν, ὑπέδειξε σέβειν. Veneri ergo Tanaidi templum condidiſſe Artaxerxem, ait. Strabo vero eam Naitidem vocat, lib.xv. cum ait, ταῦτα δὲ ἐν τοῖς τῆς Ναΐτιδος καὶ τοῦ Ὠμανοῦ ἱεροῖς νενόμισται. At Plutarchus in Artaxerxe: τῆς γὰρ, ait, Ἀρτέμιδος τῆς ἐν Ἐκβατάνοις, ἣν Ἀνεῖτιν καλοῦσιν. Quid autem ſint ξόανα & vnde dicta, aperit Clemens Alexandrinus in προτρεπτικῷ, his verbis: καὶ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων οἱ ἔτι παλαιότεροι ξύλα ἱδρύοντο περιφανῆ, καὶ κίονας ἵστων ἐκ λίθων, ἃ δὴ καὶ ξόανα προσηγορεύετο, διὰ τὸ ἀπεξέσθαι τῆς ὕλης.

Magis itaque auctoribus, Perſarum Regem, templa Græciæ inflammaſſe, Cicero lib.II. de Legib. ait, *quod parietibus includerent Deos, quibus omnia deberent eſſe patentia ac libera, quorumque hic mundus omnis, Templum eſſet, & domus.* Aſconius, in II. Verrin. *Perſas merito Diis hominibuſque inuiſos*, à Cicer. dici notat: *quia, non ſolum hoſtes erant, vtpote Barbari, verumetiam, more gentis ſuæ, nulla Diis, in terris, templa condenda eſſe credebant, præſertim cum vni Soli, quem venerarentur, vix mundus ipſe ſufficeret.* Illud vero Perſarum inſtitutum reprehendens Cicero, illo de Legibus lib. *Melius*, inquit, *Græci, atque noſtri: qui vt augerent pietatem in Deos, eaſdem illos vrbes, quas nos, incolere voluerunt. Adfert enim hæc opinio religionem vtilem ciuitatibus.* Quamquam per aliquot, ab vrbe condita, annorum ſpatium, Romæ, Perſico more, cultos Deos, D. Auguſtinus lib. IIII. de Ciuitate Dei, cap. XXXVI. ex Varrone, docet, in hunc modum: *Dicit etiam*, de Varrone verba facit, *antiquos Romanos, pluſquam*

*pluſquam annos centum & ſeptuaginta, Deos ſine ſimulacro coluiſſe.* QVOD SI ADHVC, *inquit*, MANSISSET, CASTIVS DII OBSERVARENTVR. *Cuius ſententiæ ſuæ teſtem adhibet inter cetera, etiam gentem Iudæam: nec dubitat eum locum ita concludere, vt dicat:* QVI PRIMI SIMVLACRA DEORVM POPVLIS POSVERVNT, EOS CIVITATIBVS ET METVM DEMPSISSE, ET ERROREM ADDIDISSE: *prudenter exiſtimans Deos facile poſſe in ſimulacrorum ſtoliditate contemni. Quod vero non ait,* ERROREM *tradiderunt, ſed,* ADDIDERVNT, *iam vtique fuiſſe etiam ſine ſimulacris intelligi vult errorem.* Idem D. Auguſtinus lib. VI. de Ciuitate Dei, cap. X. Senecam in eo libro quem contra ſuperſtitiones condiderat, cum de ſimulacris ageret, talia ſcripſiſſe ait. *Sacros, immortales inuiolabileſque deos, in materia viliſsima atque immobili dedicant, habitus illis hominum, ferarumque & piſcium, quidam vero mixto ſenſu, diuerſis corporibus, induunt: Numina vocant, quæ ſi ſpiritu accepto ſubito occurrerent, monſtra haberentur.*

Verum vt ex diuerticulo, in viam, id eſt à Quiritibus, ad Perſas redeamus: omnia Græcorum fana ſubuertiſſe ſpoliaſſeque Perſas, poſt Diodorum Sicul. lib. VI. D. Hieron. in Eſaiæ cap. XXXVII. auctor eſt. Incendio vero abſumptas, illis facés admouentibus, ædes ſacras fuiſſe conſtat: quem caſum deplorans Æſchylus in Perſis, ait:

Οἳ γῆν μολόντες Ἑλλάδ', οὐ θεῶν βρέτη
Ἠιδοῦντο συλᾶν, οὐδὲ πιμπράναι νεώς.
Βωμοὶ δ' ἄϊστοι, δαιμόνων θ' ἱδρύματα
Πρόρριζα φύρδην ἐξανέστραπται βάθρων.

Iſocrates in Panegyrico, de Perſis, οἳ καὶ τὰ τῶν θεῶν ἕδη καὶ τοὺς νεὼς συλᾶν ἐν τῷ προτέρῳ πολέμῳ καὶ κατακάειν ἐτόλμησαν. Vnde Alexander apud Curtium, lib. III. queritur, *Diis dedita templa, ruinis & ignibus eſſe deleta* à Perſis. Quo nomine, Cicero II. in Verr. Perſas, *Diis, hominibuſque, bellum indixiſſe*, ait. Acriter etiam & amare in eos Max. Tyrius Serm. XXXVIII. inuehitur: quod tantopere huic fero & agreſti Deo dediti eſſent, cui & vorandas ipſas vrbes, templa, delubra, ſignaque Deorum, abſumenda præbuiſſent: Eos enim alloquens, περὶ ἓν μάλιστα, ait, ἀσχολεῖσθε τὸ ἀγριώτατον καὶ ὀξύτατον, οὐ ξύλων αὐτῷ προφλὼ

χρησμοῦντες μόνον, οὐδὲ ἱερέων οὐδὲ θυμιαμάτων, ἀλλὰ τούτῳ τῷ ἀγάλματι καὶ τούτῳ τῷ θεῷ καὶ τὴν Ερεβίαν ἀναλῶσαι δεδώκατε, καὶ τὰς Αθήνας αὐτὰς, καὶ τὰ Ἰώνων ἱερὰ, καὶ τὰ Ελλήνων ἀγάλματα.

Ab hac tamen templorum clade immunes fuiſſe Delum & Epheſum, eorumque templa intacta reliquiſſe Perſas, quod illa, Apollini, qui idem eſt cum Sole: hæc, Dianæ, quæ Luna eſſe perhibetur, ſacra eſſent, Interpres Ariſtophanis in Irenam tradit. Cicero lib. I. in Verrem, *Latonam ex longo errore & fuga grauidam, & iam ad pariendum vicinam, temporibus exactis confugiſſe Delum, atque ibi Apollinem Dianamque peperiſſe: qua ex opinione hominum, illa inſula eorum Deorum ſacra putatur: tantaque eius auctoritas religionis & eſt & ſemper fuit, vt ne Perſæ quidem, cum bellum toti Græciæ, Diis hominibuſque indixiſſent, & mille numero nauium claſſem ad Delum appuliſſent, quidquam conarentur aut violare, aut attingere: hoc tu fanum depeculari homo improbiſſime atque amentiſſime audebas.*

Enimuero non tam religionis impulſu, quam vindictæ cauſa, templis Græciæ bellum indixiſſe Xerxem, Herodot. lib. v. oſtendit. Nam quod Athenienſes Sardibus ignes intuliſſent, vnaque templum Cybeles incendio conflagraſſet, inde Perſas offenſos, & hoc obtentu poſtea templa Græcorum cremaſſe, tradit.

Porro ea templa à Perſis deleta, Græci inſtaurari vetuerunt: vt extaret ad memoriam poſteri temporis ſempiternam hoſtilis eorum impietatis monumentum, quemadmodum Pauſanias in Phocicis ita ſcribit: ἀλλὰ Ρωμαῖοι μὲν εὐσεβείᾳ τῇ ἐς τὸν Απόλλωνα, Αβαίοις δεδώκασιν αὐτονόμους σφᾶς εἶναι. ϛρατεία δὲ ἡ μετὰ Ξέρξου, κατέπρησε καὶ τὸ ἐν Αβαις ἱερόν. Ελλήνων δὲ τοῖς ἀντιςᾶσι τῷ βαρβάρῳ, τὰ κατακαυθέντα ἱερὰ μὴ ἀνιςάναι σφίσιν ἔδοξεν, ἀλλὰ ἐς τὸν πάντα ὑπολείπεσθαι χρόνον τοῦ ἔχθους ὑπομνήματα· καὶ τοῦδε ἕνεκα οἵ τε ἐν τῇ Αλιαρτίᾳ ναοὶ καὶ Αθηναίοις τῆς Ἥρας ἐπὶ ὁδῷ τῇ Φαληρικῇ.

Vnde Iones vt magni animi plenos Iſocrates in Panegyrico ſummis efferri laudibus æquum cenſet, quod diris deuouiſſent, execratique eſſent eos qui à Perſis incenſa templa refeciſſent, reædificaſſentve. Verba Iſocratis ita habent: Διὸ καὶ τοὺς Ἴωνας ἄξιον ἐπαινεῖν, ὅτι ἐμπρησθέντων τῶν ἱερῶν ἐπηράσαντο, εἴ τινες κινήσειαν, ἢ πάλιν εἰς τὰ ἀρχαῖα καταςῆσαι βου-

λιθῶσιν· οὐκ ἀποροῦντες ὅθεν ἐπισκευάσωσιν, ἀλλὰ ἵνα ὑπόμνημα τοῖς ἐπιγιγνομένοις ᾖ τῆς τῶν βαρβάρων ἀσεβείας, καὶ μηδεὶς πιστεύῃ τοῖς τοιαῦτα εἰς τὰ τῶν θεῶν ἕδη ἐξαμαρτεῖν τολμήσασιν· ἀλλὰ καὶ φυλάττωνται, καὶ δεδίωσιν, ὁρῶντες αὐτοὺς οὐ μόνον τοῖς σώμασιν ἡμῶν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀναθήμασι πολεμήσαντας.

Atque adeo apud Platæas aduerſus Xerxis copias dimicaturi Græci, pæne in procinctu, vno ore, communique conſenſu, conceptis verbis, ex animi ſententia, ſeſe iureiurando obſtrinxerunt, fanorum quæ à Barbaris incenſa & diruta, erant, nullum omnino inſtauraturos, ſed eandem locorum faciem poſteris relicturos, parietinaſque ſeſe ad eos tranſmiſſuros, vt Barbaricæ impietatis ſempiternum exſtaret monumentum. Etenim inter eius ſollemnis iuriſiurandi capita, hoc vel præcipuum, vltimum certe & quod agmen cogeret, fuit, καὶ τῶν ἱερῶν, τῶν ἐμπρησθέντων καὶ καταβληθέντων ὑπὸ τῶν Βαρβάρων, οὐδὲν ἀνοικοδομήσω, ἀλλ' ὑπόμνημα τοῖς ἐπιγιγνομένοις ἐάσω καὶ καταλείψω, τῆς τῶν βαρβάρων ἀσεβείας: quemadmedum Lycurgus Orat. contra Leocratem, & Diodor. Sicul. lib. xi. litteris prodiderunt.

Plane vindictæ à Perſis expetendæ cauſa, Perſepolitanæ vrbi faces ab Alexandro ſubditas fuiſſe, Diodor. lib. xv. ita ſcribit: ἐνέπρησε δὲ ὁ Ἀλέξανδρος τὰ ἐν Περσεπόλει βασίλεια, τιμωρῶν τοῖς Ἕλλησι, ὅτι κἀκείνων ἱερὰ καὶ πόλεις οἱ Πέρσαι πυρὶ καὶ σιδήρῳ διεπόρθησαν. Curtius quoque lib. v. Thaidem inter pocula, ad id Perſepolis incendium calcar addidiſſe refert: cum adfirmaret, maximam eum apud omnes Græcos initurum gratiam, ſi regiam Perſarum iuſſiſſet incendi: expectare hoc eos, quorum vrbes Barbari deleſſent. *Ebrio ſcorto*, ait ille, *de tanta re ferenti ſententiam, vnus & alter, & ipſi mero onerati, aſſentiuntur. Rex quoque fuit auidior quam patientior. Quin igitur vlciſcimur Græciam, & vrbi faces ſubdimus? Omnes incaluerant mero. itaque ſurgunt temulenti ad incendendam vrbem, cui armati pepercerant. Primus* Rex *ignem Regiæ iniecit, tum conuiuæ, & miniſtri, pellice ſque.*

Cum ergo Perſæ templorum parietibus Deos ſuos non includerent. ſub dio illis, in editiſſimis quibuſque locis, arcibus, collibus, ſacra faciebant. Herodotus lib. 1. οἱ δὲ νομίζουσι Διῒ μὲν, ἐπὶ τὰ ὑψηλότατα τῶν οὐρέων ἀναβαίνοντες, θυσίας ἔρδειν

τὸν κύκλον πάντα τοῦ οὐρανοῦ Δία καλέοντες. Xenophon lib. VIII. παιδ. his verbis de Cyro loquens, ἔθυε, ait, Διΐ τε πατρῴῳ καὶ ἡλίῳ καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς, ἐπὶ τῆς ἄκρας, ὡς Πέρσαι θύουσιν. Strabo lib. XV. de Perſis, Θύουσι δὲ ἐν ὑψηλῷ τόπῳ, τὸν οὐρανὸν ἡγούμενοι Δία.

Et quidem ἐν καθαρῷ τόπῳ ſacrificaſſe eos, ibidem Strabo, poſt Herodot. lib. I. ſcribit. Diis autem omnibus quos colere & venerari more gentis receptum eſſet, hoſtias Perſæ cædebant, vt Herodot. lib. I. indicat. Immolabant autem mactabantque Ioui maximas hoſtias, veluti Tauros, vt & Soli Equos Xenophon lib. VIII. παιδ. de ſacrificio Cyri, ἐπεὶ δὲ ἀφίκοντο πρὸς τὰ τεμένη, ἔθυσαν τῷ Διῒ, καὶ ὡλοκαύτωσαν τοὺς ταύρους· ἔπειτα τῷ ἡλίῳ ὡλοκαύτωσαν τοὺς ἵππους· ἔπειτα γῇ σφάξαντες, ὡς ἐξηγήσαντο οἱ μάγοι, ἐποίησαν· ἔπειτα δὲ ἥρωσι τοῖς Συρίαν ἔχουσι. De Regum autem in ſacrificiis magnificentia, diximus lib. ſuperiore: quibus adde ex Herodoto lib. VII. Xerxem, in tranſitu, Mineruæ Ilienſi, βοῦς χιλίας mactaſſe.

Sane, rem diuinam facturos Perſas, neque Aras erexiſſe, neque ignem accendiſſe, neque Libamentis, Tibiis, Infulis, Vittiſve, aut Molis ſalſis, vſos, inuenio. Verum vt quiſque Diuis ſacra facere inſtituerat in locum purum, victimam ducens, Deum illum quem placare in animo habebat, operto capite, Corona, eaque præcipue Myrtea, Tiaræ circundata, inuocabat. Teſtis Herodot. lib. I. cuius ipſa verba, vt fides penes auctorem ſit, ponam: οὔτε βωμοὺς ποιεῦνται, οὔτε πῦρ ἀνακαίουσι, μέλλοντες θύειν. οὐ σπονδῇ χρέωνται, οὐχὶ αὐλῷ, οὐ στέμμασι, οὐχὶ οὐλῇσι. τῶν δὲ ὡς ἑκάστῳ θύειν θέλει, ἐς χῶρον καθαρὸν ἀγαγὼν τὸ κτῆνος, καλέει τὸν θεὸν, ἐστεφανωμένος τὴν Τιάραν μυρσίνῃ μάλιστα.

Coronatos ſacrificaſſe Perſas oſtendit Xenophon lib. III. παιδ. his verbis, Κῦρος μὲν ἐστεφανωμένος ἔθυε· παρήγγειλε δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις ὁμοτίμοις ἐστεφανωμένοις πρὸς τὰ ἱερὰ παρεῖναι. Hoſtiam quoque coronatam fuiſſe, indicat Strabo lib. XV. θύουσι δὲ, inquiens, ἐν καθαρῷ τόπῳ κατευξάμενοι, (ſic enim emendo) παραστησάμενοι τὸ ἱερεῖον ἐστεμμένον.

Quiſquis autem rem diuinam faciebat, non pro ſe priuatim, ſed pro populo faciebat: nec à Diis vt ſibi ſpeciatim bona tribuerent, petebat: verum, vt genti vniuerſæ bene eſſet,

ſauſtumque, felix ac ſalutare, Regi, populoque Perſico eſſet, optabat: nec aliter quam ſub communi & generali Perſarum nomine ipſius ſacrificantis perſona Dijs commendabatur. Appellatione enim Populi, eum quoque qui ſacra faceret contineri cenſebant. Omnibus certe ſacris, pro ſalute Regis vota nũcupabãtur. Hęc ita eſſe, Herodoti verba declarãt, quę ita habent: ἑαυτῷ μὲν δὴ τῷ θύοντι ἰδίῃ μούνῳ οὔ οἱ ἐγγίνεται ἀρᾶσθαι ἀγαθά· ὁ δὲ πᾶσι τοῖσι Πέρσῃσι κατεύχεται εὖ γίνεσθαι καὶ τῷ βασιλεῖ. ἐν γὰρ δὴ τοῖσι ἅπασι Πέρσῃσι καὶ αὐτὸς γίνεται.

Mactatæ vero hoſtiæ membratim proſectæ carnes Perſæ coquebant, molliſſimumque aliquod ac tenerrimum gramen, maxime vero Trifolium, ſubſternentes, ei carnes elixas imponebant. Magus autem ſacrificio adſtans, Theogoniam accinebat: ſiquidem hanc illi exiſtimabant eſſe incantationem: modico dein interuallo interpoſito, qui immolauerat, carnes auferebat, & iis veſcebatur vtebaturve pro vt ferebat animus. Auctor Herod. libro 1. cuius verba ſubieci, ἐπεὰν δὲ διαμυστίλας κατὰ μέρεα τὸ ἱρήϊον, ἑψήσῃ τὰ κρέα, ὑποπάσας ποίην ὡς ἁπαλωτάτην, μάλιστα δὲ τὸ τρίφυλλον, ἐπὶ ταύτης ἔθηκε ὦν πάντα κρέα. διαθέντος δὲ αὐτοῦ, μάγος ἀνὴρ παρεστεὼς ἐπαείδει θεογονίην. & mox. Ἐπισχὼν δὲ ὀλίγον χρόνον, ἀποφέρεται ὁ θύσας τὰ κρέα, καὶ χρᾶται ὅτι μιν ὁ λόγος αἱρέει. At Strabo libro xv. Magum qui ſacrum peragebat, membratim conſciſſas hoſtiæ carnes, in partes his qui intererant, tribuiſſe, ac ſua quemque parte accepta abiiſſe, ſcribit, nullo vel tantillo Diis relicto. Credebant enim Deos ſolam hoſtiæ animam velle: Omentique dumtaxat partem aliquam exiguam flammæ imponebant: vt quoſdam tradidiſſe, idem Strabo ſcribit, cuius verba de toto hoc ritu ſunt hæc, μελίσαντος δὲ τοῦ μάγου τὰ κρέα τοῦ ὑφηγουμένου τὴν ἱερουργίαν, ἀπιᾶσι διελόμενοι, τοῖς θεοῖς οὐδὲν ἀπονείμαντες μέρος· τῆς γὰρ ψυχῆς φασὶ τοῦ ἱερείου δεῖσθαι τὸν θεόν, ἄλλου δὲ οὐδενός. ὅμως δὲ τοῦ ἐπίπλου τι μικρὸν τιθέασι, ὡς λέγουσί, τινες ἐπὶ τὸ πῦρ. Quæ Strabonis verba Euſtath. in 1. Iliad. ſua fecit hoc modo: τῶν δὲ ἱερείων οἱ Μάγοι τὰ κρέα διελόμενοι, τοῖς θεοῖς οὐδὲν ἀπονέμον, λέγοντες, τῆς ψυχῆς τοῦ ἱερείου δεῖσθαι τὸν θεόν, ἄλλου δὲ οὐδενός· τοῦ δὲ ἐπίπλου μικρόν τι ἐπὶ τὸ πῦρ τιθέασιν.

Perſæ ergo honorem Diis, ſola victimarum cæde habebant: neque exta vlla iis dabant, cum nihil eorum Diis cor-

di eſſe cenſerent. Perſicum vero illum Omenti in flammis liquefaciendi ritum confirmat Catullus Epigrammate de Magis, cum ait:

*Gnatus vt accepto veneretur carmine diuos,*
*Omentum in flammis pingue liquefaciens.*

Hoſtias autem quas cædebant, interdum totas igne abſumebant; quod erat, ὁλοκαυτοῦν. Xenoph. lib. VIII. παιδ. ἐπεὶ δὲ ἀφίκοντο πρὸς τὰ τεμένη, ἔθυσαν τῷ Διῒ, καὶ ὡλοκαύτωσαν τοὺς ταύρους· ἔπειτα τῷ ἡλίῳ, καὶ ὡλοκαύτωσαν τοὺς ἵππους. Interdum vero partem dumtaxat cremabant: reliquas vero carnes epulis aſſeruabant. Idem Xenophon eodem lib. τοῖς δὲ νικῶσι πᾶσιν ἐδίδου βοῦς τε, ὅπως ἂν θύσαντες ἑστιῷντο. D. Hieronymus in Eſaiam, ca. LVI. *Differentiam hoſtiarum & Holocauſtorum in Leuitico plenius diſcimus. Holocauſta ſunt, quæ ſuper altare integra concremantur: Victimæ & Hoſtiæ, quarum pars offertur altari, pars ſacerdotibus traditur.*

Nec Superis Inferiſve tantum Diis, verumetiam Terreſtribus, & Semonibus, ſacra Perſæ faciebant. Hinc, Cyrum, poſtquam Ioui, Tauro; Soli, Equo, feciſſet: Telluri deinde Matri, atque Heroibus, hoſtias immolaſſe, Xenophō li. VIII. ita ſcribit, ἔπειτα Γῇ σφάξαντες, ὡς ἐξηγήσαντο οἱ Μάγοι, ἐποίησαν. ἔπειτα δὲ Ἥρωσι τοῖς Συρίαν ἔχουσι. Idem Xenophon lib. III. παιδ. de Cyro, συμπαρεκάλει δὲ καὶ Ἥρωας γῆς Μηδίας οἰκήτορας καὶ κηδεμόνας. Et mox, ἐπεὶ δὲ τάχιστα διέβη τὰ ὅρια ἐκεῖ αὖ καὶ Γῆν ἱλάσκετο χοαῖς, καὶ θεοὺς θυσίαις, καὶ Ἥρωας Ἀσσυρίας οἰκήτορας εὐμενίζετο. His etiam parentaſſe, inferiaſque miſiſſe Magos, Herodot. lib. VII. ſignificat his verbis, χοὰς δὲ οἱ μάγοι τοῖσι Ἥρωσι ἐχέαντο. Aliter autem Igni, aliter Aquæ ſacra feciſſe Perſas, Strabo libr. XV. ſcribit. Hoc enim valent prima eius clauſulæ quam integram ſubiici verba: quorum vim Interpres in ipſo limine impingens ignorauit: Διαφερόντως δὲ τῷ Πυρὶ καὶ τῷ Ὕδατι θύουσι· τῷ μὲν πυρὶ, προστιθέντες ξηρὰ ξύλα τοῦ λέπους χωρὶς, πιμελὴν ἐπιτιθέντες ἄνωθεν· εἶθ' ὑφάπτουσιν, ἔλαιον καταχέαντες, οὐ φυσῶντες, ἀλλὰ ῥαπίζοντες· τοὺς δὲ φυσήσαντας, ἢ νεκρὸν ἐπὶ πῦρ θέντας, ἢ βόλβιτον, θανατοῦσι· τῷ δὲ ὕδατι, ἐπὶ λίμνην ἢ ποταμὸν ἢ κρήνην ἐλθόντες, βόθρον ὀρύξαντες, εἰς τοῦτον σφαγιάζονται, φυλαττόμενοι μή τι τοῦ πλησίον ὕδατος αἱμαχθείη, ὡς μιανοῦντες. Εἶτ' ἐπὶ μυρρίνην ἢ δάφνην διαθέντες τὰ κρέα, ῥάβ-

δοις λεπτοῖς ἐφάπτονται οἱ Μάγοι, καὶ ἐπάδουσιν ἀποσπένδοντες ἔλαιον ὁμοῦ γάλακτι καὶ μέλιτι κεκραμένον, οὐκ εἰς πῦρ, οὐχ ὕδωρ, ἀλλ᾽ εἰς τοὔδαφος. τὰς δ᾽ ἐπῳδὰς ποιοῦνται πολὺν χρόνον ῥάβδων μυρικίνων λεπτὸν δεσμὸν κατέχοντες. Certis porro & ſollemnibus verbis, Perſas Igni ſacra facientes, vſos, Maxim. Tyr. Serm. XXXVIII. docet, θύουσι, inquiens, Πέρσαι Πυρὶ, ἐπιφορουῦντες αὐτῷ τὴν Πυρὸς τροφὴν, ἐπιλέγοντες, Πῦρ δέσποτα ἔσθιε quæ, an ille arbitrio ſuo finxerit, an ex ritualibus Perſicæ gentis libris hauſerit, in medio relinquo.

Ad ſacrorum etiam Perſicorum ritus, pertinent hæc Xenophontis lib. VIII. παιδ. verba de Cyro, ἔθυσε τὰ νομιζόμενα ἱερεῖα, καὶ τοῦ χοροῦ ἡγήσατο Πέρσαις κατὰ τὰ πάτρια.

Ceterum Perſas Ture Diis ſupplicaſſe, aut diuis ſuis Tura dediſſe, apud eos auctores qui res Perſicas litteris mandarunt, legere me non nemini. Proinde ad Perſarum Regem perductus Appollonius Tyaneus, iuſſuſque vna cum eo, patrio Perſarum more, ſacrificare, talibus dictis reſpondit, Σὺ μὲν ὦ βασιλεῦ, θύε τὸν σαυτοῦ τρόπον· ἐμοὶ δὲ, τὸν ἐμαυτοῦ συγχώρησον θῦσαι. καὶ δραξάμενος τοῦ λιβανωτοῦ, Solem precatus eſt, ac deinde, ἐφαπτόμενος τοῦ πυρὸς, ὅπῃ εὔσημόν τε καὶ καθαρὸν φαίνοιτο, Θύε ἔφη λοιπὸν, ὦ βασιλεῦ, κατὰ τὰ σαυτοῦ πάτρια· τὰ γὰρ πάτρια τἀμὰ τοιαῦτα, καὶ ἀνεχώρησε τῆς θυσίας, ὡς μὴ κοινωνοίη τοῦ αἵματος.

Vinum vero Perſas Patera Diis dediſſe, ex Athenæo colligitur, qui Perſica lingua, pateram hanc, CONDY, vocatam ſcribit libro. XI. eiuſque poculi formam ibidem exponit cui coniecturæ fauere videtur Claudianus lib. I. de laudib. Stilicon. his verſibus,

*——Rex ipſe micantem*
*Inclinat dextera Pateram, ſecretaque belli,*
*Et vaga teſtatur voluentem ſidera Mithrem.*

Xerxem quoque priuſquam in Græciam traiiceret, aurea phiala libaſſe, Votaque Soli feciſſe, vt quod in animo habebat, adgrediebaturque, bene verteret, ac deinde, Phialam in mare cum aureo Cratere & Acinace, abieciſſe, Herod. li. VII. narrat, ὡς δὲ ἐπανέτελλε ὁ ἥλιος, σπένδων ἐκ χρυσέης φιάλης Ξέρξης ἐς τὴν θάλασσαν, εὔχετο πρὸς τὸν Ἥλιον, μηδεμίαν οἱ συντυχίην τοιαύτην γενέσθαι, ἥ μιν παύσει καταστρέψασθαι τὴν Εὐρώπην, πρότερον

ἢ ἐπὶ τέρμασι τοῖσι ἐκείνης γένηται. εὐξάμενος δὲ, ἐσέβαλε τὴν φιάλην ἐς τὸν Ἑλλήσποντον, καὶ χρύσεον κρητῆρα, καὶ Περσικὸν ξίφος, τὸ ἀκινάκην καλέουσι.

Epulas etiam Diis libaſſe Perſas & velut cœnæ primitias iis dediſſe, docet Xenophon lib. VII. παιδ. ὁ δὲ Κῦρος, ὥσπερ εἰώθει ἐσθίων, ἀπαρξάμενος ἥκιστα, καὶ μετεδίδου ἀεὶ τῷ μάλιστα δεομένῳ. καὶ σπείσας καὶ εὐξάμενος, ἔπιε, καὶ οἱ ἄλλοι δὲ οἱ περὶ αὐτὸν, οὕτως ἐποίουν. Sane cum Alexandri pedibus, vnus ex Regiis pueris, menſem quæ Darij fuerat, ſubdidiſſet, inde ſpadonem ingemuiſſe, Curtius lib. v. refert. Quod conſpicatus Alexander, cauſam mæſtitiæ requiſiuit. *Ille indicat, Darium veſci in ea ſolitum, ſeque ſacram eius menſam ad ludibrium recidentem ſine lachrymis conſpicere non poſſe. Subiit ergo Regem verecundia violandi hoſpitales Deos: iamque ſubduci iubebat, cum Philotas, Minime vero feceris Rex, ſed omen quoque accipe, menſam ex qua libauit hoſtis epulas, tuis pedibus ſubiectam eſſe.*

Poſtremo, Perſæ, cum nihil rite nihilque prouidenter homines, ſine Deorum ope, conſilio, honore, auſpicari crederent, omnium rerum agendarum initium à patriorum Deorum inuocatione capiebant: vt Cyri exemplis Xenophon non ſemel teſtatur. Sic Xerxes expeditionem aduerſus Græcos parans, apud Herod. lib. VII. νῦν δὲ, ait, διαβαίνομεν, ἐπευξάμενοι τοῖσι θεοῖσι, τοὶ Περσίδα γῆν λελόγχασι.

Iam vero ſacra omnia, priuataque, obibant Magi: nec vllum abſque eorum interuentu rite ſacrificium peragebatur. Herodot. lib. I. ἄνευ γὰρ δὴ Μάγου, οὔσφι νόμος ἐστὶ θυσίας ποιέεσθαι. Ammian. Marcellin. lib. XXIII. de Magorum genere agens, *Eius, ait, myſteriis, Perſicæ poteſtates, in rebus faciendis diuinis, ſolemniter vtebantur. Eratque piaculum, aras adire, vel hoſtiam contrectare, antequam Magus, conceptis precationibus, libamenta diffunderet præcurſoria.* Claudianus libro primo de laudibus Stiliconis.

*Rituque, Iuuences,*

*Chaldæo, ſtrauere Magi.* Magi plane Regibus ac populo præibant, quibuſnam Diuis, quoque modo, res diuina facienda eſſet: quod Græci ἐξηγεῖσθαι & ὑφηγεῖσθαι dicunt. Xenophon lib. VIII. σφάξαντες οἷς ἐξηγήσαντο οἱ Μάγοι. Idem Xenophon lib. VII. παιδ. τοὺς δ' ἐκέλευσεν, ὁπότε παραδοίη Κροῖσος χρήματα,

ματα, πρῶτον μὲ͂ν τοῖς θεοῖς ἐξελῶν, ὁποῖα ἂν οἱ Μάγοι ἐξηγῶνται. Et aliâs eodem lib. ἐπεὶ δ' εἰσῆλθεν ὁ Κῦρος, πρῶτον μὲ͂ν Ἑστίᾳ ἔθυσεν, ἔπειτα Διὶ βασιλεῖ, καὶ εἴ τινι ἄλλῳ θεῷ οἱ Μάγοι ἐξηγοῦντο. Strabo lib. xv. τ͂ Μάγου ὑφηγουμένου τὴν ἱερουργίαν. Idem lib. xv. de Calano Indo, συνακολουθῆσαι γὰρ αὐτὸν, ὡς ἱστοριᾳσὶν τ͂ βασιλέως ἔξω τ͂ Ἰνδικῆς ὅρων παρὰ τὸ κοινὸν ἔθος τ͂ ἐκεῖ φιλοσόφων. ἐκείνους γὰρ συνεῖναι τοῖς αὐτόθι βασιλεῦσιν, ὑφηγουμένους τὰ περὶ τοὺς θεοὺς, ὡς τοὺς Μάγους τοῖς Πέρσαις.

Secundum quæ, Perſarum Regi ſacrificanti Magi adſtant, apud Philoſtratum lib. I. de Vita Apollon. non ſecus ac Cyro, apud Xenophont. lib. VIII. παιδ. quo loci, narrans, Cyrum cum res ſecundæ erant maxime, tum maxime meditatum, pium ſe Deorum cultorem oſtendere, adiicit, καὶ τότε πρῶτον κατεςάθησαν οἱ μάγοι ὑμνεῖν τε ἀεὶ ἅμα τῇ ἡμέρᾳ τοὺς θεοὺς, καὶ θύειν ἀν' ἑκάστην ἡμέραν οἷς οἱ Μάγοι θεοῖς ἐποίουν.

Magos autem ſapientiæ ſtudiis, & rerum diuinarum notitia, Perſis præluxiſſe: vt apud alias gẽtes, Druidas, Gymnoſophiſtas, Brachmanas, Strabo libr. v. & Diogenes Laert. in prœmio libro quos de vitis Philoſophorum cõſcripſit, tradunt. Apuleius Apologia. I. *Nam ſi quod ego apud plurimos lego, Perſarum lingua* M A G V S *eſt, qui noſtra, Sacerdos, quod tandem eſt crimen ſacerdotem eſſe? & rite noſſe, atque ſcire, atque callere, leges cerimoniarum, fas ſacrorum, ius religionum? Siquidem Magia id eſt, quod Plato interpretatur,* θεῶν θεραπείαν, *cum commemorat quibuſnam diſciplinis, puerum Regium adoleſcentem Perſæ imbuant.* Suidas, Μάγοι, παρὰ Πέρσαις, οἱ φιλόσοφοι καὶ φιλόθεοι. Heſych. τὸν θεοσεβῆ, καὶ θεολόγον, καὶ ἱερέα, *Magum* à Perſis vocatum: Theodor. libro quinto hiſt. Eccleſ. cap. XXXIX. τοὺς τὰ στοιχεῖα θεοποιοῦντας, à Perſis *Magos* appellari. Eos τὴν Περσῶν θρησκείαν, ὥσπερ τι φῦλον καὶ ἱερατικὸν, κατ' διαδοχὴν γένους ἀρχῆθεν ἐπιτετραμμένους, Sozomenus lib. II. hiſtor Eccleſ. cap. VIII. ſcribit, Appianus lib. II. de bellis ciuilib. Ἀλέξανδρος ἐξελάσας τοὺς Βραχμάνας, οἳ δοκοῦσιν Ἰνδῶν εἶναι μετεωρολόγοι τε καὶ σοφοί, καθὰ Περσῶν οἱ Μάγοι.

Sane Magorum ſcitis omnia publica priuataque ſacra ſubiiciebantur: vt eſſet quo conſultum, plebs veniret, ne quid diuini iuris, negligendo patrios ritus, peregrinoſque adſciſcendo, turbaretur. *Nyctegreto* autem herba, quæ &



BIBLIOTECA NAZ. VITT. EM. ROMA

*Chenonychos* appellatur, *Magos, Parthorumque Reges vti ad vota ſuſpicienda*, Plinius, lib. xxi. cap. xi. tradit. Ipſos etiam Reges, Magorum ſacris initiatos fuiſſe, Cic. lib. i. de Diuinat. ſcribit. Dio Chriſoſt. Orat. xlix. Magos Regibus à conſiliis fuiſſe ait, ὅτι τῆς φύσεως ἦσαν ἔμπειροι, καὶ τοὺς θεοὺς εἴδεσαν ὡς δεῖ θεραπεύειν. Magos vtique à Cambyſe ſuſcepiſſe τὰ Περσῶν βασίλεια ὅτε εἰς τὴν Αἴγυπτον ἐστρατεύετο, Dio Chryſoſt. Orat. de Fide, refert. Vnde *Magos* Regiarum ædium cuſtodes Conſtantinus Manaſſes appellat. Plin. lib. xxx. cap. i. de Magica arte tractans, *In tantum*, ait, *faſtigis adoleuit, vt hodieque etiam in magna parte gentiũ præualeat, & in Oriente, Regũ Regibus imperet*. Auctoritate quoque & gratia apud Reges plurimum Magos valuiſſe, Socrates lib. vii. hiſtor. Eccleſiaſtic. cap. viii. ſcribit. Nec non Diuus Hieron. in Danielis cap. ii. *Magos Philoſophos fuiſſe Chaldæorum, & ad artis eorum ſcientiam, Reges & Principes eiuſdem gentis omnia facere*, tradit.

Denique maximo Magos olim in pretio & honore apud Perſas fuiſſe, Euſtathius in Commentariis Dionyſij de ſitu orbis, ſcribit. Quin & Agathias, lib. ii. ſuis etiamnum temporibus, Perſas, ſumma obſeruantia ac veneratione Magos ſuos coluiſſe: eorum conſilio ac vaticiniis omnia publica negotia geſta: de conſilij eorum ſententia, bene de Repub. meritis, præmia decreta: nocentibus, contra, pœnas irrogatas ſcribit, proindeque cognitionibus Principum ac Magiſtratuum interfuiſſe, nec quidquam iuſtum, licitum, legitimũve habitum, quod non eſſet eorum ſententiis comprobatum. Suidas, Μαγική. ταύτην ἐφεῦρον Μῆδοι καὶ Πέρσαι· ἡ διαφέρουσα τῆς γοητείας καὶ αὐτῆς φαρμακείας.

Magorum vero ortum, progreſſum, incrementa, nemo melius Ammiano Marcellino expoſuit. Is enim lib. xxiii. poſtquam, ex Platone, MAGIAM *diuinorum incorruptiſsimum cultum* definit, addit: *Cui ſcientiæ, ſæculis priſcis, multa ex Chaldæorum arcanis, Bactrianus addidit Zoroaſtres: deinde* Hyſtaſpes, *prudentiſsimus Darij pater, qui cum ſuperioris Indiæ ſecreta fidentius penetraret, ad nemoroſam quandam venerat ſolitudinem, cuius tranquillis ſilentiis præcelſa Bracmanorum ingenia potiuntur: eorumque monitu, rationes mundani motus & ſiderum, puroſque ſacrorum ritus, quantum colligere potuit, eruditus, ex his quæ didicit, aliqua ſenſibus*

*Magorum infudit: quæ illi, cum diſciplinis præſentiendi futura, per ſuam quiſque progeniem, poſteris ætatibus tradunt. Ex eo, per ſæcula multa, ad præſens, vna eademque proſapia multitudo creata, Deorum cultibus dedicatur.* Cuius Magorum originis apud veteres numerus erat exilis; verum, vt ibidem Ammian. Marcellin. *aucti paulatim, in amplitudinem gentis ſolidæ conceſſerunt & nomen: villaſque inhabitantes nulla murorum firmitudine communitas, & legibus ſuis vti permiſſi, religionis reſpectu ſunt honorati.* Plin. lib. xxx. capite primo Magicam, ſine dubio, ortam in Perſide à Zoroaſtre, inter auctores conuenire ait. *Sed vnusne hic fuerit, an poſtea & alius, non ſatis conſtat. Eudoxus, qui inter ſapientiæ ſectas, clariſſimam vtiliſſimamque eam intelligi voluit, Zoroaſtrem hunc ſex millibus annorum ante Platonis mortem fuiſſe prodidit. Sic & Ariſtoteles. Hermippus qui de tota ea arte diligentiſſime ſcripſit, & vicies centum millia verſuum à Zoroaſtre condita, indicibus quoque voluminum eius poſitis, explanauit, præceptorem, à quo inſtitutum diceret, tradidit Azonacem, ipſum vero quinque millibus annorum ante* Troianum bellum *fuiſſe.* Et paulo poſt, *Primus extat (vt equidem inuenio) commentatus de ea Oſthanes, Xerxem Regem Perſarum bello, quod is Græciæ intulit, comitatus, ac velut ſemina artis portentoſæ ſparſiſſe, obiter infecto, quacunque commeauerat, mundo. Diligentiores paulo ante hunc ponunt Zoroaſtrem alium Proconneſium. Quod certum eſt, hic maxime Oſthanes ad rabiem, non auiditatem modo ſcientiæ eius, Græcorum populos egit:* Ac demum, *non leuem & Alexandri magni temporibus auctoritatem addit profeſſioni ſecundus Othanes, comitatu eius exornatus, planeque, quod nemo dubitet, orbem terrarum peragrauit.* Clemens libro quarto Recognition. Perſas genus ſuum ducere ab vno ex filiis Cham, qui *Meſraim* appellabatur, quem poſt obitum, *Zoroaſtrem*, hoc eſt viuum ſidus, nominauere: Eum autem, igne à dæmone immiſſo, crematum, tradit: cineres lectos, & ad Perſas delatos, vt ab iis, tanquam cœlo in terras delapſus ignis, perpetuis ſeruaretur excubiis, ac pro Deo coleretur. Plutarch. in libro. de Iſide & Oſiride, poſt relatam eorum ſententiam qui duos eſſe Deos credebāt quaſi aduerſarios & ἀντιτέχνους: quorum alter Bona, alter Mala, operaretur, illumque, *Deum*; hunc, *Dæmonem*, appellabant: idem & ſenſiſſe Zoroaſtrem ait: qui ἐκάλει τὸν μὲν (vi-

delicet Bonum Genium) Ὡρομάζην, ſeu Ὡρομάσδην. τὸν δὲ, ſcilicet malum Genium, Ἀρειμάνιον. μέσον δὲ ἀμφοῖν, τὸν Μίθρην εἶναι. διὸ καὶ Μίθρην Πέρσαι τὸν μεσίτην ὀνομάζουσιν. Ac illi quidem, votorum ſoluendorum & gratiarum agendarum cauſa, felices; huic contra, malorum auerruncandorum cauſa, diras & furuas hoſtias mactandas dicebat. A quo edocti Magi, vt ibidem refert, herbam quandam Ομωμι appellatam, in mortario tundentes, Ditem inuocabant & tenebras: deinde, admixto lupi iugulati ſanguine efferebant & abiiciebant in locum obſcurum & quo ſolis radii non pertingerent. Quin & de Stirpibus, & de Beſtiis ita opinanabantur, alias τοῦ Ἀγαθοῦ Θεοῦ, alias, τοῦ κακοῦ Δαίμονος εἶναι. Alia præterea multa de Oromaſde & Arimane fabuloſa, ab iis narrari ſubiicit.

Suidas etiam, Zoroaſtrem ipſius Magorum appellationis auctorem facit, Ζωροάστρης, inquiens, Περσομήδης· ὃς πρῶτος ἤρξατο τοῦ παρ᾽ αὐτοῖς πολιτευσαμένου ὀνόματος τῶν Μάγων.

Totam autem Magorum doctrinam Diogenes Laertius in Prooemio librorum quos de vitis philoſophorum conſcripſit, paucis complectitur, hoc modo: τοὺς δὲ Μάγους περί τε θεραπείας θεῶν διατρίβειν, καὶ θυσίας καὶ εὐχὰς, ὡς αὐτοὺς μόνους ἀκουομένους: ἀποφαίνεσθαί τε περί τε οὐσίας θεῶν καὶ γενέσεως, οὓς καὶ πῦρ εἶναι καὶ γῆν καὶ ὕδωρ· τῶν δὲ ξοάνων καταγινώσκειν, καὶ μάλιστα τῶν λεγόντων ἄρρενας εἶναι θεοὺς καὶ θηλείας· περί τε δικαιοσύνης λόγους ποιεῖσθαι. καὶ ἀνόσιον ἡγεῖσθαι πυρὶ θάπτειν· καὶ ὅσιον νομίζειν μητρὶ ἢ θυγατρὶ μίγνυσθαι, ὡς ἐν τῷ εἰκοστῷ τρίτῳ φησὶν ὁ Σωτίων. ἀσκεῖν τε καὶ μαντικὴν, καὶ πρόρρησιν, καὶ αὐτοὺς θεοὺς ἐμφανίζεσθαι λέγοντας· ἀλλὰ καὶ εἰδώλων πλήρη εἶναι τὸν ἀέρα, κατ᾽ ἀπόρροιαν ὑπὸ ἀναθυμιάσεως εἰσκρινομένων ταῖς ὄψεσι τῶν ὀξυδερκῶν. προκοσμήματά τε καὶ χρυσοφορίας ἀπαγορεύειν. τούτων δὲ ἐσθὴς μὲν, λευκὴ στιβὰς δὲ, εὐνή· καὶ λάχανον τροφὴ, τυρός τε καὶ ἄρτος εὐτελής· καὶ κάλαμος, ἡ βακτηρία· ᾧ κεντοῦντες (φασὶ) τοῦ τυροῦ, ἀνῃροῦντο καὶ ἀπήσθιον. τὴν δὲ γοητικὴν μαντείαν οὐδ᾽ ἔγνωσαν, φησὶν Ἀριστοτέλης ἐν τῷ Μαγικῷ, καὶ Δείνων ἐν τῇ πέμπτῃ τῶν ἱστοριῶν. Subiicit deinde Laertius ex Dinonis v. hiſtoriar. Ariſtotelis li. I. de Philoſophia, Hermippo lib. I. de Magis, Eudoxo ἐν περιόδῳ, Theopōpo lib. VIII. Philippicor. & Eudemo Rhodio, duo, Magos principia ſtatuiſſe, Ἀγαθὸν δαίμονα καὶ Κακὸν,

illum, Iouem, & OROMASDEM. hunc, Ditem & ARIMANEM, appellari. Magos præterea cenſuiſſe, mortales quandoque reuicturos, & ſempiterno æuo fruituros, καὶ ἔσεσθαι ἀθανάτους, καὶ τὰ ὄντα ταῖς αὐτῶν ἐπικλήσεσι διαμένειν. Credidiſſe etiam eos, γεννητοὺς τοὺς θεούς. Denique eos qui de Magorum diſciplina ſcripſerant, Herodotum mendacij inſimulaſſe ait. Neque enim iacula in Solem, miſiſſe Xerxem, vt ille memoriæ prodidit, nec compedes Mari iniceiſſe: propterea quod à Magis, numinum loco, Sol & Aqua, colerentur. Ex quibus perſpicue apparet, Magos Perſis, falſa illa ſua numina colendi, auctores fuiſſe. Clemens Alexandr. in προτρεπτικῷ: Περσῶν δὲ οἱ Μάγοι, τὸ Πῦρ τετιμήκασι. Et mox, εἰ μοι Σαυρομάτας καταλέγειν, οὓς Νυμφόδωρος ἐν Νομίμοις βαρβαρικοῖς, τὸ Πῦρ σέβειν ἱστορεῖ; ἢ τοὺς Πέρσας καὶ τοὺς Μήδους, καὶ τοὺς Μάγους; θύειν ἐν ὑπαίθρῳ τούτους ὁ Δίνων λέγει, θεῶν ἀγάλματα μόνα τὸ Πῦρ καὶ Ὕδωρ, νομίζοντας. Vitruuius in Præfatione lib. VIII. *Thales Mileſius omnium rerum principium, Aquam, eſt profeſſus: Heraclius, Ignem: Magorum ſacerdotes, Aquam & Ignem.* Perſas etiam πυρὶ θύειν, vt Ægyptios ὕδατι, Lucian. in Ioue Tragœdo ſcribit. Epiph. lib. III. contra hæreſ. cap. vlt. παρὰ Πέρσαις, Μαγουσαῖοι καλούμενοι, οἱ εἴδωλα μὲν βδελυττόμενοι, εἰ δώλοις δὲ προσκυνοῦντες. Πυρὶ καὶ Σελήνῃ, καὶ Ἡλίῳ. Vnde, Tyridatem qui Armeniacum de ſe triumphum adferens, ad Neronem venit; cum Magus eſſet, nauigare noluiſſe, Plin. lib. XXX. cap. II. refert, quoniam *exſpuere in Maria, aliiſque mortalium neceſſitatibus violare naturam eam, fas non putant.*

Conuenienter etiam iis quæ à Laertio traduntur, Agathias lib. II. Perſas, duo prima rerum omnium principia ſtatuere: vnum Bonum, & optima quæque gignens: alterum, perniciosum, ac peſſimum: ac Bonum quidem Deum, ſeu Creatorem, OROMASDEM; (ſic enim emendo) Cacodæmonem vero, ARIMANEM, ab illis appellari, tradit. Apud Plutarchum in Alexandro, Eunuchus cubicularius ad Darium, οὐδὲ ἔχεις αἰτιάσασθαι τὸν πονηρὸν Δαίμονα Περσῶν.

Signa quidem & ſimulacra Deorum, ex diſciplinæ inſtituto, Magos euertiſſe, inter omnes conſtitiſſe, Laertius tradit. Eodemque teſte, ab his Magis Gymnoſophiſtas originem traxiſſe, Clearchus libro I. περὶ παιδείας, tradiderat.

Ægyptiis etiam antiquiores eſſe, Ariſtoteles lib. I. de Philoſophia ſcripſerat. A Sacerdotibus vtique Ægyptiis hoc differebant, quod nullius animantis cæde ſeſe Magi polluebant: præterea dumtaxat, quæ Diis immolabant, cum Ægyptij ſuis manibus quidvis, homine ac cane exceptis, occiderent.

Quædam etiam Magorum arcana aperit Dio Chryſoſtom. Orat. Boryſthenica: quæ ſubiungere, vel ea maxime gratia, è re eſſe cenſui, quod illos Ioui Solique ſacros currus, quos in pompa traduci, apud Perſas, conſueuiſſe, ex Herodoto, Xenophonte, & Curtio, liquet, myſticum quendam habuiſſe ſenſum inde intelligere licet. Primum autem Dio, Zoroaſtrem, à quo Magi originem repetunt, ſapientiæ iuſtitiæque amore captum atque incenſum, à vulgi conſuetudine ſeſe ſubtraxiſſe, ac ſeceſſiſſe in montem: ibique ſeorſim per aliquod tempus ætatem egiſſe, ponit. Deinde habitatione illa relicta, perpetuo Igne, cælitus delapſo & immiſſo coruſcum, ardentemque, conſpiciendum ſe præbuiſſe, copiamque ſuffeciſſe, non paſſim quidem omnibus, verum dumtaxat τοῖς ἄριστα πρὸς ἀλήθειαν πεφυκόσι, καὶ τοῦ θεοῦ συνιέναι δυναμένοις, οὓς Πέρσαι Μάγους ἐκάλεσαν, ἐπισταμένους θεραπεύειν τὸ δαιμόνιον, οὐχ ὡς Ἕλληνες ἀγνοίᾳ τοῦ ὀνόματος οὕτως ὀνομάζουσιν αὐτοὺς γόητας· ἐκεῖνοι δὲ τά τε ἄλλα δρῶσι κατὰ λόγους ἱερούς, καὶ δὴ τῷ Διῒ τρέφουσιν ἅρμα Νισαίων ἵππων. Et mox, τῷ δέ γε Ἡλίῳ ἕνα ἵππον. ἐξηγοῦνται δὲ τὸν μῦθον, οὐχ ὥσπερ οἱ παρ' ἡμῖν Προφῆται τῶν Μουσῶν, ἕκαστα φράζουσι, μετὰ πολλῆς πειθοῦς· ἀλλὰ μάλα αὐθαδῶς, εἶναι γὰρ δὴ τοῦδε ξύμπαντος, μίαν ἀγωγήν τε καὶ ἡνιόχησιν, ὑπὸ τῆς ἄκρας ἐμπειρίας τε καὶ ῥώμης γιγνομένην ἀεί, καὶ ταύτην ἄπαυστον, ἐν ἀπαύστοις αἰῶνος περιόδοις. τοὺς δὲ Ἡλίου καὶ Σελήνης δρόμους, καθάπερ ἵππων, μερῶν εἶναι κινήσεις· ὅθεν ὑπ' αὐτῶν ὁρᾶσθαι σαφέστερον. τῆς δὲ τοῦ ξύμπαντος κινήσεως καὶ φορᾶς, μὴ ξυνιέναι τοὺς πολλούς, ἀλλ' ἀγνοεῖν τὸ μέγεθος τοῦδε τοῦ ἀγῶνος. Philo Iudæus lib. ὅτι πᾶς σπουδαῖος ἐλεύθερος, Perſarum Magos ita commendat, τὰ φύσεως ἔργα διερευνώμενοι πρὸς ἐπίγνωσιν ἀληθείας, καθ' ἡσυχίαν τὰς θείας ἀρετὰς τρανοτέραις ἐμφάσεσιν, ἱεροφαντοῦνταί τε, καὶ ἱεροφαντοῦσι. Cic. lib. I. Tuſculanar. quæſtion. *Magorum mos eſt, non humare corpora, niſi à feris ſint antea laniata*

Futura vero prædixiſſe, Deorumque voluntatem prodidiſſe Magos, vel vnus Cicero lib. I. de Diuinatione, locuples teſtis eſſet. *In Perſis, ait ille, augurantur & diuinant Magi: qui congregantur in fanis, commentandi cauſa atque inter ſe colloquendi.* Strabo lib. XVI. priſcis temporibus Μάντεις, ſeu Vates, in pretio fuiſſe ſcribit, cuiuſmodi erant Magi apud Perſas: παρὰ δὲ τοῖς Πέρσαις, ait, οἱ Μάγοι καὶ νεκυομάντεις, καὶ ἔτι οἱ λεγόμενοι λεκανομάντεις, καὶ ὑδρομάντεις. Ælian. lib. II. Var. hiſt. cap. XVII. ἡ τῶν ἐν Πέρσαις Μάγων σοφία, τά τε ἄλλα οἶδεν ὁπόσα αὐτοῖς εἰδέναι θέμις, καὶ οὖν καὶ μαντεύεσθαι. Vnde Lucian. ἐν μακροβίοις, Magos vocat γένος μαντικὸν καὶ θεοῖς ἀνακείμενον. Cicero lib. I. de Diuinat. *Quid ergo, quæ Magi Cyro illi principi interpretati ſunt, ex Dionyſij Perſici libris proferam? Nam cum dormienti ei Sol ad pedes viſus eſſet, ter eum ſcribit fruſtra appetiuiſſe manibus, cum ſe conuoluens Sol elaberetur, & abiret: ei Magos dixiſſe, quod genus ſapientum & doctorum, habebatur in Perſis, ex triplici appellatione Solis, triginta annos Cyrum regnaturum eſſe portendi: quod ita contigit: nam ad ſeptuageſimum peruenit, cum quadraginta natus annos regnare cœpiſſet.* Herba autem *Theangelide pota, Magos diuinaſſe,* Plin. lib. XXIIII. cap. XVII. tradit. Ibidemque de Aglaophonti herba, quæ & Marmaritis, ait, *Magos vtique ea vti, cum velint Deos euocare.*

Magos etiam ex notis corporis prædixiſſe, Velleius Patercul. lib. II. ait.

Magos quoque de prodigiis & oſtentis conſultos, indicio eſt quod Valer. Max. lib. I. cap. VII. de Xerxe refert, *prius quam Athenas deleret, Lacedæmonis inuadendæ conſilia agitanti, admirabile inter cœnam prodigium incidit. Infuſum namque pateræ eius vinum, nec ſemel, ſed iterum ac tertio, in ſanguinem verſum eſt. Qua de re conſulti Magi, monuerunt, vt ab incepto abſtineret.*

Horum & ſobrietatem & abſtinentiam continentiamque vetuſtas prædicat. D. Hieronymus aduerſus Iouinianum lib. II. *Eubulus quoque, qui hiſtoriam Mithræ multis voluminibus explicuit, narrat, apud Perſas, tria genera Magorum; quorum primos, qui ſint doctiſsimi & eloquentiſsimi, excepta farina & olere, nihil amplius in cibo ſumere.* Clemens Alexandrin. lib. III. ςρωματ. Αμέλει διὰ φροντίδος ἐστὶ καὶ τοῖς Μάγοις, οἴνου τε ὁμοῦ καὶ ἐμψύχων καὶ ἀφροδισίων ἀπέχεσθαι. Ob eam certe victus ra-

tionem & ſobrietatem, ætatem eos in longos annos produ-xiſſe, Lucianus in Macrobiis ſcribit. Ac plane Strabo lib. xv. eos σεμνοῦ τινος βίου ζηλωτὰς appellat.

Non alios vero Magis quam indigenas, & Perſide ortos, doctrina ſua, niſi Regis permiſſu, imbuebant, quemadmodum Philoſtr. in Protagora docet, cum ait, οὐ γὰρ παιδεύουσι τοὺς μὴ Πέρσας οἱ Πέρσαι Μάγοι, ἢν μὴ ὁ βασιλεὺς ἐφῇ.

Atque hos Perſarum Magos, Pythagoras adiiſſe fertur, beatæ vitæ comparandæ cauſa, cuius cupiditate incredibili ardebat, vt Cicero lib. v. de Finib. ſcribit. Plin. lib. xxx. cap. i. in Magices commendatione, *Certe Pythagoras, Empedocles, Democritus, Plato, ad hanc diſcendam nauigauere, exiliis verius quam peregrinationibus ſuſceptis. Hanc reuerſi prædicauere, hanc in arcanis habuere. Democritus, Apollonicem Captidenem, & Dardanum è Phœnice illuſtrauit, voluminibus Dardani in ſepulcrum eius petitis, ſuis vero ex diſciplina eorum editis.* Democritum vtique poſt Pythagoram, *Magorum ſtudioſiſsimum*, idem Plinius lib. xxxiiii. cap. xvii. vocat. Apollonius etiam Tyaneus, hanc ſibi in Perſide, morandi, cum ad Indos iter haberet, cauſam fuiſſe aiebat, cum vt Regem intueretur, tum, σοφίας, ἥ τε ἐστὶ Πέρσαις ἐπιχώριος, μελετωμένη Μάγοις ἀνδράσιν, χρηστῶν δεόμενος, εἰ τὰ θεῖα, ὡς λέγονται, σοφοί εἰσιν. Idemque aliquamdiu cum iis conuerſatus, poſt multa, bis in die, videlicet meridie, & circa medias noctes, habita colloquia, cum eſſet ex eo quæſitum quid de iis ſentiret, reſpondiſſe fertur, Σοφοὶ μὲν, ἀλλ᾽ οὐ πάντα. Vtrunque Philoſtrat. lib. v. de Vita Apollonij, ſcribit.

Porro apud Perſas, Mulierum quoque ſacerdotia erant. Mulieres autem quæ in Sacerdotium Solis legebantur: caſte continenterque viuebant: eiſque perpetua ab omnibus viris pudicitia imperabatur. Iuſtinus lib. x. & Plutarchus in Artaxerxe memorant: qui in hac quidem continentia temperantiaque lege congruunt: verum in eo diſcrepant, quod ille, *Solis* ſacerdotibus; hic, *Dianæ* quæ Ecbatanis, Ἀναίτης nomine, colebatur, hanc pudicitiæ legem dictam ait.

Perſas vero feſtos dies aliquos egiſſe dubium non eſt. Nam & annua feſtiuitate celebraſſe eos MAGOPHONIA, id eſt, diem quo Magi imperij incubatores & vſurpatores, à Septemuiris Perſis interfecti fuere, Herodot. lib. iii. &

Agathias lib. II. narrant. Natales etiam Regum dies vt ſupra ex Platonis Alcibiade I. docuimus, feſti Perſis erant. Suum etiam quiſque natalem magna lætitia & feſtiuitate, genio plus ſolito indulgens, tranſigebat, vt Herodot. lib. I. tradit his verbis, ἡμέρην δὲ ἁπασέων μάλιστα ἐκείνην τιμᾶν νομίζουσι τῇ ἕκαστος ἐγένετο. ἐν ταύτῃ δὲ πλέω δαῖτα τῶν ἄλλων δικαιεῦσι προτίθεσθαι ἐν τῇ, οἱ εὐδαίμονες αὐτῶν, βοῦν καὶ ἵππον καὶ κάμηλον καὶ ὄνον προτιθέαται, ὅλους ὀπτοὺς ἐν καμίνοισι· οἱ δὲ πένητες αὐτέων, τὰ λεπτὰ τῶν προβάτων προτιθέαται.

Mithræ etiam quoſdam dies dicatos fuiſſe, quibus Regi, vino ſe onerare, fas erat: ſaltare vero vni illi conceſſum, Athenæus docet, ex Duridis hiſtoriar. VII. citans hæc, Ἐν μόνῃ τῶν ἑορτῶν τῶν ἀγομένων ὑπὸ Περσῶν τῷ Μίθρῃ, Βασιλεὺς μεθύσκεται, καὶ τὸ Περσικὸν ὀρχεῖται. Ex eodem genere erat etiam Saccarum feſtum, quod à Dione Chryſoſtomo, Orat. IIII: de Regno deſcribitur: in qua, Diogenes Alexandrum alloquens, ait, οὐκ ἐννενόηκας τῶν Σακκῶν ἑορτὴν, ἣν Πέρσαι ἄγουσιν· λαβόντες τῶν δεσμωτῶν ἕνα τῶν ἐπὶ θανάτῳ, καθίζουσιν εἰς τὸν θρόνον τοῦ βασιλέως, καὶ τὴν ἐσθῆτα διδόασιν αὐτῷ τὴν αὐτὴν, καὶ τρυφᾶν, καὶ ταῖς παλλακαῖς χρῆσθαι, τὰς ἡμέρας ἐκείνας, ταῖς βασιλέως· καὶ οὐδεὶς οὐδὲν αὐτὸν κωλύει ποιεῖν ὧν βούλεται· μετὰ δὲ ταῦτα, ἀποδύσαντες καὶ μαστιγώσαντες, ἐκρέμασαν. Quod ludicrum ſeriam admonitionem in ſe continere docet, ὅτι πολλάκις ἀνόητοι ἄνθρωποι, καὶ πονηροὶ, τῆς ἐξουσίας ταύτης (videlicet Regalis,) καὶ τοῦ ὀνόματος τυγχάνουσιν· ἔπειτα χρόνον τινὰ ὑβρίσαντες, αἴσχιστα καὶ τάχιστα ἀπόλλυνται. οὐκοῦν τότε ἐπειδὰν τὸν ἄνθρωπον ἐκ τῶν δεσμῶν, εἰκὸς ἐστὶν, τὸν μὲν ἀνόητον καὶ ἄπειρον τοῦ πράγματος, χαίρειν καὶ μακαρίζειν ἑαυτὸν τοῖς γιγνομένοις· τὸν δὲ εἰδότα, ὀδύρεσθαι, καὶ μὴ θέλειν ἑκόντα συνακολουθεῖν, ἀλλὰ μᾶλλον ὥσπερ εἶχε, μένειν ἐν ταῖς πέδαις. Hoc etiam Saccarum feſto, æque ac Saturnalibus, ſeruos veſte, quæ Regali haud diſſimilis eſſet, indutos, per quinque dies dominis imperaſſe, totique familiæ præfuiſſe, Athenæus lib. XII. ita ex Beroſo narrat, Βήρωσος δ' ἐν πρώτῳ Βαβυλωνιακῶν, τῷ λώῳ, φησὶ, μηνὶ, ἑκκαιδεκάτῃ, ἄγεσθαι ἑορτὴν, Σακέας προσαγορευομένην, ἐν Βαβυλῶνι ἐπὶ ἡμέρας πέντε· ἐν αἷς ἔθος εἶναι ἄρχεσθαι τοὺς δεσπότας ὑπὸ τῶν οἰκετῶν, ἀφηγεῖσθαί τε τῆς οἰκίας ἕνα αὐτῶν ἐνδεδυκότα στολὴν ὁμοίαν τῇ βασιλικῇ· ὃν καὶ καλεῖσθαι Ζωγάνην. Cuius feſti

etiam à Cteſia in Perſicis mentionem fieri ſcribit.

Inter eos autem feſtos dies, qui ſua ætate in Perſide celebrabantur, præcipuum illum fuiſſe, Agathias lib. II. ſcribit, quem *Vitiorum interitum* vocabant: in quo, Serpentium & venenatorum, necnon ferarum beſtiarum, pleraque interficiebant, & Magis offerebant, pro inſigni pietatis argumento: hac via gratam ſe rem bonis Diis, moleſtam vero læuis numinibus, facere credentes.

Nec ſtatas tantum & ſollemnes Ferias, verumetiam repentinas, & quæ extra ordinem, Regum iuſſu & imperio indicebantur, Perſæ habebant: quales, Artaxerxem, dimiſſis quoque verſum toto regno nuntiis, pro ſalute & incolumitate regni, indixiſſe, refert Ioſephus Antiquit. lib. XI. cap. VI.

Atque hæc fere ſunt quæ de priſca Perſarum ſuperſtitione, ex veterum libris elici poſſunt. Alio ergo mutata velificatione contendamus, & tanquam è cælo in terras migrantes, à diuino Perſarum iure, ad humanum tranſeamus.

Perſarum Monarchiam bonis legibus, inſtitutis ac moribus, fundatam fuiſſe conſtat. Perſicas certe leges commendans, laudibuſque efferens, Xenophon lib. I. παιδ. eximium aliquid ac præcipuum, eas, ſupra aliorum populorum leges, habuiſſe notat. Siquidem plerique omnes Legiſlatores rectam puerorum adoleſcentiumque educationem (quæ morum caput eſt) inſuper habentes, parentumque arbitrio liberorum inſtitutionem relinquentes: ipſis etiam qui iuſtæ ætatis eſſent, vitam, prout liberet, degere permittentes: in vetandis dumtaxat coercendiſque criminibus elaborarunt: prohibentes, verbi gratia, ne quis furtum, rapinam, iniuriam, cædem, vim, ſtuprum, adulterium, faceret, aut quod aliud crimen, ſciens, dolo malo, admitteret: pœnamque iis qui aduerſus legum præcepta peccaſſent, conſtituerunt. Cuiuſmodi leges ſanxiſſe eos qui primi vrbes condiderunt, populumque per agros & ſiluas palantem, ac diſperſum, in cœtus & congregationes compulerunt, Horatius in Arte Poet. cecinit. At Perſæ, ne admitterentur quæ legibus illis interdicebantur, ſedulo curabant: nec à vitiis criminibuſve, ciues pœnæ metu deterrebant: ſed men-

tes ab iis, cogitationeſque, ipſo virtutis amore abducebant. Criminibus enim peccatiſque obuiam euntes, vt virtutem colere & amplecti, vitia odiſſe atque auerſari: atque adeo, à teneris (quod aiunt) vnguiculis, diſcerent iuſtitiam moniti, & non temnere diuos: ciuium ab ineunte ætate mores ita formabant, nihil vt nota, animaduerſioneve, aut ſupplicio, dignum committerent: bonoſque eos efficere ſatagentes, vt ne in crimen incideret quiſquam, neve legum laqueis irretitus obſtrictuſve teneretur, omni arte ac ſtudio præcauebant.

Hunc ergo ſibi propoſitum ſcopum, qua potiſſimum via & ratione Perſici legiſlatores attigerint, idem Xenophon eod. lib. accurate exponit. Scholam enim ſeu ludum publicum, in quo boni mores, bene beateque viuendi artes ac præcepta docerentur, fuiſſe Perſis *Forum* quoddam *Liberale* ſeu *Ingenuum* appellatum, ait. Cuius appellationis etymon hoc adfert, quod *Forum* illud non eſſet rerum venalium forum, boarium puta, ſuarium, aut olitorium, vel mercibus exponendis diſtrahendiſque, aut opificiis exercendis, comparatum. Quinimmo ab eo Foro mercatores, negotiatores, opificeſque omnes, qui in ſordida arte verſarentur, ſummoti erant: vt ne turbæ huius ac fæcis ciuitatis clamoribus contentionibuſque, eorum qui illic in bonis diſciplinis inſtituebantur, quique illic bene ac liberaliter educabantur, animi quies interturbaretur, aut ſtrepitu aliquo eorum animi auocarentur. Xenoph. lib. I. παιδ. ἔστιν αὐτοῖς ἐλευθέρα ἀγορὰ καλουμένη, ἔνθα τά τε βασίλεια, καὶ τὰ ἄλλα ἀρχεῖα πεποίηται· ἐντεῦθεν τὰ μὲν ὤνια, καὶ οἱ ἀγοραῖοι, καὶ αἱ τούτων φωναὶ καὶ ἀπειροκαλίαι ἀπελήλανται εἰς ἄλλον τόπον, ὡς μὴ μιγνύηται ἡ τούτων τύρβη τῇ τῶν πεπαιδευμένων εὐκοσμίᾳ. In cuius loci interpretatione, qui ἐλευθέραν ἀγορὰν *Forum liberum* verterunt, non ſatis verborum Græcorum vim ac poteſtatem expreſſiſſe mihi videntur. Hanc autem Fori huius appellationem, Xenoph. forte à foro eiuſdem nominis duxit, quod in Theſſalia extitiſſe, Ariſtoteles li. III. Politicor. cap. XII. addita vocum harum notatione, ita ſcribit: πρέπει δὲ ὑπὸ μὲν τούτων τόπων, τοιαύτης Ἀγορᾶς εἶναι κατασκευήν, οἵαν καὶ περὶ Θετταλίαν ὀνομάζουσιν, ἣν Ἐλευθέραν καλοῦσιν. αὕτη δὲ ἐστίν,

ἣν δεῖ καθαρὰν εἶναι τῶν ὠνίων πάντων, καὶ μήτε βάναυσον μήτε γεωργὸν, μήτε ἄλλον μηδένα πιθῦτον, παραβάλλειν, μὴ καλούμενον ὑπὸ τῶν ἀρχόντων. Ingenui ergo Perſæ in liberali ſolo Foro verſabantur. Forum vero rerum venalium non attingebant, omnique penitus commercio abſtinebant. Strabo lib. XV. Ἀγορᾶς δὲ οὐχ ἅπτονται. οὔτε γὰρ πωλοῦσιν, οὔτ᾽ ὠνοῦνται. Immo vero apud Perſas, nulla eiuſmodi Fora fuiſſe, aperte adſerit Herodot. lib. I. quo loci, Cyrum Lacedæmoniorum legato reſpondiſſe refert, ſe nunquam pertimuiſſe homines illos quibus locus erat in media vrbe publicus, quo conuenientes, mutuo ſeſe inuicem iureiurando fallerent. Quę verba, vt ille ait, ἐς πάντας τοὺς Ἕλληνας ἀπέῤῥιψε, ὅτι ἀγορὰς κτησάμενοι, ὠνῇ τε καὶ πρήσει χρέωνται. αὐτοὶ γὰρ οἱ Πέρσαι ἀγορῇσι οὐδὲν ἐώθασι χρῆσθαι, οὐδέ σφί ἐστι τὸ παράπαν ἀγορή. Hunc Perſarum morem Themiſtius Oratione I. ſic attigit: οὐδὲ τὸν Περσικὸν νόμον αἰσχυνομένους, ὃς διεχώρισε τῆς ἀγοραίου τύρβης τὰς ἐλευθερίους διατριβάς. οὐκ ἐπιτρέπομεν δὲ οὔτε οἰκίαν οἰκοδομεῖσθαι εἰς ἣν οὔτε μεταλλέας ἐμισθώσαντο, οὔτε τέκτονας.

In eo autem Liberali Foro, Xenophon fuiſſe ait, τά τε βασίλεια, id eſt, Regiam ſeu Palatium: καὶ τὰ Ἀρχεῖα, id eſt Iudicum Prætoria, Auditoria, Magiſtratuum Secretaria, Conuentus, Curias, denique loca in quibus principes viri, ad ius reddendum, docendum, interpretandum, iuuentutiſque mores effingendos, conſidebant. Nam qui Ἀρχεῖα, *Principia* vertunt, ex incertis incertiores lectores dimittunt. Suidas quidem Ἀρχεῖα interpretatur, Κειτῶν χρεία. Eodemque ſenſu Ariſtotel. hanc vocem non ſemel vſurpat: veluti lib. VII. Politicor. cap. XII. τῶν δὲ ἀρχείων ὅπου περὶ τὰ συμβόλαια ποιοῦνται. Et lib. de Mundo, ἐξίασιν ἄρχοντες ἐπὶ τὰ ἀρχεῖα. Sic & apud Charondam in Legibus, citante Stobæo, Serm. XLII. ὁ ἱερὰ καὶ Ἀρχεῖα ὑπεραίρων τῇ πολυτελείᾳ τῶν ἰδίων, μὴ εὐδοξείτω. vbi Ἀρχεῖα, inter Δημόσια, ponit.

Igitur, iiſdem Fori huius liberalis ſeptis, & Regum, & Principum virorum, qui Morum Magiſtri erant, ſedes, continebantur.

Forum autem illud Perſarum in quattuor partes, ſeu claſſes, tributum fuiſſe Xenophon ait: quarum vna Puerorum, ſecunda Adoleſcentum, ſeu Epheborum; tertia Viro-

rum,& eorum in quibus virilis vigor completus erat;quarta Seniorum,& eorum qui ætatis beneficio, ſeu ſtipendiorum numero,vacationem militiæ habebant. Hiſce enim ætatum (Pueritiæ nimirum,Adoleſcentiæ,Iuſtæ ſeu perfectæ ætatis & Senectutis,gradibus atque incrementis)tota Perſica inſtitutio diſtinguebatur. Quod ſignificant Xenophontis verba hæc: Διῄρηται δὲ αὕτη ἡ ἀγορὰ ἡ περὶ τὰ ἀρχεῖα, εἰς τέτταρα μέρη. τούτων δ' ἔστιν ἓν μὲν, παισὶν· ἓν δὲ, ἐφήβοις· ἄλλο, τελείοις ἀνδράσιν· ἄλλο, τοῖς ὑπὲρ τὰ στρατεύσιμα ἔτη γεγονόσι

Pueritiam autem vſque ad decimum & ſeptimum annum Perſæ porrigebant: Adoleſcentiam vero, à decimo ſeptimo anno,vſque ad vigeſimum & ſeptimum impletum: Inde vſque ad quinquageſimum annum, Virilem ætatem: quam deinceps excipiebat Senectus.

Ac pueri quidem prima luce,aut certe bene mane,in Forum liberale veniebant:eodem loci & Ephebi,nec non quos firmata viros iam fecerat ętas,cottidie conueniebant.Seniores etiam,non modo diebus,quibus ſe ibidem ſiſtere ſuique poteſtatem facere,neceſſe habebant, verumetiam quotieſcumque otium dabatur,frequentes ſeſe adſiduoſque præbebant.Hoc amplius, Ephebi quoque in Archiis aſſidue morari & cubare, corporaque illic ſomno & cibo curare conſueuerant:excipiebantur tamen hi qui vxores duxerant: illi enim non citabantur,ac ne requirebantur quidem,niſi prædicta die vt adeſſent,denuntiatum eſſet: Celibes vero & qui vxoribus carebant Iuuenes,cum armis gymnicis quibus exercebantur,ſemper Magiſtratibus apparebant. Hæc nos Xenophon docet hiſce verbis: οἱ μὲν παῖδες, ἅμα τῇ ἡμέρᾳ. καὶ οἱ τέλειοι ἄνδρες· οἱ δὲ γεραίτεροι, ἡνίκ' ἂν ἕκαστος προσχωρῇ· πλὴν ἐν ταῖς τεταγμέναις ἡμέραις, ἐν αἷς δεῖ αὐτοὺς παρεῖναι· οἱ δὲ ἔφηβοι καὶ κοιμῶνται περὶ τὰ ἀρχεῖα, σὺν τοῖς γυμνικοῖς ὅπλοις πλὴν τῶν γεγαμηκότων· οὗτοι δὲ οὔτε ἐπιζητοῦνται ἢν μὴ προρρηθῇ παρεῖναι, οὔτε πολλάκις ἀπεῖναι καλόν.

Singulis vero Archiis præerant duodecim viri: nã & Perſicus populus in tribus XII. diuidebatur. Ac Pueris quidem præficiebantur,ex Senioribus lectiſſimi viri, qui illos longe optimos effecturi videbantur: ſimiliterque Ephebis,ex Viris qui iuſtæ ætatis eſſent, præfecti ac magiſtri dabantur, qui

quam optimos effecturi viderentur. Sic enim Xenophon: Ἄρχοντες δ' ἐφ' ἑκάστῳ τούτων τῶν μερῶν εἰσὶ δώδεκα· (δώδεκα γὰρ καὶ Περσῶν φυλαὶ διῄρηνται) καὶ ἐπὶ μὲν τοῖς παισὶν ἐκ τῶν γεραιτέρων ᾑρημένοι εἰσὶν οἳ ἂν δοκῶσι τοὺς παῖδας βελτίστους ἂν ἀποδεικνύναι· ἐπὶ δὲ τοῖς ἐφήβοις, ἐκ τῶν τελείων ἀνδρῶν οἳ ἂν αὐτοὺς τοὺς ἐφήβους βελτίστους δοκῶσι παρέχειν. ἐπὶ δὲ τοῖς τελείοις ἀνδράσιν, οἳ ἂν δοκῶσι παρέχειν αὐτοὺς μάλιστα τὰ τεταγμένα ποιοῦντας, καὶ τὰ παραγγελλόμενα ὑπὸ τῆς μεγίστης ἀρχῆς. Εἰσὶ δὲ καὶ τῶν γεραιτέρων προστάται ᾑρημένοι, οἳ προστατεύουσιν ὅπως καὶ αὐτοὶ τὰ καθήκοντα ἀποτελῶσιν. Iam in puerorum quidem inſtitutione, plurimum ſtudij & diligentiæ Perſæ adhibebant. Ac primũ, Liberi, non prus in conſpectum Patrum veniebant, quam, vt Strabo ait, *quartum*; vt Herodotus, *quintum*; vt Valer. Maxim. *ſeptimum*, annum impleuiſſent: quorum trium auctorum leuiter in hac re diſſidentes locos ſubiicere operæpretium duxi. Herodotus lib. I. πρὶν δὲ ἢ πενταέτης γένηται, οὐκ ἀπικνέεται εἰς ὄψιν τῷ πατρί· ἀλλὰ παρὰ τῇσι γυναιξὶ δίαιταν ἔχει. τοῦ δὲ εἵνεκα τοῦτο ποιέεται, ἵνα ἢν ἀποθάνῃ τρεφόμενος, μηδεμίαν ἄσην ἀνιῇ τῷ πατρὶ προσβάλλῃ. Strabo lib. XV. τὰ δὲ τρεφόμενα, μέχρι τῶν τεττάρων ἐτῶν, οὐκ ἄγεται τοῖς γονεῦσιν εἰς ὄψιν. Valerius Maximus libro ſecundo cap. VI. *Iam Perſarum admodum probabile inſtitutum fuit: quod liberos ſuos non prius aſpiciebant, quam ſeptimũ impleuiſſent annum: quo paruulorum amiſſionem æquiore animo ſuſtinerent.*

Et quoniam à teneris aſſueſcere multum eſt, & quo ſemel eſt imbuta recens, hunc ſeruat odorem teſta diu: præcipue Pueri veridici eſſe, & vera loqui docebantur. vt eſſet in verbis & dictis fides, omniſque vanitas & fucus abeſſet, Xenophon. lib. I. παιδ. de Cyri diſciplina, ἐγένετο οὖν ἐκ τούτου φρήτρα, ἣ καὶ νῦν χρώμεθα ἔτι, ἁπλῶς διδάσκειν τοὺς παῖδας, ὥσπερ τοὺς οἰκέτας περὶ ἡμᾶς αὐτοὺς διδάσκομεν, ἀληθεύειν, καὶ μὴ ἐξαπατᾶν, μηδὲ κλέπτειν, μηδὲ πλεονεκτεῖν· εἰ δὲ παρὰ ταῦτα ποιοίη, κολάζειν· ὅπως σὺν τοιούτῳ ἔθει ἐθισθέντες, πρᾳότεροι πολῖται γένοιντο. Stobæus Sermo. XLII. ex Nicolao περὶ ἐθῶν· οἱ δὲ παῖδες αὐτῶν, (de Perſis loquitur) ὥσπερ μαθήματα, τὸ ἀληθεύειν διδάσκονται. Atque adeo veritatis colendæ præcepta, Perſicæ iuuentutis auribus inculcabantur, & animis inſigebantur, à quinto ætatis anno ad vigeſimum vſque, vt Herodotus tradit: vel, vt Strabo, ad

vigeſimum & quintum vſque. Illius verba libr. I. ſic habent: παιδεύουσι δὲ τοὺς παῖδας, ἀπὸ πενταέτεος ἀρξάμενοι μέχρι εἰκοσαέτεος, ἀληθεύεσθαι. Hic vero, lib. xv. ἀπὸ δὲ πέντε ἐτῶν, ait, ἕως τετάρτου καὶ εἴκοσι, παιδεύονται ἀληθεύειν. Suidas in verbo Κῦρος· οὗτος φιλοσοφίας εἰ καί τις ἄλλος, ἔμπειρος ἦν. ἡνίκα παρὰ τοῖς Μάγοις ἐπαιδεύθη. Δικαιοσύνην τε καὶ ἀλήθειαν ἐδιδάχθη, κατ' δή τιας πατρίους νόμους καθεστῶτας Περσῶν τοῖς ἀρίστοις.

Proinde ſummo probo, vtioque, Mendacium apud Perſas ducebatur. Herodot. lib. I. αἴσχιστον δὲ αὐτοῖς ψεύδεσθαι νενόμισται, δεύτερον, τὸ ὀφείλειν χρέος. Nec immerito certe, Mendacium, vt ingenuo & liberali homine indignum, detaſtabantur: quod & ſeruile vitium Plutarchus, περὶ παιδ. ἀγωγ. appellat.

In primis etiam, Iuſtitiam Perſæ à pueris edocebantur, & ius ſuum cuiq; tribuere, in illis liberalis fori Ἀρχείοις addiſcebant: Ac quemadmodum pueri, apud Græcos, in ludo itabant, litterarum liberaliumve artium diſcēdarum cauſa: ſic apud Perſas in nobili liberalis illius Fori ludo, à Magiſtris, qui non litigandi illis, ſed iuris vias tradebant, verę germanęque iuſtitiæ diſciplina erudiebantur: Qua de re hæc Xenophon. lib. I. παιδ. Οἱ μὲν δὴ παῖδες εἰς τὰ διδασκαλεῖα φοιτῶντες, διάγουσι μανθάνοντες δικαιοσύνην, καὶ λέγουσιν ὅτι ἐπὶ τοῦτο ἔρχονται, ὥσπερ παρ' ἡμῖν οἱ τὰ γράμματα μαθησόμενοι.

Atque quo certius diſcerent, tenaciusque eorum memoriæ hæreret, vti quoque modo, lites, iurgia, controuerſias, lege, more, iure, ex bono & æquo dirimi, iudiciaque legitime exerceri oporteret, in rem eos præſentem perducebant: vt exemplis ob oculis propoſitis, quæ, vt ille ait, ſenſibus ſolent admouere lucem, & regere & regi diſcerent, duce ac magiſtra Iuſtitia. Itaque, ſicut Auguſtus liberis Senatorum, quo celerius Reipublicæ aſſueſcerent, protinus virili toga, latum clauum ſumere, & Curiæ intereſſe permiſit, quemadmodum Sueton. in Auguſt. capite XXXVI. refert: ita apud Perſas receptum fuit, vt Pueri, iudiciis quæ exercebantur intereſſent: eoque modo, ius reddere, & controuerſias diſtrahere diſcerent. Sed poſtea, corruptis moribus, iniuriæ magis quam iuris exempla, ex ea cauſarum auditione Perſicos auditores reportaſſe Xenophon lib. VIII.

παιδ.queritur. καὶ ὅτι γε οἱ παῖδες ἀκούοντες. ἐκεῖ περιῆλθεν τὰς δίκας δικαίως δικαζομένας, ἐδόκουν μανθάνειν δικαιότητα, καὶ τοῦτο παντάπασιν ἀνεστραπται σαφῶς γὰρ ὁρῶσι νικῶντας ὁπότεροι ἂν πλεῖον διαδῶσιν.

Nec vero monitis tantum præceptorum, aut legum ſapientiæve præceptis, verum etiam re ipſa, iuſtas, de his quæ incidebant, controuerſiis, ferre ſententias, legitimaſque pro cuiuſque delicti modo & menſura, multas pœnaſque irrogare & infligere docebantur. Itaque in ipſorummet Puerorum diſceptationibus audiendis, diiudicandiſque, bonam diei partem, iidem illi publici Iuſtitiæ præceptores impendebant.

Inter ipſos enim Prætextatos, ſiue puberes, ſiue proximos pubertati, controuerſiæ ſæpe incidebant, ob res, verbi gratia, ſubreptas, raptasve, ob conuicium dictum, iniuriam factam, fraudemve aliquam admiſſam. Huiusmodi igitur quæſtionibus motis, audientiam notionemque, qui iuriſdictioni & Archio puerili præerant, adcommodabant: & ſi quidem probationem impleſſet, reumque peregiſſet is qui nomen detulerat, reo conuicto, noxiæ parem pœnam infligebant: ſin vero per calumniam accuſationem inſtituiſſe accuſator compertus eſſet, eum talionis pœna, aut alia legitima damnabant. Xenophontis auctoritatem nemo defugiet. Ei ergo teſtimonium denuntiabo, οἱ δὲ Ἄρχοντες αὐτῶν (videlicet τῶν Παίδων) διατελοῦσι τὸ πλεῖστον μέρος τῆς ἡμέρας δικάζοντες αὐτοῖς. γίνεται γὰρ δὴ καὶ παισὶ πρὸς ἀλλήλους, ὥσπερ ἀνδράσιν, ἐγκλήματα καὶ κλοπῆς καὶ ἁρπαγῆς, καὶ βίας καὶ ἀπάτης, καὶ κακολογίας, καὶ ἄλλων οἵων εἰκός. οὓς δ᾽ ἂν ἀναγνῶσι τούτων τι ἀδικοῦντας, τιμωροῦνται. κολάζουσι δὲ καὶ οὓς ἂν ἀδίκως ἐγκαλοῦντας εὑρίσκωσι. Quos autem illic Xenophon Ἄρχοντας, alio eiuſdem libri loco, παίδων Διδασκάλους: & quæ Ἀρχεῖα, eadem & δικαιοσύνης διδασκαλεῖα, vocat.

Ab huiuſmodi vero præceptoribus, præter Veritatem & Iuſtitiam, etiam Ingeniorum parentem Sobrietatem; cupiditatum, voluptatum, libidinum domitricem, Abſtinentiam, Continentiam, Temperantiam, diſcebant. Quas tot egregias virtutes, non tam verbis quam factis, abſque quibus dicta erubeſcunt, rectores docebant. Nam cum certiſſi-

certiſſimum ſit, ἔργα ὑπερφθέγγεσθαι τῶν λόγων, magis exemplo ſuo quam præceptis, ſobrie frugaliterque veſci, ac continenter viuere, ventrique ac gulæ moderari, diſcipulos ſuos docebant, & ad ſui imitationem accendebant. Siquidem ad diſcendam temperantiam & continentiam, multum conferebat, quod Seniores ipſos, temperanter degere, nec prius abire cibi ſumendi cauſa, quam Rectores eos dimiſiſſent, oculis Pueri cernerent: tum etiam, quod non apud Matres, ſed apud Præceptorem, nec niſi ſignō dato à Rectoribus, cibum Pueri capiebant: ea propter illi, domo eſculenta adferebant, pro Cibo quidem, Panem; pro Obſonio, Naſturtium: Potus vero gratia, vbi ſiti laborarent, Poculum, quo é proximo flumine aquam haurire poſſent. Omnia hæc (vt æs alienum more candidatorum profitear) mutua ſumpſiſſe me à Xenophonte, ingenue adgnoſco: cuius verba, chirographi mei expungendi cauſa, ſubieci: διδάσκουσι δὲ τοὺς Παῖδας καὶ σωφροσύνην. μέγα δὲ συμβάλλεται εἰς τὸ μανθάνειν σωφρονεῖν αὐτοὺς, ὅτι καὶ τοὺς πρεσβυτέρους ὁρῶσιν ἀνὰ πάσας ἡμέρας σωφρόνως διάγοντας. Et aliquot interiectis, Διδάσκουσι δὲ καὶ ἐγκρατεῖς εἶναι γαστρὸς καὶ ποτοῦ. μέγα δὲ καὶ εἰς τοῦτο συμβάλλεται ὅτι ὁρῶσι τοὺς πρεσβυτέρους οὐ πρόσθεν ἀπιόντας γαστρὸς ἕνεκα πρὶν ἂν ἀφῶσιν οἱ Ἄρχοντες· καὶ ὅτι οὐ παρὰ μητρὶ σιτοῦνται οἱ παῖδες, ἀλλὰ παρὰ τῷ Διδασκάλῳ, ὅταν οἱ Ἄρχοντες σημήνωσι. φέρονται δὲ οἴκοθεν σῖτον μὲν, Ἄρτον ὄψον δὲ, Κάρδαμον. πιεῖν δὲ, ἤν τις διψῇ, Κώθωνα, ὡς ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ ἀρύσασθαι. Eorum ergo continentiam in victu ſumma ſiccitas & integritas valetudinis ſequebatur. Rectiſſime enim Horat. Sat. 2. lib. 2.

*Aſpice quæ victus tenuis, quot quantaque ſecum*
*Adferat: inprimis valeas bene. Nam ſimul aſſis*
*Miſcueris elixa, ſimul Conchylia Turdis:*
*Dulcia, ſe in Bilem vertent, ſtomachoque tumultum*
*Lenta feret Pituita. Vides vt pallidus omnis*
*Cœna ſurgat de dubia* &c.

Atq; hoc modeſto victu, adhibita etiam corporis exercitatione, eam ſiccitatem conſequebantur, vt neque ſpuerent, neque mungerent, neq; exſufflarent. Xenophon. lib. 1. παιδ. αἰσχρὸν μὲν γὰρ ἔτι καὶ νῦν ἐστὶ Πέρσαις, καὶ τὸ ἀποπτύειν, καὶ τὸ ἀπομύτ-

τεῖσθαι, καὶ τὸ φύσεις μεστοὺς φαίνεσθαι. Rurſusque lib. VIII. Νόμιμον ἦν αὐτοῖς μήτε πτύειν, μήτε ἀπομύττεσθαι· (δῆλον δὲ ὅτι ταῦτα οὐ τοῦ ἐν τῷ σώματι ὑγροῦ φειδόμενοι ἐνόμισαν, ἀλλὰ βουλόμενοι διὰ πόνων καὶ ἱδρῶτος τὰ σώματα στερεοῦσθαι) νῦν δὲ τὸ μὴ πτύειν μηδὲ ἀπομύττεσθαι ἔτι διαμένει, τὸ δὲ πονεῖν οὐδαμοῦ ἐπιτηδεύεται. Varro Catone, vel de liberis educandis, citante Nonio in voce, Siccum, *Perſæ propter exercitationes pueriles modicas, eam ſunt conſequuti corporis ſiccitatem, ut neque ſpuerent, neque emungerentur ſufflatove corpore eſſent.* Cuius loci conciſam particulam, idem Nonius citat, in verbo *Emungerentur.*

De Perſarum vero moderatione in Victu, Xenophon. lib. v. παιδ. ſcribit hæc, ἐπεὶ δὲ κατενόησε τὴν μετριότητα τῆς σίτων. ἐπ' οὐδενὶ γὰρ βρώματι οὐδὲ πόματι Πέρσης ἀνὴρ τῶν πεπαιδευμένων, οὔτε ὄμμασιν ἂν ἐκπεπληγμένος καταφανὴς γένοιτο, οὔτε ἁρπαγῇ, οὔτε ἰδὼν, μὴ οὐχὶ προσνοεῖν, ἅπερ ἂν καὶ μὴ ἐν σίτῳ ὤν· ἀλλ' ὥσπερ οἱ ἱππικοί, διὰ τὸ μὴ ταράττεσθαι ἐπὶ τῶν ἵππων, δύνανται ἅμα ἱππεύοντες καὶ ὁρᾶν καὶ ἀκούειν καὶ λέγειν τὸ δέον, οὕτω καὶ ἐκεῖνοι ἐν τῷ σίτῳ οἴονται δεῖν φρόνιμοι καὶ μέτριοι φαίνεσθαι: τὸ δὲ κεκινῆσθαι ὑπὸ τῶν βρωμάτων καὶ τῆς πόσεως πάνυ αὐτοῖς κυνικὸν καὶ θηριῶδες δοκεῖ εἶναι.

Hoc amplius, etiam Magiſtratibus, monitoribus, præceptoribusque parere, Pueri docebantur: Seniorumque exemplo, ad eam obedientiam excitabantur: quod vel Seniores obnixe, & omni ſtudio, Principibus obſequi, & eorum iuſſa impigre capeſcere, conſpicerent. Hæc ita Xenophon li. I. παιδ. Διδάσκουσι δὲ αὐτοὺς καὶ πείθεσθαι τοῖς ἄρχουσι. μέγα δὲ καὶ εἰς τοῦτο συμβάλλεται, ὅτι ὁρῶσι τοὺς πρεσβυτέρους καὶ πειθομένους τοῖς ἄρχουσιν ἰσχυρῶς.

Illi quoque non linguę ſolum, verumetiam animi ac virtutis Magiſtri, diſcipulis ſuis, Fabularum inuolucris, ac figmentis ficta, vitæ regendæ, fingendiſq; moribus, utilia pręcepta exponebant. Laudes etiam Deorum, ac res à claris viris fortiter geſtas, vel numeris, vel ſoluta oratione, decantandas proponebant. Quod Strabo libr. xv. non obſcure ſignificat: διδασκάλοις τε λόγων τοῖς σωφρονεστάτοις χρῶνται· οἳ καὶ τὸ μυθῶδες πρὸς τὸ συμφέρον ἐπανάγοντες παραπλέκουσι, καὶ μέλους χωρὶς, καὶ μετ' ᾠδῆς, ἔργα θεῶν τε καὶ τῶν ἀρίστων ἀναδιδόντες.

Præterea herbarum & eorum quæ terra naſcerentur vi-

res, à pueris, Perſæ diſcebant, vt noſſent quæ ſalutaria corpori, quæ contrà noxia eſſent: & illa, ſicubi vſus poſceret, conquirere; hæc, vitare & fugere poſſent. Xenophon li. VIII. παιδ. ἀλλὰ καὶ τὴν φυομένων ἐκ τῆς γῆς τὰς δυνάμεις οἱ παῖδες πρόσθεν μὲν ἐμάνθανον, ὅπως τοῖς μὲν ὠφελίμοις χρῷντο, τῶν δὲ βλαβερῶν ἀπέχοιντο.

Atque, vt earum quas ſupra commemorauimus, virtutum amore & ſtudio: ita, ex diuerſo, peculiari quorumdam vitiorum, & in his, vt iam diximus, Mendacij odio Perſæ imbuebantur.

Secundum Mendacium, Perſæ in proximo, vt Herodot. lib. I. ait, turpitudinis gradu, ponebant, æris alieni molem: & illi vitio, hoc vicinum & adfine malum ducebant, cum propter plurima, tum hac præcipue de cauſa, quod æris alieni comites eſſe, fallaciam, infitiationem, perfidiam, turpem ſui occultationem, impudentiamque cenſerent: & eum qui multis creditoribus obnoxius eſſet, cogi plerunq; verba pro re dare. Plutarchus in libello περὶ τοῦ μὴ δεῖν δανείζεσθαι· Καίτοι Πέρσαι γε τὸ ψεύδεσθαι, δεύτερον ἡγοῦνται τῶν ἁμαρτημάτων πρῶτον δὲ, τὸ ὀφείλειν· ὅτι καὶ τὸ ψεύδεσθαι τοῖς ὀφείλουσι συμβαίνει πολλάκις. Appian. lib. I. de bellis Ciuilibus, ἀπεστράφθαι γάρ μοι δοκοῦσιν οἱ πάλαι Ῥωμαῖοι, καθάπερ Ἕλληνες, τὸ δανείζειν καὶ καπηλεύειν, ὡς βαρὺ. τοῖς πένησι καὶ δύσερι καὶ ἐχθροποιόν· ᾧ λόγῳ καὶ Πέρσαι τὸ κιχρᾶσθαι, ὡς ἀπατηλόν τι καὶ φιλοψευδές. Vere ergo Automedon in Epigrammatis, primum felicitatis gradum ſtatuit, nihil cuiquam debere:

Εὐδαίμων, πρῶτον μὲν ὁ μηδενὶ μηδὲν ὀφείλων·
Εἶτα δ' ὁ μὴ γήμας· τὸ τρίτον, ὅστις ἄπαις.

Proinde Auguſtus, vt eſt apud Macrob. Saturnal. li. II. ca. IIII. relata ad ſe magnitudine æris alieni, quam quidam Eques Romanus, dum vixerat, excedentem ducenties, celauerat, culcitam emi cubicularem in eius auctione ſibi iuſſit, & præceptum mirantibus hanc rationem reddidit: *Habenda eſt ad ſomnum culcita, in qua ille, cum tantum deberet, dormire potuit.* Eiuſmodi quoque *Alienum æs homini ingenuo, acerbam eſſe ſeruitutem*, Mimus pronuntiat.

Ingrati præterea animi crimen ſumme deteſtatos Perſas accepimus: nec immerito: cum, & vno ingrati nomine,

omnia vitia contineri veriſſime dictũ ſit: & generaliter, verſiculo Græco definitum, Ingrato homine terram peius nihil ferre: nec vero vllum vitium eſt, quod magis in odia hominum incurrat.

Ingrati ergo apud Perſas actio prodita erat: legibuſque & moribus receptum, vt in iudicium crimenque, vocari poſſet, is qui beneficij accepti immemor, gratias cum poſſet, non retuliſſet. Quem Perſarum morem, cauſis etiam additis, Xenophon lib. I. παιδ. eleganter exſequitur: δικάζουσι δὲ καὶ ἐγκλήματος οὗ ἕνεκα ἄνθρωποι μισοῦσι μὲν ἀλλήλους μάλιστα, δικάζονται δὲ οὐδ᾽ ἥκιστα, ἀχαριστίας· καὶ ὃν ἂν γνῶσι δυνάμενον μὲν χάριν ἀποδιδόναι, μὴ ἀποδιδόντα δὲ, κολάζουσι καὶ τοῦτον ἰσχυρῶς. οἴονται γὰρ τοὺς ἀχαρίστους καὶ περὶ θεοὺς ἂν μάλιστα ἀμελῶς ἔχειν, καὶ περὶ γονέας, καὶ πατρίδα καὶ φίλους. ἕπεσθαι δὲ δοκεῖ μάλιστα τῇ ἀχαριστίᾳ ἡ ἀναισχυντία, καὶ γὰρ αὕτη μεγίστη δοκεῖ εἶναι ἐπὶ πάντα τὰ αἰσχρὰ ἡγεμών. Perſicam quoque hanc contra Ingratos legem, alij etiam auctores memorant. Ammianus Marcellinus libr. XXIII. de Perſis, *Leges apud eos, impendio formidatæ, inter quas diritate exſuperant latæ contra Ingratos.* Themiſt. Orat. III. οὐδὲν γὰρ ὅλως φιλίαν οὔτε συνδεῖ μᾶλλον εὐχαριστίας οὔτε διόλλυσιν ἀχαριστίας. καὶ διὰ τοῦτο ὁ Περσικὸς νόμος δίκας εἰσπράττεται ἀχαριστίας, ὅτι μάλιστα ἐμποιεῖ μῖσος ὅποι ἂν ᾖ· οὗ δὲ μηδεὶς κολάζει νόμος, ἐνταῦθα τῷ αὐτῆς μισοῦσι μὲν ἀλλήλους, οὐ δικάζονται δὲ, ἀλλὰ κρύπτουσι τὸ ἔχθος. Iohannes Tzetzes Hiſtor. verſuum Chilia. III. cap. XCVIII.

Καὶ τί τὸν Τδρόν σοι φημὶ χαρίτων μνημονεύειν;
Νόμος κοινός τις Περσικὸς ἐστὶ κατ᾽ ἀχαρίστων.
Τοὺς δυναμένους σύμπαντας χάριν ἀποδιδόναι,
Καὶ μὴ διδόντας, ἰσχυρῶς εὐθύνειν καὶ κολάζειν.
Τοὺς ἀχαρίστους οἴονται καὶ γὰρ πρὸς τὴν πατρίδα,
Καὶ πρὸς γονεῖς καὶ πρὸς θεὸν ἀσεβεστάτους εἶναι.

Itaque, vtrum conſulto & ſciens prudens, an μνημονικῷ, vt fit, ἁμαρτήματι, Seneca lib. II. de Beneficiis, capite VII. ſcripſerit, *Excepta Macedonum gente non eſt, in vlla, data aduerſus Ingratum actio*, aliis iudicandum relinquo: conſtanter quippe in vetuſtis omnibus codicibus, *Macedonum*, non *Medorum*, vt quidam emendant, ſcribitur. Vtut ſit, nullam eo nomine neque ordinariam, neque extraordinariam actionem, aliubi com-

petiſſe ait. *Aduerſus maleficium omne conſenſimus, & homicidii, veneficii, parıcidii, violatarum religionum, alibi atque alibi, diuerſa pœna eſt, ſed vbique aliqua. Hoc frequentiſſimum crimen nuſquam punitur, vbique improbatur. Neque abſoluimus illud: ſed cum difficilis eſſet incertæ rei æſtimatio, tantum odio damnauimus & inter ea reliquimus, quæ ad vindices Deos mittimus.* Ac deinde multas rationes adfert, propter quas, crimen hoc, in legem cadere nõ debeat.

Nec minus inuiſum Perſis, Deſertionis crimen fuit. Acerbas enim aduerſus Deſertores latas a Perſis leges, Ammian. Marcellin. lib. XXXIII. notat.

Perſas vero ſumma obſeruantia ac pietate parentes ſuos coluiſſe, argumento eſt, quod vel in conſpectum matris cõſidere nefas erat, niſi illa permiſiſſet, vt Q. Curtius lib. v. docet, quo loci Alexander Siſygambim Darii matrem, quam omni honore, ac filii quoque pietate, proſequebatur, alloquens, *Quotieſcunque ait, ad te veni, donec vt conſiderem annueres, reſtiti.* Ac plane Tertullianus in lib. de Oratione. *Irreuerens eſſe adſidere ſub conſpectu, contraque conſpectum eius, quem maxime reuerearis, ac venereris,* ait.

Cyaxarim filiæ nuptias cum ingenti dote Cyro obtuliſſe, Xenophon lib. VIII. παιδ. refert. Is vero nõ niſi patris matriſque aſſenſu fas ſibi eſſe ducens matrimonium contrahere, reſpondit, βούλομαι σὺν τῇ τοῦ πατρὸς γνώμῃ, καὶ τῇ τῆς μητρὸς, ταῦτά σοι συνέσαι.

Sed & Perſæ hac rara laude gloriabantur, quod apud eos nullus vnquam inuentus eſſet, qui parentibus ſuis impias manus attuliſſet. Nam ſi quis tale quid patraſſet, diligenti ſuper hoc inquiſitione habita, compertum ſemper, aut ſubiectum ſuppoſitumque fuiſſe partum, aut adulterinum, vel obliquum à matre genus duxiſſe: nec adduci poterant vt crederent, tantum ſcelus, in alios quam ſpurios, aut vulgo quæſitos liberos, cadere poſſe: alienumque à natura, & parum credibile eſſe, vt certus parens, à iuſtis liberis, interimeretur. Quod fide mea eſſe non iubeo, ſed fides penes auctorem eſto, id eſt Herodotum, quem in iure ſiſtere ſatis habeo: & is litem excipiens, hæc pro ſe lib. I. allegat; ἀποκτεῖναι δὲ οὐδένα, κω λέγουσι τὸν ἑωυτοῦ πατέρα, ἢ μητέρα· ἀλλὰ ὁκόσα ἤδη τοιαῦτα

ἐγενέτο, πᾶσαν ἀνάγκην φασὶ ἀναζητεόμενα ταῦτα ἀνευρεθῆναι, ἤτοι ὑποβολιμαῖα ἐόντα, ἢ μοιχίδια. οὐ γὰρ δὴ φασὶ εἰκὸς εἶναι τόν γε ἀληθέως τοκέα ὑπὸ τοῦ ἑαυτοῦ παιδὸς ἀποθνήσκειν. Cuius fidem quoque ſecutus Nicolaus περὶ ἐθῶν, vt eſt apud Stobæum Sermone XLII. ἐὰν δέ τις πατέρα κτείνῃ, ὑποβολιμαῖον αὐτὸν οἴονται. Plane, Artaxerxes Mnemon, (quemadmodum Æmilius Prob. ait.) cum matris ſuæ ſcelere amiſiſſet vxorem, *tantum indulſit dolori, vt eum pietas vinceret.*

Illud ſatis conſtat, Perſarum moribus, Filios familias in patrum poteſtate fuiſſe. Atque adeo Ariſtoteles lib. VIII. Ethicorum, patriam poteſtatem apud Perſas tyrannicam fuiſſe ait: vſos enim liberis ſuis, vt ſeruis. Quod & Romæ olim obtinuiſſe non eſt ignotum. Patria enim Pop. Rom. poteſtas, proxime ad dominicam accedebat: Filiorumque familias ſtatus, parum à ſeruili conditione diſtabat: cum in illos, æque atque in mancipia, vitæ & necis ius patres haberent.

Poſtremo, vt moralem hanc inſtitutionis Perſicæ partem abſoluam, Perſis quæcumque factu, eadem & dictu turpia cenſebantur: nec minus verborum quam factorum obſcænitas vitabatur: nec dicere licebat, quod non & facere, fas iuſque eſſet. Herodotus lib. I. ὁκόσα δέ σφι ποιέειν οὐκ ἔξεστι, ταῦτα οὐδὲ λέγειν ἔξεστι. Nicolaus περὶ ἐθῶν, vt eſt apud Stobæum, Sermo. XLII. Πέρσαις ἃ μὴ ποιεῖν ἔξεστιν, οὐδὲ λέγουσιν.

Liberi autem omnium Perſidis procerum, in Regiæ veſtibulo, ſeu pro foribus, erudiebantur: vbi multa ſummæ continentiæ ac temperantiæ documenta excipere, erat: turpe autem & indecorum, nihil nec cernere nec audire. Contemplabantur item Pueri, quibus Rex honorem haberet, & quos ignominia notaret. Quo fiebat, vt à primis ætatis annis, & imperare & parere diſcerent. Quod Xenophon lib. I. Ἀναβάσ. ita ſcribit: πάντες γὰρ οἱ τῶν ἀρίστων Περσῶν παῖδες, ἐν ταῖς βασιλέως θύραις παιδεύονται· ἔνθα πολλὴν μὲν σωφροσύνην καταμάθοι ἄν τις, αἰσχρὸν δ' οὐδὲν οὔτε ἀκοῦσαι οὔτ' ἰδεῖν ἔστι. θεῶνται δ' οἱ παῖδες καὶ τοὺς τιμωμένους ὑπὸ βασιλέως καὶ ἀκούουσι, καὶ ἄλλους ἀτιμαζομένους· ὥστε εὐθὺς παῖδες ὄντες, μανθάνουσιν ἄρχειν τε καὶ ἄρχεσθαι. In prouinciis quoque idem obſeruatum, vt nobiliorum filij, pro foribus Satraparum continentiæ præceptis in-

ſtituerentur, idem Xenophon eodem libro ita ſcribit: ἐπείσι δ' ἂν γῆν καὶ Αρχεῖα λάβωσιν. ἀναγκάζειν τούτους ἐπὶ θύρας ἰέναι, καὶ σωφροσύνης ἐπιμελουμένους, παρέχειν αὐτοὺς τῷ Σατράπῃ χρῆσθαι ἤν τι δέηται. παιδεύειν δὲ καὶ τοὺς γιγνομένους παῖδας ἐπὶ θύρας, ὥσπερ παρ' αὐτῷ. & mox, ταῦτα δὲ Κύρου οὕτως τότε τάξαντος, ἔτι καὶ νῦν τῷ αὐτῷ τρόπῳ πᾶσαι αἱ ὑπὸ Αρχόντων θύραι ὁμοίως θεραπεύονται.

Iam, vt ad ea quæ reſtant Perſicæ inſtitutionis capita, quæ quidem in corporis exercitatione verſabātur, accedam, ſumma cura pueri, vt Xenophon lib. I. παιδ. auctor eſt, diſcebant τοξεύειν καὶ ἀκοντίζειν. Clemens Alexandrin. lib. I. Pædag. cap. VIII. ἀλλὰ τοξεύειν μόνον οἱ παῖδες αὐτοῖς μανθάνουσι. Eſt autem Τοξεύειν, arcu ſagittas mittere, ſeu *Sagittare*: quod verbum optimæ notæ eſt, ac ne quis de eius latinitate dubitet, patronos adſertoreſque habet, Curtium. lib. VII. Iuſtinum lib. XLI. Ακοντίζειν vero, *Iaculari*, id eſt, vt Quintilian. lib. VIII. cap. XII. interpretatur, *Iaculum emittere*. Iaculum autem, excuſſo lacerto vibrari, intorqueri, dirigi, non eſt ignotum. Apud Perſas, vtique Equitandi, & Iaculādi laus vigebat. A pueris ergo Equos aſcēdere, in equis ſedere, ferocitate exultātes domare, flectere, & ex ingenti curriculo, in exiguum gyrum compellere, denique ex equis pugnare, Perſæ diſcebant. Et quidem, à quinto anno, ad viceſimum vſque, vt Herodotus lib. I. ait: aut, ad quartum & viceſimum vſque, vt Strabo lib. XV. Pueri, Equitare, Iaculari, & Tela mittere docebantur. Herodoti verba ſunt hæc: παιδεύουσι τοὺς παῖδας ἀπὸ πενταετέος ἀρξάμενοι, μέχρι εἰκοσαετέος, τρία μοῦνα, Ιππεύειν, καὶ Τοξεύειν, καὶ Αληθεύεσθαι. Strabo vero lib. XV. Ἀπὸ δὲ, ait, πέντε ἐτῶν ἕως τετάρτου καὶ εἴκοσι παιδεύονται, Τοξεύειν, καὶ Ακοντίζειν, καὶ Ιππάζεσθαι. In eodemque exercitio perſtabant etiam hi qui ad virilem ætatem peruenerant. Xenoph. lib. I. παιδ. αἱ δ' ἀρμόζουσαι φυλαὶ διαβιοῦσι μελετῶσαι τά τε ἄλλα ἃ παῖδες ὄντες ἔμαθον, καὶ Τοξεύειν, καὶ Ακοντίζειν· καὶ διαγωνιζόμενοι ταῦτα πρὸς ἀλλήλους, διατελοῦσιν. vnde Himerius ἐν μελέταις. Πέρσαι τε τόξα σπουδάζουσι καὶ πᾶς ὁ βίος ἐκείνοις φαρέτρα καὶ βέλη. Athenæus quoque, lib. X. Perſas, ἱππεύειν μανθάνειν, ait.

Eadem Equitandi, Iaculandique, ad Partho-Perſas quoque diſciplina & cura tranſiit. Iuſtin. lib. XLI. *Hos pari ac li-*

*beros ſuos cura habent, & Equitare, & Sagittare, magna induſtria docent.* Herodian. lib. VI. Τόξοις τε καὶ ἵπποις οὐχ εἰς τὸ πολεμεῖν μόνον χρῶνται, ὥσπερ Ῥωμαῖοι, ἀλλ' ἐκ παίδων σὺν αὐτοῖς ἀναστρέφονται, καὶ θηρῶντες, οὔτε τὰς φαρέτρας ποτὲ ἀποτιθέμενοι, οὔτε τῶν ἵππων ἀποβαίνοντες· ἀεὶ δὲ αὐτοῖς χρώμενοι, ἢ κατὰ πολεμίων, ἢ κατὰ θηρίων.

Et hæc ſunt, in quibus PVERI Perſici ad ſeptimum & decimum vſque annum, tempus, ſtudium, operamque ponebant: Ad quem annum vbi peruenerant, in Epheborum ordinem allegebantur; pueriliṫateque poſita, Epheborum albo adſcribebantur. Xenophon lib. I. παιδ. μέχρι μὲν δὴ ἓξ ἢ ἑπτὰ καὶ δέκα ἐτῶν ἀπὸ γενεᾶς, οἱ Παῖδες ταῦτα πράττουσιν· ἐκ τούτου δὲ εἰς τοὺς Ἐφήβους ἐξέρχονται.

EPHEBORVM autem (hoc enim Latio nomen vſus pridem mancipauit) alia erat, atque Puerorum condicio, aliusque vitæ modus. Hi enim ſummo mane in Forum liberale venientes, veſpere domum redibant. Illi vero, toto decennij, poſtquam è pueris exceſſerant, ſpatio, in Archiis, interdiu noctuque verſabantur, eoque loci, cibum ſomnumque capientes, adſidue morabantur: tum vrbis tuendæ cuſtodiendæque cauſa, tum etiam colendæ obſeruandæque temperantiæ gratia. Quanto enim ad vitia procliuior proniorque adoleſcentia eſt, eo maiore cura & diligentia indigere eam cenſebant. Ideoque in Rectorum conſpectu, adoleſcentiæ anni tranſigebantur: præſtoque Ephebi erant, ſi qua publica neceſſitas eorum operam deſideraret. Ita Virorum, Senumque, cœtibus permixti, alienoque potius arbitrio viuentes, quam ſuo, adfines earum rerum non erant, quas fert adoleſcentia. Tales enim Iuuenes euadere fere vſuuenit, quales ſunt ij quorum conſuetudine delectantur. Quin etiam liberalis illius fori finibus ac cancellis circumſcripti Ephebi, vagandi & hac illac curſitandi facultatem non habebant, nec temere inde, niſi venationis cauſa, excedebant. Venatum enim proficiſcens Rex (quod ſæpius ſingulis menſibus contingebat) mediam Epheborum partem, reliquis in Regia relictis, educebat. Inermes vero, venationis cauſa, nequaquam egrediebantur: verum cum armatura, non quidem omnino graui, ſed nec penitus leui. Etenim, lorica

excepta

excepta, militaribus, prælıaribuſque armis inſtructi, Regi ſeſe comites addebant. Primum quidem, mucrone quem *Copidem* vocabant, in vagina recondito, accingebantur: aut *Sagari*, de quibus armorum generibus, dabitur libro proximo dicendi locus. Præterea Arcus cum Pharetra, ex qua ſagittæ depromerentur, ab humeris pendebat: Scutum etiam cum Paltis, id eſt haſtilibus, duobus, geſtabant; quorum alterum mitterent, & altero, ſi opus eſſet, cominus vterentur. Summo autem ſtudio, venationi operam publice Perſæ dabant, & Rex ipſe, in Venatione, æque ac in bello, agminis ductor erat. Nam & venabatur ipſe, & vt alij quoque venarentur ſatagebat. Eique rei non mediocris diligentia adhibebatur, quod Venatio ferarum, quaſi meditatio quædam bellicæ diſciplinæ, aut velitatio, videretur. Etenim diluculo ſurgere, frigus & æſtum tolerare, aſſuefacit, itineribus & curſibus exercet. Neceſſe etiam eſt, ſagittam dirigere in feram, & Iaculo eandem petere vbicunque occurrerit, Animum quoque incaleſcere & exacui neceſſe eſt in venatione, ſiquæ ſeſe ferox & valida fera obiecerit. Nam ferire oportet occurrentem ſibi, & ab eius incurſu cauere. Quare vix à venatione quidquam abeſt eorum quæ inter bellandum accidunt.

Exeuntes autem Venatu Ephebi, in prandium eadem quæ Pueris vſitata fuiſſe diximus cibaria & obſonia, ſed aliquanto largius & copioſius, vti par erat, ferebant: Et quidem, nullatenus ante peractam venationem prãdebant: Immo vero ſi feræ capiendæ cauſa diutius immorari oporteret, aut alioquin diem venando extrahere & eximere vellent, prandium in cœnam differebatur: & in cœna, veſcebantur iis quæ prandio parata deſtinataque fuerant. Poſtridie vero prandio abſtinentes, inediæque ad cœnam vſque patientes, venabantur: biduum illud in venatione tranſactum, pro vno die computantes, quod vnius diei cibum conſumpſiſſent. Cui abſtinentiæ aſſueſcebant, vt in bello, ſicubi res exigeret, eadem ferre & perpeti poſſent. Nec enim difficile quidquam eſt, quod in naturam conſuetudo perduxerit. *Cogita*, ait Seneca, lib. de Tranquillit. animi, c. x. *compeditos, primo ægre ferre onera & impedimenta crurum: deinde vbi non*

*indignari illa, ſed pati propoſuerunt, Neceſſitas, fortiter ferre docet; Conſuetudo, facile.* Carne autem (quod & de Parthis Iuſtinus lib. XLI. notat) non niſi venatibus quæſita veſcebantur: alioquin obſonium aliud nullum illis præter merum Naſturtium apponebatur. Ac ne periculum horum quæ dixi præſtem, auctorem laudabo eum, cuius ore Muſas quaſi locutas ferunt: nec enim paginam nos, Atticæ Muſæ verbis, implere, vitio verteris, qui in Stobæo longe plura ex iiſdem ſcriptis congeſta, æqui bonique conſulet. Xenophon igitur lib. I. παιδ. de Epheborum vitæ ratione, hæc quæ ſequuntur ſcribit: Δέκα ἔτη ἀφ' οὗ ἂν ἐκ Παίδων ἐξέλθωσι, κοιμῶνται μὲν περὶ τὰ Ἀρχεῖα, ὥσπερ προείρηται, καὶ φυλακῆς ἕνεκα τῆς πόλεως, καὶ σωφροσύνης· δοκεῖ γὰρ αὕτη ἡ ἡλικία μάλιστα ἐπιμελείας δεῖσθαι. Παρέχουσι δὲ καὶ τὴν ἡμέραν ἑαυτούς, μάλιστα τοῖς Ἄρχουσι, χρῆσθαι, ἤν τι δέωνται ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ. καὶ ὅταν μὲν δέῃ, πάντες μένουσι περὶ τὰ Ἀρχεῖα· ὅταν δὲ ἐξίῃ Βασιλεὺς ἐπὶ θήραν, ἐξάγει τὴν ἡμίσειαν τῆς φυλακῆς. ποιεῖ δὲ τοῦτο πολλάκις τοῦ μηνός. ἔχειν δὲ δεῖ τοὺς ἐξιόντας, Τόξα παρὰ τὴν φαρέτραν, καὶ ἐν κολεῷ Κοπίδα, ἢ Σάγαριν· ἔτι δὲ καὶ Γέρρον, καὶ Παλτὰ δύο· ὥστε τὸ μὲν ἀφιέναι, τῷ δ', ἂν δέῃ, ἐκ χειρὸς χρῆσθαι. διὰ τοῦτο δέ, δημοσίᾳ τοῦ θηρᾶν ἐπιμέλονται· καὶ βασιλεύς, ὥσπερ καὶ ἐν πολέμῳ, ἡγεμὼν αὐτοῖς ἐστί, καὶ αὐτός τε θηρᾷ, καὶ τῶν ἄλλων ἐπιμελεῖται, ὅπως ἂν θηρῷεν· ὅτι ἀληθεστάτη δοκεῖ αὕτη ἡ μελέτη, τῶν πρὸς τὸν πόλεμον εἶναι. καὶ γὰρ πρωῒ ἀνίστασθαι ἐθίζει, καὶ ψύχη καὶ θάλπη ἀνέχεσθαι· γυμνάζει δὲ καὶ ὁδοιπορίαις, καὶ δρόμοις· ἀνάγκη δὲ καὶ τοξεῦσαι θηρίον, καὶ ἀκοντίσαι, ὅπου ἂν παραπίπτῃ. καὶ τὴν ψυχὴν δὲ πολλάκις ἀνάγκη θήγεσθαι ἐν τῇ θήρᾳ, ὅταν τι τῶν ἀλκίμων θηρίων ἀνθιστῆται. παίειν μὲν γὰρ δεῖ τὸ ὁμόσε γιγνόμενον, φυλάξασθαι δὲ τὸ ἐπιφερόμενον. ὥστε οὐ ῥᾴδιον εὑρεῖν τί ἐν τῇ θήρᾳ ἄπεστι τῶν ἐν πολέμῳ παρόντων. ἐξέρχονται δὲ ἐπὶ τὴν θήραν, Ἄριστον ἔχοντες πλεῖον μέν, ὡς τὸ εἰκός, τῶν παίδων, τἆλλα δὲ ὅμοιον. καὶ θηρῶντες μέν, οὐκ ἂν ἀριστήσαιεν· ἢν δέ τι δέῃ θηρίου ἕνεκα ἐπικαταμεῖναι, ἢ ἄλλως βουληθῶσι διατρῖψαι περὶ τὴν θήραν, τὸ Ἄριστον τοῦτο δειπνήσαντες, τὴν ὑστεραίαν αὖ θηρῶσι μέχρι δείπνου. καὶ μίαν ἄμφω ταύτας τὰς ἡμέρας λογίζονται, ὅτι μιᾶς ἡμέρας σῖτον δαπανῶσι. τοῦτο δὲ ποιοῦσι τοῦ ἐθίζεσθαι ἕνεκα, ἵνα καὶ ἐάν τι ἐν πολέμῳ δεήσῃ, δύνωνται τοῦτο ποιεῖν. καὶ ὄψον δὲ τοῦτο ἔχουσιν οἱ τηλικοῦτοι, ὅτι ἂν θηράσωσιν. εἰ δὲ μή, τὸ Κάρδαμον.

De Venatione etiam Perſarum Strabo, li. xv. ſcribit hæc, θηρεύουσι δὲ, σαύνια ἀφ' ἵππων βάλλοντες καὶ τοξεύματα, καὶ σφενδονῶντες. Vocis autem illius Σαύνια, interpretatio ab Heſychio petenda eſt: qui, Σαύνιον, ait eſſe, ἀκόντιον βαρβαρικόν. Addit Strabo, οὐχ ἅπτονται δὲ τῶν θηρευμάτων οἱ παῖδες, ἀλλὰ κομίζειν οἴκαδε, ἔθος.

Enimuero hanc Venationis exercitationem Perſis familiarem, Cyro acceptam fert Xenophon: à quo inſtitutam, ob eas quas expoſuimus cauſas, lib. VIII. παιδ. tradit his verbis: τῆς πολεμικῆς δ' ἕνεκα ἀσκήσεως ἐπὶ θήραν ἐξῆγεν, οὕσπερ ἀσκεῖν ταῦτα ᾤετο χρῆναι· ταύτην ἡγούμενος, καὶ ὅλως ἀρίστην ἄσκησιν πολεμικῶν εἶναι, καὶ ἱππικῆς δὲ ἀληθεστάτην. καὶ γὰρ ἐπόχους ἐν παντοδαποῖς χωρίοις αὕτη μάλιστα ἀπεργάζεται, διὰ τὸ λαμβάνειν φιλοτιμίας καὶ ἐπιθυμίας· καὶ τὸ ἐγκρατεῖς δὲ καὶ πόνους, καὶ ψύχη καὶ θάλπη, καὶ λιμὸν καὶ δίψος, δύνασθαι φέρειν. ἐνταῦθα μάλιστα προσείθιζε τοὺς κοινῶνας. καὶ νῦν δ' ἔτι βασιλεὺς, καὶ οἱ ἄλλοι οἱ περὶ βασιλέα, ταῦτα ποιοῦντες διατελοῦσιν.

Quod ſi quando longius exire & ſpatiari non liceret, Viuariis & ſeptis incluſas feras Reges agitabant. Xenophon lib. VIII. παιδ. καὶ γὰρ ἐπὶ θήραν τοὺς μὲν ἄλλους ἐξῆγεν, ὁπότε μὴ μένειν ἀνάγκη τις εἴη· αὐτὸς δὲ καὶ ὁπότε ἀνάγκη εἴη, οἴκοι ἐθήρα τὰ ἐν τοῖς Παραδείσοις θηρία τρεφόμενα. Philoſtrat. lib. I. de vita Apollon. Μέλλων δέ ποτε πρὸς θήραν γίγνεσθαι τῶν ἐν τοῖς Παραδείσοις χωρίων, ἐς οὓς λέοντες ἀπόκεινται τοῖς βαρβάροις καὶ ἄρκτοι καὶ παρδάλεις, ἠξίου τὸν Ἀπολλώνιον παρατυχεῖν οἱ θηρῶντι. Acre hoc venationis ſtudium, Parthis quoque, quaſi ſucceſſionis cuiuſdam iure, inſitum ingenitumque fuiſſe, Iuſtin. lib. XLI. & Herodian. lib. VI. demonſtrant. Vnde Vononem apud Auguſtum, cui à Phraate obſes datus fuerat, educatum, petitum Roma, acceptumque Regem, quamuis gentis Arſacidarum, vt externum tamen, aſpernatos Parthos, Tacitus lib. II. Annal. narrans, addit, *Accendebat dedignantes, & ipſe diuerſus à maiorum inſtitutis, raro Venatu, ſegni Equorum cura, quoties per vrbes incederet, lecticæ geſtamine.* Eandemque deſidiam in Sardanapalo tanquam à maiorum inſtitutis degenerante, notatam, Suidas de eo loquens, ita ſcribit, ἔνδον τὸ σύμπαν ἐν τοῖς βασιλείοις διατρίβων, ὅπλων μὲν οὐχ ἁπτόμενος, οὐδ' ἐπὶ θήραν ἐξιὼν ὥσπερ οἱ παλαιοὶ βασιλεῖς. Apud Plutarch.

in Artaxerxe, Cyrus fratris Artaxerxis ignauiam arguebat, τῶν ἐν μὲ τοῖς κυνηγεσίοις μηδὲ ἐφ' ἵππου· ἐν δὲ τοῖς κινδύνοις, μηδ' ἐπὶ θρόνου καθῆσθαι.

Curſu præterea exerceri Perſas, moris fuiſſe, à Strabone accepi, qui Tubæ ſono ante lucem excitatos, velut ad arma capienda, aut ad Venationem, in vnum locum cogi conſueuiſſe, lib. xv. ſcribit. Iis vero per quinquagenos diſpoſitis ac diſtributis, ducem ex Regis aut Satrapæ alicuius liberis conſtitutum, quem currentem, ſequi iubebant: curriculo quod triginta aut quadraginta ſtadia pateret, definito. qua de re Strabonis verba ſunt hæc: συνάγουσι δὲ εἰς ἕνα τόπον ψόφῳ χαλκοῦ, περὶ ὄρθρον, διεγείροντες ἐπὶ ἐξοπλισίαν ἢ θήραν· τάξαντες δ' ἀνὰ πεντήκοντα ἡγεμόνα τῶν βασιλέως τινὰ παίδων αὐτοῖς, ἢ Σατράπου, πρέχοντι κελεύουσιν ἕπεσθαι, χωρίον ἀφορίσαντες τετράκοντα ἢ πεντήκοντα σταδίων. adiicit poſt aliquot interpoſita Strabo, τίθεται δὲ ὑπὸ βασιλέως ἆθλα δρόμου, καὶ τῶν ἐν τοῖς πεντάθλοις. id eſt, vt Interpres, *Curſus & ceterorum quæ in quinquennijs exercentur, præmia ab Rege proponuntur.* Verum, Dij melius, quam vt credam, tam imperite, & oſcitanter, vocem πεντάθλους Interpretem, quiſquis eſt, vertiſſe. Liquet enim mihi deierare, ſcripſiſſe illum, *Quinquertiis*, Feſto duce & auctore, qui *Quinquertium*, ait, *vocabant antiqui, quem Græci, πένταθλον, vt indicat hic verſus: Omnis æqualis vincebat Quinquertio.* Strabonis autem, quod obiter dictum ſit, in Latinam linguam conuertendi, Nicolaus V. Pontifex Max. negotium Guarino Veronenſi, & Gregorio Tifernati dedit. Hos laborem hunc inter ſe partitos, ex vetuſtis quibuſdam Epiſtolis didici, Guarinumque Europæ deſcriptionem; Gregorium, Aſiæ atque Africæ arripuiſſe. quod imperfectum relictum opus, poſt exceſſum Pontificis, Iacobus Antonius Marcellus, Patricius Venetus, Equeſtris ordinis vir, confectum & abſolutum, ſua opera reddidit. Tranſlationis vero fronti, Guarinus titulum inſcripſerat in hæc verba: *Strabo recte & acute perſpiciens, mundi deſignator acutiſſimus atque ſolertiſſimus, vt ex Latinis peragrandi orbis viam commoſtraret, Guarini Veronenſis interpretamento. Italis quoque ſe aperuit, Pontificante Nicolao V. eodemque mandante.* Sed hæc à re propoſita recedunt, quæ tamen

interlocutum me, non piget. Vt igitur ad ordinem redeam: ad illum, vnde digreſſi ſumus, Strabonis locum, commodiſſime accedent, quæ de Gymnicis Perſarum agonibus Xenobhon lib. I. παιδ. refert. Ait enim reliquas Tribus quæ domi manentes, venatum non exibant, in his ſe exercuiſſe, quæ, Pueri cum eſſent, didiciſſent: Iaculis nimirum, & telis mittẽdis, eaque inuicem decertando agitaſſe. Publice enim inſtituta erant iaculandi ſagittandique certamina, præmiaque victoribus propoſita. In ea autem Tribu, in qua plures periſſimi & fortiſſimi extitiſſent, ſummo, non hi modo qui tũ temporis ei præerant, verumetiam Magiſtri qui præſtãtiſſimos illos Iaculatores & Sagittarios erudierant, à popularibus ſuis, honore adficiebantur. Xenophontis hac de re, verba ſic habent: αἱ δ' αὖ μένουσαι φυλαὶ, διατρίβουσι μελετῶσαι τά τε ἄλλα ἃ παῖδες ὄντες ἔμαθον, καὶ τοξεύειν καὶ ἀκοντίζειν· καὶ διαγωνιζόμενοι ταῦτα πρὸς ἀλλήλους διατελοῦσιν. εἰσὶ δὲ καὶ δημόσιοι τούτων ἀγῶνες, καὶ ἆθλα προτίθεται. ἐν ᾗ δ' ἂν τῶν φυλῶν πλεῖστοι ὦσι δαημονέστατοι καὶ ἀνδρικώτατοι καὶ εὐπιστότατοι, ἐπαινοῦσιν οἱ πολῖται, καὶ τιμῶσιν οὐ μόνον τὸν νῦν ἄρχοντα αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ ὅστις αὐτοὺς παῖδας ὄντας ἐπαίδευσε. Hac Sagittandi peritia, apud Perſas Catenes excelluiſſe fertur: qui *adeo certo ictu* (à Curtio lib. VII. hæc ſumo) *deſtinata, feriebat, vt aues quoque exciperet. Nam & ſi forſitan*, *Sagittandi tam celebri vſu, minus admirabilis videri ars hac poſſit: tamen ingens viſentibus miraculum, magnoque honori Cateni fuit*.

Saltatione quoque Perſæ exercebantur: eamque rem ad concinnum corporis motum, roborique adiungendam agilitatem, valere cenſebant. Xenophon lib. VIII. παιδ. ὀρχεῖσθαι τὸ Περσικόν. Athenæus lib. X. Πέρσαι γὰρ, ὥσπερ ἱππεύειν, οὕτω καὶ ὀρχεῖσθαι μανθάνουσι· καὶ νομίζουσι τὴν ἐκ τῆς ἐργασίας ταύτης κίνησιν, ἐμμελῆ τινὰ λαμβάνειν γυμνασίαν τῆς τοῦ σώματος ῥώμης. Ibidẽque Perſarum Regem, illis dumtaxat, qui Mithræ ſacri erãt, diebus, Perſico more, ſaltaſſe, reliquos vero omnes Saltationibus tum abſtinuiſſe, ſcribit. Idem Athenæus varia Saltationum genera recenſens, libro XIIII. Perſicam ſilentio non prætermiſit. Cuius formam exprimit Xenophon libro quinto Αναβάσ. Κύρ. Τέλος δὲ, τὸ Περσικὸν ὠρχεῖτο, κρούων τὰς πέλτας· καὶ ὤκλαζε καὶ ἐξανίστατο. καὶ ταῦτα πάντα ἐν ῥυθμῷ πρὸς τὸν αὐλὸν

ἐποίει. Herodianus etiam lib. IIII. in ſimulatis nuptiis Antonini Caracalæ, cum Artabani filia, Partho-Perſas hoc quoque ſaltationis genere, lætitiæ qua exultabant, documenta dediſſe, refert in hunc modum: πᾶν δὲ τὸ πλῆθος βαρβάρων ἄνθεσι τοῖς ἐπιχωρίοις κατεστεμμένον, ἐσθῆτι χρυσῷ καὶ βαφαῖς διαφόροις πεποικιλμένῃ, ἑόρταζε· περί τε αὐλοὺς καὶ σύριγγας, τυμπάνων τε ἤχους, ἐσκίρτων εὐρύθμως.

Iam vero, Epheborum opera vtebantur Magiſtratus, ſi qua in re præſidio opus eſſet, ad latrones, facinoroſoſque homines, conquirendos, & ad alia quæ viribus corporis aut velocitate gerenda eſſent. Xenophon lib. I. παιδ. χρῶνται δὲ τοῖς μέχρι τῶν ἐφήβων αἱ ἀρχαί, ἤν τι ἢ φρουρῆσαι δέῃ, ἢ κακούργους ἐρευνῆσαι, ἢ λῃστὰς ὑποδραμεῖν, ἢ καὶ ἄλλό τι ὅσα ἰσχύος ἢ τάχους ἔργα ἐστί. Vnde in tranſcurſu notandum eſt, eos qui ciuitatibus oppidiſque præerant, ſollicite egiſſe, vt malis hominibus Prouinciam purgarent; eaque de cauſa, graſſatores, fures, homicidas, diligenter conquiſiſſe; vt prout quiſque deliquiſſet, in eum animaduerterent: & hoc modo conſecutos Præſides, vt quieta ac pacata eſſet prouincia quam regebant.

Præterea Strabo, de Perſarum diſciplina, libro. XV. ſcribit hæc: Απαιτοῦσι δὲ (de Magiſtris loquitur) καὶ λόγον ἑκάστου μαθήματος, ἅμα καὶ μεγαλοφωνίαν, καὶ πνεῦμα, καὶ πλευρὰν ἀσκοῦντες· καὶ πρὸς καῦμα δὲ καὶ πρὸς ψύχος, καὶ ὄμβρου καὶ χειμάῤῥων διαβάσεις, ὥστ᾽ ἄβροχα φυλάττειν καὶ ὅπλα καὶ ἐσθῆτα· καὶ ποιμαίνειν δὲ καὶ ἀγραυλεῖν, καὶ καρποῖς ἀγρίοις χρῆσθαι, τερμίνθῳ, δρυοβαλάνοις, ἀχράδι. Καλοῦνται δὲ οὗτοι Κάρδακες, ἀπὸ κλοπείας τρεφόμενοι· Κάρδα γὰρ τὸ ἀνδρῶδες καὶ πολεμικὸν λέγεται. ἡ δὲ καθ᾽ ἡμέραν δίαιτα; ἄρτος μετὰ τὸ γυμνάσιον, καὶ μάζα· καὶ κάρδαμον, καὶ ἁλῶν χόνδρος. καὶ κρέα ὀπτὰ, ἢ ἑφθὰ ἐξ ὕδατος· ποτὸν δὲ ὕδωρ. Et paulo poſt: δείλης δὲ φυτουργεῖν καὶ ῥιζοτομεῖν ἀσκοῦσι, καὶ ὅπλοποιεῖν, καὶ λίνα καὶ ἄρκυς φιλοτεχνεῖν.

Talia fuiſſe Xenophon Ephebororum & Adultorum munia ait: quo in ſtatu, totos decem annos agebant. Decennio vero expleto, iuſtæ perfectæque ætatis habebantur, & in Virorum ordinem allegebantur ac cooptabantur: Vnde, ſi tempora ad calculos reuocentur, facile quiuis, vel me tacente, intelliget, Perſas virilis vigoris initium, ſeptimo &

viceſimo anno definiſſe.

Poſtquam vero ex Ephebis exceſſerant, nouam vitæ ratio-nem Perſæ ordiebantur: ad cuius metas, decurſo demum quinque & viginti annorum curriculo, perueniebant.

Et illi quidem Magiſtratibus, non ſecus ac Ephebi, præſto erant, ſi qua in re, publicas vtilitates ope, conſilio, iuuare poſſent: nec à Magiſtratibus officium ſuum operamve requiri patiebantur; quibus vltro ſeſe offerentes adſiduèq; ſiſtentes, eorum quæ imperarentur, nihil quidquam detrectabant, ſolam obſequij ſibi, gloriam vindicantes. Vtebantur autem eorum opera Magiſtratus, in his rebus, quæ coniunctas prudentiæ vires exigerent. Quippe iam conſilioque manuque (vt Ouidius loquitur) boni, ſtrenuam domi foriſque, pro ſalute communi operam nauabant: & ſicubi militiæ munera obeunda erant, iam non Telis & Iaculis, Sagittis, Paltis & aliis miſſibilibus, quibus antea in pueritia & in adoleſcentia aſſueuerant, inſtruebantur: verum armis quibus cominus pugnarent, induebantur. Ærea enim Lorica pectus tegebant: Læua, craticium, ſeu ex cratibus compactum, Scutum: Dextra, Machæram, aut Copidem geſtabant: quo habitu Perſæ, cum in armis erant, depingebantur.

Atque Virilis hic ordo, ſeminarium erat Magiſtratuum, indeque legebantur omnes qui ad munera publica vocabantur: exceptis puerorum Magiſtris, quorum lectio, vti fieret, ſupra docuimus. Horum omnium auctoritatem præſtabit, idem ipſe Xenophon, qui ſe iam toties nexu obligauit. Æquis igitur animis eius orationem, quę melle dulcior fluit, accipiamus: ταῦτα μὲν δὴ, ait, οἱ Ἔφηβοι πράττουσιν· ἐπειδὰν δὲ τὰ δέκα ἔτη διατελέσωσιν, ἐξέρχονται εἰς τοὺς τελείους ἄνδρας. ἀφ' οὗ δ' ἂν ἐξέλθωσι χρόνου ἐκ τῶν Ἐφήβων, οὗτοι αὖ πέντε καὶ εἴκοσιν ἔτη διάγουσιν ὧδε· πρῶτον μὲν ὥσπερ οἱ Ἔφηβοι παρέχουσιν ἑαυτοὺς ταῖς Ἀρχαῖς χρῆσθαι ἤν τι δέῃ ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ, ὅσα φρονούντων τε ἤδη ἔργα ἐστὶ, καὶ ἔτι δυναμένων. ἢν δέ που δέῃ στρατεύεσθαι, Τόξα μὲν οἱ οὕτω πεπαιδευμένοι οὐκέτι ἔχοντες οὐδὲ Παλτοῖς στρατεύονται· τὰ δ' ἀγχέμαχα ὅπλα καλούμενα, Θώρακά τε περὶ τοῖς στέρνοις, καὶ γέρρον ἐν τῇ ἀριστερᾷ, οἷόνπερ γράφονται οἱ Πέρσαι ἔχοντες· ἐν δὲ τῇ δεξιᾷ, Μάχαιραν, ἢ Κοπίδα· καὶ

omnia vitia contineri veriſſime dictũ ſit: & generaliter, verſiculo Græco definitum, Ingrato homine terram peius nihil ferre: nec vero vllum vitium eſt, quod magis in odia hominum incurrat.

Ingrati ergo apud Perſas actio prodita erat: legibuſque & moribus receptum, vt in iudicium crimenque, vocari poſſet, is qui beneficij accepti immemor, gratias cum poſſet, non retuliſſet. Quem Perſarum morem, cauſis etiam additis, Xenophon lib. I. παιδ. eleganter exſequitur: δικάζουσι δὲ καὶ ἐγκλήματος οὗ ἕνεκα ἄνθρωποι μισοῦσι μὲν ἀλλήλους μάλιστα, δικάζονται δὲ οὐδ' ἥκιστα, ἀχαριστίας· καὶ ὃν ἂν γνῶσι δυνάμενον μὲν χάριν ἀποδιδόναι, μὴ ἀποδιδόντα δὲ, κολάζουσι καὶ τοῦτον ἰσχυρῶς. οἴονται γὰρ τοὺς ἀχαρίστους καὶ περὶ θεοὺς ἂν μάλιστα ἀμελῶς ἔχειν, καὶ περὶ γονέας, καὶ πατρίδα. καὶ φίλους. ἕπεσθαι δὲ δοκεῖ μάλιστα τῇ ἀχαριστίᾳ ἡ ἀναισχυντία, καὶ γὰρ αὕτη μεγίστη δοκεῖ εἶναι ἐπὶ πάντα τὰ αἰσχρὰ ἡγεμών. Perſicam quoque hanc cõntra Ingratos legem, alij etiam auctores memorant. Ammianus Marcellinus libr. XXIII. de Perſis, *Leges apud eos, impendio formidatæ, inter quas diritate exuperant latæ contra Ingratos.* Themiſt. Orat. III. οὐδὲν γὰρ ὅλως φιλίας οὔτε συνδεῖ μᾶλλον εὐχαριστίας οὔτε διόλλυσιν ἀχαριστίας. καὶ διὰ τοῦτο ὁ Περσικὸς νόμος δίκας εἰσπράττεται ἀχαριστίας, ὅτι μάλιστα ἐμποιεῖ μῖσος ὅτῳ ἂν ᾖ· οὗ δὲ μηδεὶς κολάζει νόμος ἐνταῦθά τοι αὐτῆς μισοῦσι μὲν ἀλλήλους, οὐ δικάζονται δὲ, ἀλλὰ κρύπτουσι τὸ ἔχθος. Iohannes Tzetzes Hiſtor. verſuum Chilia. III. cap. XCVIII.

Καὶ τί τὸν Τδρόν σοι φημὶ χάριτον μνημονεύειν;
Νόμος κοινός τις Περσικὸς ἐστὶ κατ' ἀχαρίστων.
Τοὺς δυναμένους σύμπαντας χάριν ἀποδιδόναι,
Καὶ μὴ διδόντας, ἰσχυρῶς εὐθύνειν καὶ κολάζειν.
Τοὺς ἀχαρίστους οἴονται καὶ γὰρ περὶ τὴν πατρίδα,
Καὶ περὶ γονεῖς καὶ περὶ θεὸν ἀσεβεστάτους εἶναι.

Itaque, vtrum conſulto & ſciens prudens, an μνημονικῷ, vt ſit, ἁμαρτήματι, Seneca lib. II. de Beneficiis, capite VII. ſcripſerit, *Excepta Macedonum gente non eſt, in vlla, data aduerſus Ingratum actio*, aliis iudicandum relinquo: conſtanter quippe in vetuſtis omnibus codicibus, *Macedonum*, non *Medorum*, vt quidam emendant, ſcribitur. Vtut ſit, nullam eo nomine neque ordinariam, neque extraordinariam actionem, aliubi com-

petiſſe ait. *Aduerſus maleficium omne conſenſimus, & homicidii, veneficii, paricidii, violatarum religionum, alibi atque alibi, diuerſa pœna eſt, ſed vbique aliqua. Hoc frequentiſſimum crimen nuſquam punitur, vbique improbatur. Neque abſoluimus illud: ſed cum difficilis eſſet incertæ rei æſtimatio, tantum odio damnauimus & inter ea reliquimus, quæ ad vindices Deos mittimus.* Ac deinde multas rationes adfert, propter quas, crimen hoc, in legem cadere nõ debeat.

Nec minus inuiſum Perſis, Deſertionis crimen fuit. Acerbas enim aduerſus Deſertores latas a Perſis leges, Ammian. Marcellin. lib. XXXIII. notat.

Perſas vero ſumma obſeruantia ac pietatẽ parentes ſuos coluiſſe, argumento eſt, quod vel in conſpectum matris cõſidere nefas erat, niſi illa permiſiſſet, vt Q. Curtius lib. V. docet, quo loci Alexander Siſygambim Darii matrem, quam omni honore, ac filii quoque pietate, proſequebatur, alloquens, *Quotieſcunque* ait, *ad te veni, donec vt conſiderem annueres, reſtiti.* Ac plane Tertullianus in lib. de Oratione. *Irreuerens eſſe adſidere ſub conſpectu, contraque conſpectum eius, quem maxime reuerearis, ac venereris*, ait.

Cyaxarim filiæ nuptias cum ingenti dote Cyro obtuliſſe, Xenophon lib. VIII. παιδ. refert. Is vero nõ niſi patris matriſque aſſenſu fas ſibi eſſe ducens matrimonium contrahere, reſpondit, βούλομαι σὺν τῇ τοῦ πατρὸς γνώμῃ, καὶ τῇ τῆς μητρὸς, ταῦτά σοι συνέσαι.

Sed & Perſæ hac rara laude gloriabantur, quod apud eos nullus vnquam inuentus eſſet, qui parentibus ſuis impias manus attuliſſet. Nam ſi quis tale quid patraſſet, diligenti ſuper hoc inquiſitione habita, compertum ſemper, aut ſubiectum ſuppoſitumque fuiſſe partum, aut adulterinum, vel obliquum à matre genus duxiſſe: nec adduci poterant vt crederent, tantum ſcelus, in alios quam ſpurios, aut vulgo quæſitos liberos, cadere poſſe: alienumque à natura, & parum credibile eſſe, vt certus parens, à iuſtis liberis, interimeretur. Quod fide mea eſſe non iubeo, ſed fides penes auctorem eſto, id eſt Herodotum, quem in iure ſiſtere ſatis habeo: & is litem excipiens, hæc pro ſe lib. I. allegat; ἀποκτεῖναι δὲ οὐδένα, κω λέγουσι τὸν ἑωυτοῦ πατέρα, ἢ μητέρα· ἀλλὰ ὁκόσα ἤδη τοιαῦτα

ἐγενέτο, πᾶσαν ἀνάγκην φασὶ ἀναζητεόμενα ταῦτα ἀνευρεθῆναι, ἤτοι ὑποβολιμαῖα ἐόντα, ἢ μοιχίδια. οὐ γὰρ δὴ φασὶ εἰκὸς εἶναι τόν γε ἀληθέως τοκέα ὑπὸ τοῦ ἑωϋτοῦ παιδὸς ἀποθνήσκειν. Cuius fidem quoque ſecutus Nicolaus περὶ ἐθῶν, vt eſt apud Stobæum Sermone XLII. ἐὰν δέ τις πατερακτύνῃ, ὑποβλητὸν αὐτὸν οἴονται. Plane, Artaxerxes Mnemon, (quemadmodum Æmilius Prob. ait:) cum matris ſuæ ſcelere amiſiſſet vxorem, *tantum indulſit dolori, vt eum pietas vinceret.*

Illud ſatis conſtat, Perſarum moribus, Filios familias in patrum poteſtate fuiſſe. Atque adeo Ariſtoteles lib. VIII. Ethicorum, patriam poteſtatem apud Perſas tyrannicam fuiſſe ait: vſos enim liberis ſuis, vt ſeruis. Quod & Romæ olim obtinuiſſe non eſt ignotum. Patria enim Pop. Rom. poteſtas, proxime ad dominicam accedebat: Filiorumque familias ſtatus, parum à ſeruili conditione diſtabat: cum in illos, æque atque in mancipia, vitæ & necis ius patres haberent.

Poſtremo, vt moralem hanc inſtitutionis Perſicæ partem abſoluam, Perſis quæcumque factu, eadem & dictu turpia cenſebantur: nec minus verborum quam factorum obſcænitas vitabatur: nec dicere licebat, quod non & facere, fas iuſque eſſet. Herodotus lib. I. ὁκόσα δέ σφι ποιέειν οὐκ ἔξεστι, ταῦτα οὐδὲ λέγειν ἔξεστι. Nicolaus περὶ ἐθῶν, vt eſt apud Stobæum, Sermo. XLII. Πέρσαις ὃ μὴ ποιεῖν ἔξεστιν, οὐδὲ λέγουσιν.

Liberi autem omnium Perſidis procerum, in Regiæ veſtibulo, ſeu pro foribus, erudiebantur: vbi multa ſummæ continentiæ ac temperantiæ documenta excipere, erat: turpe autem & indecorum, nihil nec cernere nec audire. Contemplabantur item Pueri, quibus Rex honorem haberet, & quos ignominia notaret. Quo fiebat, vt à primis ætatis annis, & imperare & parere diſcerent. Quod Xenophon lib. I. Ἀναβάσ. ita ſcribit: πάντες γὰρ οἱ τῶν ἀρίστων Περσῶν παῖδες, ἐν ταῖς βασιλέως θύραις παιδεύονται· ἔνθα πολλὴν μὲν σωφροσύνην καταμάθοι ἄν τις, αἰσχρὸν δ' οὐδὲν οὔτε ἀκοῦσαι οὔτ' ἰδεῖν ἔστι. θεῶνται δ' οἱ παῖδες καὶ τοὺς τιμωμένους ὑπὸ βασιλέως καὶ ἀκούουσι, καὶ ἄλλους ἀτιμαζομένους· ὡς εὐθὺς παῖδες ὄντες, μανθάνουσιν ἄρχειν τε καὶ ἄρχεσθαι. In prouinciis quoque idem obſeruatum, vt nobiliorum filij, pro foribus Satraparum continentiæ præceptis in-

ſtituerentur, idem Xenophon eodem libro ita ſcribit: ἐπίσι δ' ἂν γῆν καὶ Ἀρχεῖα λάβωσιν. ἀναγκάζειν τούτους ἐπὶ θύρας ἰέναι, καὶ σωφροσύνης ἐπιμελουμένους, παρέχειν αὐτοὺς τῷ Σατράπῃ χρῆσθαι ἤν τι δέηται. παιδεύειν δὲ καὶ τοὺς γιγνομένους παῖδας ἐπὶ θύρας, ὥσπερ παο αὐτῷ. & mox, ταῦτα δὲ Κύρου οὕτως τότε τάξαντος, ἔτι καὶ νῦν τῷ αὐτῷ τρόπῳ πᾶσαι αἱ τῶν Ἀρχόντων θύραι ὁμοίως θεραπεύονται.

Iam, vt ad ea quæ reſtant Perſicæ inſtitutionis capita, quæ quidem in corporis exercitatione verſabãtur, accedam, ſumma cura pueri, vt Xenophon lib. I. παιδ. auctor eſt, diſcebant τοξεύειν καὶ ἀκοντίζειν. Clemens Alexandrin. lib. I. Pædag. cap. VIII. ἀλλὰ τοξεύειν μόνον οἱ παῖδες αὐτοῖς μανθάνουσι. Eſt autem Τοξεύειν, arcu ſagittas mittere, ſeu *Sagittare*: quod verbum optimæ notæ eſt, ac ne quis de eius latinitate dubitet, patronos adſertoreſque habet, Curtium. lib. VII. Iuſtinum lib. XLI. Ἀκοντίζειν vero, *Iaculari*, id eſt, vt Quintilian. lib. VIII. cap. XII. interpretatur, *Iaculum emittere*. Iaculum autem, excuſſo lacerto vibrari, intorqueri, dirigi, non eſt ignotum. Apud Perſas, vtique Equitandi, & Iaculãdi laus vigebat. A pueris ergo Equos aſcẽdere, in equis ſedere, ferocitate exultãtes domare, flectere, & ex ingenti curriculo, in exiguum gyrum compellere, denique ex equis pugnare, Perſæ diſcebant. Et quidem, à quinto anno, ad viceſimum vſque, vt Herodotus lib. I. ait: aut, ad quartum & viceſimum vſque, vt Strabo lib. XV. Pueri, Equitare, Iaculari, & Tela mittere docebantur. Herodoti verba ſunt hæc: παιδεύουσι τοὺς παῖδας ἀπὸ πενταέτεος ἀρξάμενοι, μέχρι εἰκοσαέτεος, τρία μοῦνα, Ἱππεύειν, καὶ Τοξεύειν, καὶ Ἀληθεύεσθαι. Strabo vero lib. XV. Ἀπὸ δὲ, ait, πέντε ἐτῶν ἕως τετάρτου καὶ εἴκοσι παιδεύονται, Τοξεύειν, καὶ Ἀκοντίζειν, καὶ Ἱππάζεσθαι. In eodemque exercitio perſtabant etiam hi qui ad virilem ætatem peruenerant. Xenoph. lib. I. παιδ. αἱ δ' αὖ μένουσαι φυλαὶ διατρίβουσι μελετῶσαι τά τε ἄλλα ἃ παῖδες ὄντες ἔμαθον, καὶ Τοξεύειν, καὶ Ἀκοντίζειν· καὶ διαγωνιζόμενοι ταῦτα πρὸς ἀλλήλους, διατελοῦσιν. vnde Himerius ἐν μελέταις. Πέρσαι τε τόξα σπουδάζουσι καὶ πᾶς ὁ βίος ἐκείνοις φαρέτρα καὶ βέλη. Athenæus quoque, lib. X. Perſas, ἱππεύειν μανθάνειν, ait.

Eadem Equitandi, Iaculandique, ad Partho-Perſas quoque diſciplina & cura tranſiit. Iuſtin. lib. XLI. *Hos pari ac li-*

*beros ſuos cura habent, & Equitare, & Sagittare, magna induſtria docent.* Herodian. lib. VI. Τόξοις τε καὶ ἵπποις οὐκ εἰς τὸ πολεμεῖν μόνον χρῶνται, ὥσπερ Ῥωμαῖοι, ἀλλ' ἐκ παίδων σὺν αὐτοῖς ἀναστρέφονται, καὶ θηρῶντες, οὔτε τὰς φαρέτρας ποτὲ ἀποτιθέμενοι, οὔτε τῶν ἵππων ἀποβαίνοντες· ἀεὶ δὲ αὐτοῖς χρώμενοι, ἢ κατὰ πολεμίων, ἢ κατὰ θηρίων.

Et hæc ſunt, in quibus PVERI Perſici ad ſeptimum & decimum vſque annum, tempus, ſtudium, operamque ponebant: Ad quem annum vbi peruenerant, in Epheborum ordinem allegebantur; pueriliťateque poſita, Epheborum albo adſcribebantur. Xenophon lib. I. παιδ. μέχρι μὲν δὴ ἓξ ἢ ἑπτὰ καὶ δέκα ἐτῶν ἀπὸ γενεᾶς, οἱ Παῖδες ταῦτα πράττουσιν· ἐκ τούτου δὲ εἰς τοὺς Ἐφήβους ἐξέρχονται.

EPHEBORVM autem (hoc enim Latio nomen vſus pridem mancipauit) alia erat, atque Puerorum condicio, aliusque vitæ modus. Hi enim ſummo mane in Forum liberale venientes, veſpere domum redibant. Illi vero, toto decennij, poſtquam è pueris exceſſerant, ſpatio, in Archiis, interdiu noctuque verſabantur, eoque loci, cibum ſomnumque capientes, adſidue morabantur: tum vrbis tuendæ cuſtodiendæque cauſa, tum etiam colendæ obſeruandæque temperantiæ gratia. Quanto enim ad vitia procliuior proniorque adoleſcentia eſt, eo maiore cura & diligentia indigere eam cenſebant. Ideoque in Rectorum conſpectu, adoleſcentiæ anni tranſigebantur: præſtoque Ephebi erant, ſi qua publica neceſſitas eorum operam deſideraret. Ita Virorum, Senumque, cœtibus permixti, alienoque potius arbitrio viuentes, quam ſuo, adfines earum rerum non erant, quas fert adoleſcentia. Tales enim Iuuenes euadere fere vſuuenit, quales ſunt ij quorum conſuetudine delectantur. Quinetiam liberalis illius fori finibus ac cancellis circumſcripti Ephebi, vagandi & hac illac curſitandi facultatem non habebant, nec temere inde, niſi venationis cauſa, excedebant. Venatum enim proficiſcens Rex (quod ſæpius ſingulis menſibus contingebat) mediam Epheborum partem, reliquis in Regia relictis, educebat. Inermes vero, venationis cauſa, nequaquam egrediebantur: verum cum armatura, non quidem omnino graui, ſed nec penitus leui. Etenim, lorica

excepta, militaribus, præliaribuſque armis inſtructi, Regi ſeſe comites addebant. Primum quidem, mucrone quem *Copidem* vocabant, in vagina recondito, accingebantur: aut *Sagari*, de quibus armorum generibus, dabitur libro proximo dicendi locus. Præterea Arcus cum Pharetra, ex qua ſagittæ depromerentur, ab humeris pendebat: Scutum etiam cum Paltis, id eſt haſtilibus, duobus, geſtabant; quorum alterum mitterent, & altero, ſi opus eſſet, cominus vterentur. Summo autem ſtudio, venationi operam publice Perſæ dabant, & Rex ipſe, in Venatione, æque ac in bello, agminis ductor erat. Nam & venabatur ipſe, & vt alij quoque venarentur ſatagebat. Eique rei non mediocris diligentia adhibebatur, quod Venatio ferarum, quaſi meditatio quædam bellicæ diſciplinæ, aut velitatio, videretur. Etenim diluculo ſurgere, frigus & æſtum tolerare, aſſuefacit, itineribus & curſibus exercet. Neceſſe etiam eſt, ſagittam dirigere in feram, & Iaculo eandem petere vbicunque occurrerit. Animum quoque incaleſcere & exacui neceſſe eſt in venatione, ſiquæ ſeſe ferox & valida fera obiecerit. Nam ferire oportet occurrentem ſibi, & ab eius incurſu cauere. Quare vix à venatione quidquam abeſt eorum quæ inter bellandum accidunt.

Exeuntes autem Venatu Ephebi, in prandium eadem quæ Pueris vſitata fuiſſe diximus cibariâ & obſonia, ſed aliquanto largius & copioſius, vti par erat, ferebant: Et quidem, nullatenus ante peractam venationem prādebant: Immo vero ſi feræ capiendæ cauſa diutius immorari oporteret, aut alioquin diem venando extrahere & eximere vellent, prandium in cœnam differebatur: & in cœna, veſcebantur iis quæ prandio parata deſtinataque fuerant. Poſtridie vero prandio abſtinentes, inediæque ad cœnam vſque patientes, venabantur: biduum illud in venatione tranſactum, pro vno die computantes, quod vnius diei cibum conſumpſiſſent. Cui abſtinentiæ aſſueſcebant, vt in bello, ſicubi res exigeret, eadem ferre & perpeti poſſent. Nec enim difficile quidquam eſt, quod in naturam conſuetudo perduxerit. Cogita, ait Seneca, lib. de Tranquillit. animi, c. x. *compeditos, primo ægre ferre onera & impedimenta crurum: deinde vbi non*

*indignari illa, ſed pati propoſuerunt, Neceſsitas, fortiter ferre docet; Conſuetudo, facile.* Carne autem (quod & de Parthis Iuſtinus lib. XLI. notat) non niſi venatibus quæſita veſcebantur: alioquin obſonium aliud nullum illis præter merum Naſturtium apponebatur. Ac ne periculum horum quæ dixi præſtem, auctorem laudabo eum, cuius ore Muſas quaſi locutas ferunt: nec enim paginam nos, Atticæ Muſæ verbis, implere, vitio verteris, qui in Stobæo longe plura ex iiſdem ſcriptis congeſta, æqui bonique conſulet. Xenophon igitur lib. I. παιδ. de Epheborum vitæ ratione, hæc quæ ſequuntur ſcribit: Δέκα ἔτη ἀφ' οὗ ἂν ἐκ Παίδων ἐξέλθωσι, κοιμῶνται μὲν περὶ τὰ Ἀρχεῖα, ὥσπερ προείρηται, καὶ φυλακῆς ἕνεκα τῆς πόλεως, καὶ σωφροσύνης· δοκεῖ γὰρ αὕτη ἡ ἡλικία μάλιστα ἐπιμελείας δεῖσθαι. Παρέχουσι δὲ καὶ τὴν ἡμέραν ἑαυτοὺς, μάλιστα τοῖς Ἄρχουσι, χρῆσθαι, ἤν τι δέωνται ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ. καὶ ὅταν μὲν δέῃ, πάντες μένουσι περὶ τὰ Ἀρχεῖα· ὅταν δὲ ἐξίῃ Βασιλεὺς ἐπὶ θήραν, ἐξάγει τὴν ἡμίσειαν τῆς φυλακῆς. ποιεῖ δὲ τοῦτο πολλάκις τοῦ μηνός. ἔχειν δὲ δεῖ τοὺς ἐξιόντας, Τόξα παρὰ τὴν φαρέτραν, καὶ ἐν κολεῷ Κοπίδα, ἢ Σάγαριν· ἔτι δὲ καὶ Γέρρον, καὶ Παλτὰ δύο, ὥστε τὸ μὲν ἀφιέναι, τῷ δ', ἂν δέῃ, ἐκ χειρὸς χρῆσθαι. διὰ τοῦτο δὲ, δημοσίᾳ τοῦ θηρᾶν ἐπιμέλονται· καὶ Βασιλεὺς, ὥσπερ καὶ ἐν πολέμῳ, ἡγεμὼν αὐτοῖς ἐστὶ, καὶ αὐτός τε θηρᾷ, καὶ τῶν ἄλλων ἐπιμελεῖται, ὅπως ἂν θηρῶσιν· ὅτι ἀληθεστάτη δοκεῖ αὕτη ἡ μελέτη, τῶν περὶ τὸν πόλεμον εἶναι. καὶ γὰρ πρῳῒ ἀνίστασθαι ἐθίζει, καὶ ψύχη καὶ θάλπη ἀνέχεσθαι· γυμνάζει δὲ καὶ ὁδοιπορίαις, καὶ δρόμοις· ἀνάγκη δὲ καὶ τοξεῦσαι θηρίον, καὶ ἀκοντίσαι, ὅπου ἂν παραπίπτῃ. καὶ τὴν ψυχὴν δὲ πολλάκις ἀνάγκη θήγεσθαι ἐν τῇ θήρᾳ, ὅταν τι τῶν ἀλκίμων θηρίων ἀνθιστῆται. παίειν μὲν γὰρ δεῖ τὸ ὁμόσε γιγνόμενον, φυλάξασθαι δὲ τὸ ἐπιφερόμενον. ὥστε οὐ ῥᾴδιον εὑρεῖν τί ἐν τῇ θήρᾳ ἄπεστι τῶν ἐν πολέμῳ παρόντων. ἐξέρχονται δὲ ἐπὶ τὴν θήραν, Ἄριστον ἔχοντες πλεῖον μὲν, ὡς τὸ εἰκὸς, τῶν παίδων, τἆλλα δὲ ὅμοιον. καὶ θηρῶντες μὲν, οὐκ ἂν ἀριστήσαιεν· ἢν δέ τι δέῃ θηρὸς ἕνεκα ἐπικαταμεῖναι, ἢ ἄλλως βουληθῶσι διατρῖψαι περὶ τὴν θήραν, τὸ Ἄριστον τοῦτο δειπνήσαντες, τὴν ὑστεραίαν αὖ θηρῶσι μέχρι δείπνου. καὶ μίαν ἄμφω ταύτας τὰς ἡμέρας λογίζονται, ὅτι μιᾶς ἡμέρας σῖτον δαπανῶσι. τοῦτο δὲ ποιοῦσι τοῦ ἐθίζεσθαι ἕνεκα, ἵνα καὶ ἐάν τι ἐν πολέμῳ δεήσῃ, δύνωνται τοῦτο ποιεῖν. καὶ ὄψον δὲ τοῦτο ἔχουσιν οἱ τηλικοῦτοι, ὅτι ἂν θηράσωσιν. εἰ δὲ μὴ, τὸ Κάρδαμον.

De Venatione etiam Perſarum Strabo, li. xv. ſcribit hæc, θηρεύουσι δὲ, σαύνια ἀφ' ἵππων βάλλοντες καὶ τοξεύματα, καὶ σφενδονοῦντες. Vocis autem illius Σαύνια, interpretatio ab Heſychio petenda eſt: qui, Σαύνιον, ait eſſe, ἀκόντιον βαρβαρικόν. Addit Strabo, οὐχ ἅπτονται δὲ τῶν θηρευμάτων οἱ παῖδες, ἀλλὰ κομίζειν οἴκαδε, ἔθος.

Enimuero hanc Venationis exercitationem Perſis familiarem, Cyro acceptam fert Xenophon: à quo inſtitutam, ob eas quas expoſuimus cauſas, lib. VIII. παιδ. tradit his verbis: τῆς πολεμικῆς δ' ἕνεκα ἀσκήσεως ἐπὶ θήραν ἐξῆγεν, οὕσπερ ἀσκεῖν ταῦτα ᾤετο χρῆναι· ταύτην ἡγούμενος, καὶ ὅλως ἀρίστην ἄσκησιν πολεμικὴν εἶναι, καὶ ἱππικῆς δὲ ἀληθεστάτην. καὶ γὰρ ἐπόχους ἐν παντοδαποῖς χωρίοις αὕτη μάλιστα ἀπεργάζεται. διὰ τὸ οὖ λαμβάνειν φιλοτιμίας καὶ ἐπιθυμίας· καὶ τὸ ἐγκρατεῖς δὲ καὶ πόνους, καὶ ψύχη καὶ θάλπη, καὶ λιμὸν καὶ δίψος, δύνασθαι φέρειν. ἐνταῦθα μάλιστα προσεἴθιζε τοὺς κοινῶνας. καὶ νῦν δ' ἔτι βασιλεὺς, καὶ οἱ ἄλλοι οἱ περὶ βασιλέα, ταῦτα ποιοῦντες διατελοῦσιν.

Quod ſi quando longius exire & ſpatiari non liceret, Viuariis & ſeptis incluſas feras Reges agitabant. Xenophon lib. VIII. παιδ. καὶ γὰρ ἐπὶ θήραν τοὺς μὲν ἄλλους ἐξῆγεν, ὁπότε μὴ μένειν ἀνάγκη τις εἴη· αὐτὸς δὲ καὶ ὁπότε ἀνάγκη εἴη, οἴκοι ἐθήρα τὰ ἐν τοῖς Παραδείσοις θηρία τρεφόμενα. Philoſtrat. lib. I. de vita Apollon. Μέλλων δὲ ποτε πρὸς θήραν γίγνεσθαι τῶν ἐν τοῖς Παραδείσοις χωρίων, ἐς οὓς Λέοντες ἀπόκεινται τοῖς βαρβάροις καὶ Ἄρκτοι καὶ Παρδάλεις, ἠξίου τὸν Ἀπολλώνιον παρατυχεῖν οἱ θηρῶντι. Acre hoc venationis ſtudium, Parthis quoque, quaſi ſucceſſionis cuiuſdam iure, inſitum ingenitumque fuiſſe, Iuſtin. lib. XLI. & Herodian. lib. VI. demonſtrant. Vnde Vononem apud Auguſtum, cui à Phraate obſes datus fuerat, educatum, petitum Roma, acceptumque Regem, quamuis gentis Arſacidarum, vt externum tamen, aſpernatos Parthos, Tacitus lib. II. Annal. narrans, addit, *Accendebat dedignantes, & ipſe diuerſus à maiorum inſtitutis, raro Venatu, ſegni Equorum cura, quoties per vrbes incederet, lecticæ geſtamine.* Eandemque deſidiam in Sardanapalo tanquam à maiorum inſtitutis degenerante, notatam, Suidas de eo loquens, ita ſcribit, ἔνδον τὸ σύμπαν ἐν τοῖς βασιλείοις διεβίω, ὅπλων μὲν οὐχ ἁπτόμενος, οὐδ' ἐπὶ θήραν ἐξιὼν ὥσπερ οἱ παλαιοὶ βασιλεῖς. Apud Plutarch.

in Artaxerxe, Cyrus fiatris Artaxerxis ignauiam arguebat, τῷ, ἐν μὲν τοῖς κυνηγεσίοις μηδ' ἐφ' ἵππου· ἐν δὲ τοῖς κινδύνοις, μηδ' ἐπὶ θρόνου καθῆσθαι.

Curſu præterea exerceri Perſas, moris fuiſſe, à Strabone accepi, qui Tubæ ſono ante lucem excitatos, velut ad arma capienda, aut ad Venationem, in vnum locum cogi conſueuiſſe, lib. xv. ſcribit. Iis vero per quinquagenos diſpoſitis ac diſtributis, ducem ex Regis aut Satrapæ alicuius liberis conſtitutum, quem currentem, ſequi iubebant: curriculo quod triginta aut quadraginta ſtadia pateret, definito. qua de re Strabonis verba ſunt hæc: συνάγουσι δὲ εἰς ἕνα τόπον ψόφῳ χαλκοῦ, περὶ ὄρθρον, διεγείραντες ἐπὶ ἐξοπλισίαν ἢ θήραν· τάξαντες δ' ἀνὰ πεντήκοντα ἡγέμονα τῶν βασιλέως τινὰ παίδων αὐτοῖς, ἢ σατράπου, τρέχοντι κελεύουσιν ἕπεσθαι, χωρίον ἀφορίσαντες τριάκοντα ἢ τετταράκοντα σταδίων. adiicit poſt aliquot interpoſita Strabo, τίθεται δὲ ὑπὸ βασιλέως ἆθλα δρόμου, καὶ τῶν ἐν τοῖς πεντάθλοις. id eſt, vt Interpres, *Curſus & ceterorum quæ in quinquennijs exercentur, præmia ab Rege proponuntur.* Verum, Dij melius, quam vt credam, tam imperite, & oſcitanter, vocem πεντάθλους Interpretem, quiſquis eſt, vertiſſe. Liquet enim mihi deierare, ſcripſiſſe illum, *Quinquertiis*, Feſto duce & auctore, qui *Quinquertium*, ait, *vocabant antiqui, quem Græci, πένταθλον, vt indicat hic verſus: Omnis æqualis vincebat Quinquertio.* Strabonis autem, quod obiter dictum ſit, in Latinam linguam conuertendi, Nicolaus V. Pontifex Max. negotium Guarino Veronenſi, & Gregorio Tifernati dedit. Hos laborem hunc inter ſe partitos, ex vetuſtis quibuſdam Epiſtolis didici, Guarinumque Europæ deſcriptionem; Gregorium, Aſiæ atque Africæ arripuiſſe. quod imperfectum relictum opus, poſt exceſſum Pontificis, Iacobus Antonius Marcellus, Patricius Venetus, Equeſtris ordinis vir, confectum & abſolutum, ſua opera reddidit. Tranſlationis vero fronti, Guarinus titulum inſcripſerat in hæc verba: *Strabo recte & acute perſpiciens, mundi deſignator acutiſſimus atque ſolertiſſimus, vt ex Latinis peragrandi orbis viam commoſtraret, Guarini Veronenſis interpretamento. Italis quoque ſe aperuit, Pontificante Nicolao V. eodemque mandante.* Sed hæc à re propoſita recedunt, quæ tamen

interlocutum me, non piget. Vt igitur ad ordinem redeam: ad illum, vnde digreſſi ſumus, Strabonis locum, commodiſſime accedent, quæ de Gymnicis Perſarum agonibus Xenophon lib. I. παιδ. refert. Ait enim reliquas Tribus quæ domi manentes, venatum non exibant, in his ſe exercuiſſe, quæ, Pueri cum eſſent, didiciſſent: Iaculis nimirum, & telis mittẽdis, eaque inuicem decertando agitaſſe. Publice enim inſtituta erant iaculandi ſagittandique certamina, præmiaque victoribus propoſita. In ea autem Tribu, in qua plures peritiſſimi & fortiſſimi extitiſſent, ſummo, non hi modo qui tũ temporis ei præerant, verumetiam Magiſtri qui præſtãtiſſimos illos Iaculatores & Sagittarios erudierant, à populatibus ſuis, honore adficiebantur Xenophontis hac de re, verba ſic habent: αἱ δ' αὖ μένουσαι φυλαὶ, διατρίβουσι μελετῶσαι τά τε ἄλλα ἃ παῖδες ὄντες ἔμαθον, καὶ τοξεύειν καὶ ἀκοντίζειν· καὶ διαγωνιζόμενοι ταῦτα· πρὸς ἀλλήλους διατελοῦσιν. εἰσὶ δὲ καὶ δημόσιοι τούτων ἀγῶνες, καὶ ἆθλα προτίθεται. ἐν ᾗ δ' ἂν τῶν φυλῶν πλεῖστοι ὦσι δαημονέστατοι καὶ ἀνδρικώτατοι καὶ εὐπιστότατοι, ἐπαινοῦσιν οἱ πολῖται, καὶ τιμῶσιν οὐ μόνον τὸν νῦν ἄρχοντα αὐτῶν. ἀλλὰ καὶ ὅστις αὐτοὺς παῖδας ὄντας ἐπαίδευσε. Hac Sagittandi periria, apud Perſas Catenes excelluiſſe fertur: qui *adeo certo ictu* (à Curtio lib. VII. hæc ſumo) *deſtinata feriebat, vt aues quoque exciperet. Nam & ſi forſitan, Sagittandi tam celebri vſu, minus admirabilis videri ars hac poſſit: tamem ingens viſentibus miraculum, magnoque honori Cateni fuit.*

Saltatione quoque Perſæ exercebantur: eamque rem ad concinnum corporis motum, roborique adiungendam agilitatem, valere cenſebant. Xenophon lib. VIII. παιδ. ὀρχεῖσθαι δεῖ τὸ Περσικόν. Athenæus lib. X. Πέρσαι γὰρ, ὥσπερ ἱππεύειν, οὕτω καὶ ὀρχεῖσθαι μανθάνουσι· καὶ νομίζουσι τὴν ἐκ τῆς ἐργασίας ταύτης κίνησιν, ἐμμελῆ τινὰ λαμβάνειν γυμνασίαν τῆς τοῦ σώματος ῥώμης. Ibidẽque Perſarum Regem, illis dumtaxat, qui Mithræ ſacri erãt, diebus, Perſico more, ſaltaſſe, reliquos vero omnes Saltationibus tum abſtinuiſſe, ſcribit. Idem Athenæus varia Saltationum genera recenſens, libro XIIII. Perſicam ſilentio non prætermiſit. Cuius formam exprimit Xenophon libro quinto Αναβάσ. Κύρ, Τέλος δὲ, τὸ Περσικὸν ὠρχεῖτο, κρούων τὰς πέλτας· καὶ ὤκλασε καὶ ἀνίστατο. καὶ ταῦτα πάντα ἐν ῥυθμῷ πρὸς τὸν αὐλὸν

viceſimo anno definiſſe.

Poſtquam vero ex Ephebis exceſſerant, nouam vitæ rationem Perſæ ordiebantur: ad cuius metas, decurſo demum quinque & viginti annorum curriculo, perueniebant.

Et illi quidem Magiſtratibus, non ſecus ac Ephebi, præſto erant, ſi qua in re, publicas vtilitates ope, conſilio, iuuare poſſent: nec à Magiſtratibus officium ſuum operamve requiri patiebantur; quibus vltro ſeſe offerentes adſiduеq; ſiſtentes, eorum quæ imperarentur, nihil quidquam detrectabant, ſolam obſequij ſibi, gloriam vindicantes. Vtebantur autem eorum opera Magiſtratus, in his rebus, quæ coniunctas prudentiæ vires exigerent. Quippe iam conſilioque manuque (vt Ouidius loquitur) boni, ſtrenuam domi foriſque, pro ſalute communi operam nauabant: & ſicubi militiæ munera obeunda erant, iam non Telis & Iaculis, Sagittis, Paltis & aliis miſſibilibus, quibus antea in pueritia & in adoleſcentia aſſueuerant, inſtruebantur: verum armis quibus cominus pugnarent, induebantur. Ærea enim Lorica pectus tegebant: Læua, craticium, ſeu ex cratibus compactum, Scutum: Dextra, Machæram, aut Copidem geſtabant: quo habitu Perſæ, cum in armis erant, depingebantur.

Atque Virilis hic ordo, ſeminarium erat Magiſtratuum, indeque legebantur omnes qui ad munera publica vocabantur: exceptis puerorum Magiſtris, quorum lectio, vti fieret, ſupra docuimus. Horum omnium auctoritatem præſtabit, idem ipſe Xenophon, qui ſe iam toties nexu obligauit. Æquis igitur animis eius orationem, quę melle dulcior fluit, accipiamus: ταῦτα μὲν δὴ, ait, οἱ Ἔφηβοι πράττουσιν. ἐπειδὰν δὲ τὰ δέκα ἔτη διατελέσωσιν, ἐξέρχονται εἰς τοὺς τελείους ἄνδρας. ἀφ' οὗ δ' ἂν ἐξέλθωσι χρόνου ἐκ τῶν Ἐφήβων, οὗτοι αὖ πέντε καὶ εἴκοσιν ἔτη διάγουσιν ὧδε· πρῶτον μὲν ὥσπερ οἱ Ἔφηβοι παρέχουσιν ἑαυτοὺς ταῖς Ἀρχαῖς χρῆσθαι, ἤν τι δέῃ περὶ τοῦ κοινοῦ, ὅσα φρονούντων τε ἤδη ἔργα ἐστὶ, καὶ ἔτι δυναμένων. ἢν δέ που δέῃ στρατεύεσθαι, Τόξα μὲν οἱ οὕτω πεπαιδευμένοι οὐκέτι ἔχοντες οὐδὲ Παλτοῖς στρατεύονται· τὰ δ' ἀγχέμαχα ὅπλα καλούμενα, Θώρακά τε περὶ τοῖς στέρνοις, καὶ γέρρον ἐν τῇ ἀριστερᾷ, οἷόν περ γράφονται οἱ Πέρσαι ἔχοντες· ἐν δὲ τῇ δεξιᾷ, Μάχαιραν, ἢ Κοπίδα· καὶ

αἱ ἀρχαὶ δὲ πᾶσαι ἐκ τούτων καθίστανται, πλὴν οἱ τῶν παίδων διδάσκαλοι.

At poſteaquam xxv. annos perfectæ ætatis Viri in ciuilibus militaribusve muneribus & officiis τέλειοι iſti "Ανδρες conſumpſerant, annos iam nati quinquaginta, aut eo plus, Senilem ordinem ingrediebantur. Apud Perſas enim inter Seniores numerari incipiebant, quotquot ætatis annum ſupra quinquageſimum agebant. Cuius ætatis beneficio, militiæ vacationem habebant, nec ad delectum reſpondere, aut peregre extra patrium ſolum profiſci, cogebantur: ſed domi manentes, morantesque, iudicandi munere fungebantur, & iudiciis publicis priuatisſque operam dabant. Nec de pecuniariis modo cauſis Seniores cognoſcebant: verumetiam capitalium criminum quæſtiones ac iudicia exercebant. Ad eos etiam reliquorum Magiſtratuum, qui Rempublicam gererent, & ius populo dicerent, creatio pertinebat. Quod ſi quis ex Ephebis, aut perfectæ ætatis Viris, quid prætermiſiſſet eorum quæ legibus ſancita couſtitutaque eſſent, aut etiam aduerſus legum præcepta quid commiſiſſet, à Tribunis & Phylarchis, reus poſtulabatur. Accuſandi etiam cuilibet ex populo facultas erat: propterea quod publica erant huiusmodi iudicia, popularesque accuſationes. Poſtulabantur autem apud Seniores; qui cauſa cognita, reoque audito, ſententiam ferebant: ac conuictum, ordine mouebant. Semel vero ordine motus, infamia notabatur, &, vt ignominioſus, reliquum vitæ degebat. Quorum ne quis à me fidem requirat, reum debendi delegabo, & quidem idoneum ac locupletem, Xenophontem, qui hæc omnia, παιδ. 1. firmat his verbis: ἐπειδὰν δὲ τὰ πέντε καὶ εἴκοσιν ἔτη διατελέσωσιν, εἴησαν μὲν ἂν οὗτος πλεῖόν τι ἢ πεντήκοντα ἔτη γεγονότες ἀπὸ γενεᾶς· ἐξέρχονται δὲ τηνικαῦτα εἰς τοὺς Γεραιτέρους, ὄντας τε καὶ καλουμένους. οἱ δ᾽ αὖ Γεραίτεροι οὗτοι, στρατεύονται μὲν οὐκέτι ἔξω τῆς ἑαυτῶν· οἴκοι δὲ μένοντες, δικάζουσι τά τε κοινὰ πάντα καὶ τὰ ἴδια. καὶ θανάτου δὲ οὗτοι κρίνουσι, καὶ τὰς ἀρχὰς οὗτοι πάσας αἱροῦνται· καὶ ἤν τις ἢ ἐν ἐφήβοις ἢ ἐν τελείοις ἀνδράσιν ἐλλίπῃ τι τῶν νομίμων, φαίνουσι μὲν οἱ φύλαρχοι ἕκαστοι, καὶ τῶν ἄλλων ὁ βουλόμενος· οἱ δὲ γεραίτεροι ἀκούσαντες ἐκκλείουσιν· ὁ δὲ ἐκκλειθεὶς, ἄτιμος τὸν λοιπὸν βίον διατελεῖ.

Enim-

Enimuero, à viceſimo anno ad quinquageſimum vſque, Perſas, Magiſtratus geſſiſſe, munera publica ſubiiſſe, ſtipendia quoque meruiſſe, Strabo libro xv. tradit, στρατεύονται δὲ, inquiens, καὶ ἄρχουσιν ἀπὸ ἤκοσι ἐτῶν ἕως πεντήκοντα, πεζοί τε, καὶ ἱππεῖς. Atque ita, ex Strabonis ſententia, Munerum publicorum vacationem, quinquageſimus ætatis anuus dabat.

Ad Honores porro & Magiſtratus, idonei quique ex his qui ſub imperio Regum erant, nullo habito nationis gentisve delectu, admittebantur. Xenophon libro quarto παιδ. Καὶ νῦν δ᾽ ἔτι ἰδεῖν ἔστιν Ὑρκανίους καὶ πιστευομένους καὶ ἀρχὰς ἔχοντας, ὥσπερ καὶ Περσῶν καὶ Μήδων οἳ ἂν δοκῶσιν ἄξιοι εἶναι. Nec vero vt idem libr. I. παιδ. ſcribit, Perſarum quiſquam, ſi modo, Pueritiæ Adultæque ætatis curriculum in publicis iuſtitiæ ſcholis confeciſſet, à dignitatibus arcebatur. Non enim omnes omnino Perſæ liberalibus illis ſtudiis imbuebantur, erudiebanturque, ſed hi demum qui parentes, pro impenſæ, quæ ad eam inſtitutionem neceſſario facienda erat, modo, locupletes ſortiti eſſent. Soli namq; patresfamiliarum, quibus amplæ facultates, & ad liberos in illis Magiſtrorum vmbraculis, ac ſcholaſticis exercitationibus, educandos, ſufficientes erant: ex ſe natos in eos ludos, in quibus ad iuſtitiam Pueri edocebantur, mittebant. At quibus res erat anguſta domi, quique huic oneri ferundo, ſumptibusque ſuppeditandis, propter fortunarum tenuitatem, non erant, hi liberos apud ſe continebant, & artificio aliquo inſtruebant: nec alij prorſus in Epheborum claſſes referebantur, ac deinde ex Ephebis in Virorum conſortium adſumebantur, quam qui in illis publicis Iuſtitiæ Scholis educati inſtitutique fuerant. Atque his ſolis ad honores muneraque ciuilia aditus patebat: reliquis excluſis, qui legitimis pueritiæ rudimentis, adoleſcentiæque tyrociniis non fuiſſent imbuti. Sed nec, ad ſenile illud otium cum dignitate, pertingere poterant, niſi qui Puerorum Epheborumque diſciplina eruditi, ac per eos quos diximus gradus, laboribus citra vllam reprehenſionem defuncti, ad ſenilem tandem portum appuliſſent. Hæc me Xenophon docuit, cuius verba ipſa è lib. I. παιδ. ſubieci: τούτων δ᾽ οὐδεὶς ἀπελήλαται. Νόμῳ, τιμῶν καὶ ἀρχῶν· ἀλλ᾽ ἔξεστι πᾶσι Πέρσαις, πέμπειν τοὺς ἑαυτῶν

παῖδας εἰς τὰ κοινὰ τῆς δικαιοσύνης διδασκαλεῖα, ἀλλ᾽ οἱ μὲν δυνάμενοι τρέφειν τοὺς παῖδας ἀργοῦντας, πέμπουσιν· οἱ δὲ μὴ δυνάμενοι, οὐ πέμπουσιν. οἳ δ᾽ ἂν παιδευθῶσι παρὰ τοῖς δημοσίοις διδασκάλοις, ἔξεστιν αὐτοῖς ἐν τοῖς ἐφήβοις νεανισκεύεσθαι· τοῖς δὲ μὴ διαπαιδευθεῖσιν οὕτως, οὐκ ἔξεστιν. οἳ δ᾽ ἂν ἐν τοῖς ἐφήβοις διατελέσωσι τὰ νόμιμα ποιοῦντες, ἔξεστι τούτοις εἰς τοὺς τελείους ἄνδρας συναλίζεσθαι, καὶ ἀρχῶν καὶ τιμῶν μετέχειν. οἳ δ᾽ ἂν αὖ ἐν τοῖς τελείοις διαγένωνται ἀνεπίληπτοι, οὗτοι τῶν γεραιτέρων γίγνονται. οὕτω μὲν δὴ οἱ γεραίτεροι, διὰ πάντων τῶν καλῶν ἐληλυθότες, καθίστανται· καὶ ἡ πολιτεία αὕτη, ᾗ οἴονται χρώμενοι βέλτιστοι ἂν εἶναι.

Porro inter cetera quæ ad rectam nec ſatis vnquam laudatam Perſarum diſciplinam ſpectant, non infimum locum obtinet, quod Riſum, maximeque ſolutum & effuſum, continuiſſe eos, nec in publico cachinnum ſuſtuliſſe accepimus. Turpe quoque & inhoneſtum apud eos habebatur, non modo in propatulo, ſed ne quidem in conſpectu cuiusquam, veſicam leuare, aut aluum ſoluere, ventremve exonerare, aut vomitu cibum egerere: ſed hæc domi, ſub tecto, clam omnibus, ac remotis arbitris, peragebantur, Teſtimonium dictis noſtris perhibet Herodotus libr. I. Etenim inter ea quæ Deiocem Medum primitus inſtituiſſe vetuiſſeve refert, hæc libro I. numerat: γελᾶν τε, καὶ πτύειν ἀντίον· καὶ ἅπασι τοῦτό γε εἶναι αἰσχρόν. Idem eodem libr. I. de Perſarum inſtitutis: καί σφι οὐκ ἐμέσαι ἔξεστι, οὐχὶ οὐρῆσαι ἀντίον ἄλλου. Xenophon lib. I. παιδ. Κύρ. Αἰσχρὸν μὲν γὰρ καὶ νῦν ἔτι καὶ τὸ ἰόντα που φανερὸν γενέσθαι ἢ τοῦ οὐρῆσαι ἕνεκα, ἢ καὶ ἄλλου τινὸς τοιούτου. ταῦτα δὲ οὐκ ἂν ἐδύναντο ποιεῖν, εἰ μὴ καὶ διαίτῃ μετρίᾳ ἐχρῶντο, καὶ τὸ ὑγρὸν ἐκπονοῦντες ἀνήλισκον, ὥστε ἄλλῃ πῃ ἀποχωρεῖν. Idem lib. VIII. παιδ. Ἐμελέτησε δὲ καὶ ὡς μηδὲ πτύοντες μηδὲ ἀπομυττόμενοι φανεροὶ εἶεν, μηδὲ μεταστρεφόμενοι ἐπὶ θέαν μηδενός, ὡς οὐδὲν θαυμάζοντες. Amm. Marcell. li. XXIII. *Super his, nec ſtando mingens, nec ad requiſita naturæ ſecedens, facile viſitur Perſa, ita obſeruantius hæc aliaque pudenda, declinant.*

In more quoque poſitum fuiſſe apud Perſas, vt dum itinera conficerent, neque ederēt quidquam, neque biberent: ac neque vrinam facientes, vel aluum excinanientes, conſpicerentur, idem Xenophon libr. VIII. παιδ. docet. Verum ætate ſua, non iam eos, vt olim, longinquas excurſiones,

ſed tam breues feciſſe, vt non mirum ſi interim, neceſſariis illis corporis fulturis, naturalibuſque deiectionibus, abſtinerent, ſcribit his verbis: ἢν αὐτοῖς ἐπιχώριον, τὸ, μεταξὺ πορευομένους, μήτε ἐσθίειν, μήτε πίνειν, μήτε τῶν διὰ ταῦτα ἀναγκαίων μηδὲν ποιοῦντας φανεροὺς εἶναι. νῦν δ᾽ αὖ τὸ μὲν τούτων ἀπέχεσθαι ἔτι διαμένει, τὰς μέν τοι πορείας οὕτω βραχείας ποιοῦνται ὡς μηδ᾽ ἂν ἔτι θαυμάσαι τὸ ἀπέχεσθαι τῶν ἀναγκαίων. Et hoc ad ſua vſque tempora manſiſſe in Perſide, priſci illius moderati, exercitationumq; laboribus firmati victus, argumentum, Xenophon libro primo παιδ. ſcribit. Perſas enim Pane & Naſturtio, famem, ſitim, aquæ potione expleuiſſe ait: quam Perſarum frugalitatem ex eo auctore, Cicero libro quinto Tuſculanar. quęſtion. commendat: *Perſarum à Xenophonte victus exponitur: quibus negat, ad panem quidquam adhiberi, preter Naſturtium.* Idem lib II. de Finib. *Sit voluptas non minor in Naſturtio illo, quo veſci Perſas ſolitos ſcribit Xenophon, quam in Syracuſanis menſis, quæ à Platone grauiter vituperantur.* D. Hieronymus libr. II. aduerſus Iouinianum *Perſarum Regis Cyri vitam Xenophon octo voluminibus explicat, polenta, & cardamo, & ſale, ac pane cibario eos aſſerens victitare.* Nec has Perſis inſuaues epulas fuiſſe, cenſebit, ait Xenophon, quiſquis apud ſe cogitauerit, quibus eas condimentis condirent, fame nimirum & ſiti. Quis enim neſcit quam volupe ſit, famen quouis panis genere, ac Maza ipſa, depellere: quam item auide ac iucunde arripiant aquam, qui diuturnam ſitim explere cupiunt? Nam & Virgilius Ecloga V. inter ea quæ gratiſſima ſunt ac ſuauiſſima, ponit.

*Quale per æſtum,*
*Dulcis aquæ ſaliente ſitim reſtinguere riuo.*

*Mazam* autem, quo verbo Xenophon vtitur, Heſychius interpretatur, ἄλφιτα πεφυραμένα ὕδατι καὶ ἐλαίῳ. Suidas vero τρυφερὸν ἄρτον. Nam vt ibidem ait, ὅστις Αλφιτοσιτεῖ, ὕδατι μεμιγμένην τὴν Μάζαν ἐσθίει. ὅστις δὲ Αρτοσιτεῖ, ὕδατι δεδευμένον Ἄρτον.

De Perſarum etiam victus ratione, hæc Strabo libro XV. ἡ δὲ καθ᾽ ἡμέραν δίαιτα, Ἄρτος μετὰ τὸ γυμνάσιον, καὶ Μάζα, καὶ Κάρδαμον, καὶ ἁλῶν χόνδρος, καὶ κρέα ὀπτά, ἢ ἑφθὰ ἐξ ὕδατος. ποτὸν δ᾽, ὕδωρ. D. Hieronym. in Daniel. cap. VII. *Rigidum &*

*parcioris victus, in morem Lacedæmoniorũ, Regnum Perſarum fuit: ita vt in Pulmento, Sale vteretur, & Cardamo. Legamus Cyri maioris infantiam.*

Naſturtio autem delectatos Perſas, quod lotij inhibendi ſiſtendique vim haberet, Suidas ita ſcribit, Κάρδαμα· ἐπισχετικὰ οὔρων τὰ Κάρδαμα, καὶ πλύσματος. καὶ διὰ τοῦτο φασὶ τοὺς Πέρσας χρῆσθαι· φυλάττονται γὰρ πολλὰ πτύειν καὶ οὐρεῖν, καὶ ἀπομύττεσθαι. Quam tamen Naſturtij vim, Dioſcorides lib. II. capite CLXXXVIII. Caſſianus in Geoponic. lib. XII. capi. XXVII. Plinius lib. XX. cap. XIII. cum ceteras eius vires accurate recenſerent, ne attigerunt quidem.

Parce etiam ac duriter, nec ſine magno labore, Perſas ab initio victitaſſe, propter egeſtatem, & regionis aſperitatem, idem Xenophon libro VIII. παιδ. docet: de Cyro enim loquens: εἰδὼς οὖν, ait, Πέρσας τοὺς οἴκοι, κακοβιωτάτους μὲν ὄντας διὰ πενίαν, ἐπιπονώτατα δὲ ζῶντας διὰ τὴν τῆς χώρας τραχύτητα. Plato libro tertio de Legib. ποιμένων ὄντων Περσῶν, τραχείας χώρας ἐκγόνων, σκληρὰν καὶ ἱκανὴν ποιμένας ἀπεργάζεσθαι, μάλα ἰσχυροὺς, καὶ δυναμένους θυραυλεῖν καὶ ἀγρυπνεῖν καὶ εἰ στρατεύεσθαι δέοι, στρατεύεσθαι. Proinde Sandanis Lydus, vt eſt apud Herodotum libro I. hac ratione Crœſum à bello Perſis inferendo dehortabatur, quod aduerſus eos expeditionem pararet, à quibus nec ſpolia, nec commoda vlla reportare poſſet: propterea quod, σιτέονται, (aiebat ille) οὐχ ὅσα ἐθέλουσι, ἀλλ' ὅσα ἔχουσι, χώρην ἔχοντες τρηχέην. πρὸς δὲ, οὐκ οἴνῳ διαχρέωνται, ἀλλὰ ὑδροποτέουσι. οὐ σῦκα δὲ ἔχουσι τρώγειν, οὐκ ἄλλο ἀγαθὸν οὐδέν. Verum antiquos illos rigidoſq; Perſarum mores paulatim Medicus Lydiuſque luxus ita infecit corrupitque, vt priſcam frugalitatem, parſimoniam, continentiamque funditus euerterit. Itaque in veteris illius, ſimplicis & ſine arte, menſæ, locum, lauta & opipara conuiuia ſubierunt. Sed & qui prius abſtemii & aquæ potores erant, Mero ſeſe onerare & ingurgitare, Perſæ cœpere. Itaque vt vinoſos eos Herodotus lib. I. mordet, his verbis, Οἴνῳ δὲ κάρτα προσκέαται. Maxime vero in eam intemperãtiam prolapſi ſunt, Rgibus exemplo præeuntibus. Quis enim hiſtoriam nouit, qui ignoret, quam fuerint vino dediti, Cambyſes, Darius, Artaxerxes? de Cambyſe Herodot. lib. III. &

Senecam lib. III. de Ira cap. XIIII. non amplo illo præconis boatu, ſed exili voce, aut libello, cito. Reliquorum temulentiam inſcripta eorum monumentis epitaphia loquuntur: Nam & Merobibos, & Multobibos (liceat mihi Plautinos ſales imitari) ſeſe extitiſſe iactitant, atque gloriantur. Xenophon lib. VIII. παιδ. diſciplinam veterem in præceps ruere cœpiſſe cenſet, ex quo Ἀρταξέρξης ὁ βασιλεὺς καὶ οἱ σὺν αὐτῷ, ἥττους τοῦ οἴνου ἐγένοντο. Quinetiam poſtquam cibo potioneque fames ac ſitis depulſa erat, poculis non temperaſſe Perſas, ſed maioribus popoſciſſe, meroque feruide indulſiſſe, refert Ælianus Variæ hiſtor. lib. XII. cap. I. ὡς δὲ ἦλθε τὸ πρῶτον πρὸς Κῦρον ἡ Ἀσπασία, ἔτυχε μὲν ἀπὸ δείπνου ὤν, καὶ πίνειν ἔμελλε κατὰ τὸν τρόπον τὸν Περσικόν. μετὰ γὰρ τὸ ἐμπλησθῆναι τροφῆς οἱ Πέρσαι τῷ τε οἴνῳ, καὶ ταῖς προπόσεσιν εὖ μάλα ἀποσχολάζουσιν, οἱονεὶ πρὸς τὸν πότον, ὡς πρὸς ἀντίπαλον, ἀποδυόμενοι. Perſas quoque ſibi inuicem propinaſſe, conuiuaſque inſuper ſuos ad bibendum compuliſſe, ex eo ſatis aperte colligitur, quod Eſtheris cap. I. legitur: in illo Aſſueri conuiuio quod tanto apparatu inſtructum fuit, nullum extitiſſe qui inuitos ad bibendum cogeret: cum ita Rex conſtituiſſet. Verum diſertis verbis Perſicum hunc morem adſtruit Ioſephus lib. XI. Antiq. cap. VI. vbi de Artaxerxe ſcribit, προσέταξε δὲ καὶ τοῖς διακόνοις, μὴ βιάζεσθαι πίνειν, τὸ ποτὸν αὐτοῖς συνεχῶς προσφέροντας, ὡς καὶ παρὰ Πέρσαις γίνεται· ἀλλ' ἐπιτρέπειν αὐτοῖς, καὶ πρὸς ὃ βούλεται τῶν κατακειμένων ἕκαστος, φιλοφρονεῖσθαι. id eſt, vt Rufinus vertit, *Præcepit itaque Miniſtris, ne cogerent bibere eos, potionem eis offerentes: quod apud Perſas fieri ſolet: imo vt concederent vnicuique diſcumbentium, vt quemadmodum vellet epularetur.* Athenæus lib. XII. de Alexandro Magno, καὶ τὸν ἄκρατον προθύμως προπίνειν, καὶ τοὺς ἄλλους ἠνάγκαζεν.

Huic etiam temulentiæ, ſolitas ſuas, Bacchus lætitiæ dator, & ſine quo friget Venus, faces admouebat. Nam vt Tertullian. in lib. aduerſus Pſychicos eleganter ait, *Monſtrum haberetur libido ſine gula, cum hæc duo, tam vnita atque concreta ſint, vt ſi diſiungi omnino potuiſſent, ipſi prius ventri pudenda non adhærerent.* Idemque lib. II. aduerſ. Marcionem, *Comites gulæ* dicit, *libidinem & luxuriam, quæ fere ventris caſtigatione frigeſcunt.* Ergo merſi vino & madentes Perſæ, in Triclinia vbi

cœnabant,mulieres induci iubebant:ſed an iuſtas vxores & matronas,an vero pellices & concubinas dumtaxat?ſubſiſto. Vt enim hoc adfirmat, ita illud negat, Plutarchus lib.1.Sympoſiacor.cap.1.quo tractat, εἰ δεῖ φιλοσοφεῖν παρὰ πότον· καὶ πάνυ γε, σεμνῶς κατειρωνευόμενοι, λέγουσι μὴ δεῖν ὥσπερ οἰκοδέσποιναν ἐν οἴνῳ φθέγγεσθαι φιλοσοφίαν· καὶ τοὺς Πέρσας ὀρθῶς φασὶ, μὴ ταῖς γαμεταῖς, ἀλλὰ ταῖς παλλακῖσι, συμμεθύσκεσθαι, καὶ συνορχεῖσθαι. Cuius loci Interpretem in medium adduco Macrobium. Is enim, quod in tranſcurſu dictum ſit, vltimum Saturnaliorum ſuorum librum ex Plutarchi Sympoſiacis magna ex parte contexuit. ſic igitur ille lib.VII.Saturnal.cap. 1. Plutarchi verba in Latinum conuertit: *Doceat nos vel peregrina inſtitutio,vel diſciplina à Parthis petita, qui ſolent, cum concubinis,non cum coniugibus,inire conuiuia: tamquam has, & in vulgus produci,& laſciuire quoque: illas,non niſi domi abditas tueri deceat tectum pudorem.*

Stat & ab his partibus D.Ambroſius libro de Helia, c.XV. *Prætercam certe ego citharam, pſalteria, tympana, quæ cognouimus conuiuiis huiuſmodi frequenter adhiberi: vt vino & cantu excitentur libidines. Pleriqùe etiam, Perſico more, mulieres dignas temulentorum conſortio, induci iubent: & ab his phialas accipiunt, atque illis ſe ſubſternunt ſedentibus: & hunc ritum ſacratæ habent obſeruationes in ebrietatis miniſterium.*

Contrarium Herodotus adſtruere videtur, eorum Legatorum ore, qui à Megabyzo ad Amyntam Macedonum Regem miſſi fuerant, vt Dario Regi terram & aquam poſcerent: Nam cum illi benigne & comiter cœna opipara accepti eſſent,ab Amynta hoſpite petierunt, vt mulieres acceſſi iuberet,quod dicerent,eſſe hoc in more poſitum apud Perſas, vt qui ſplendidam & ingentem cœnam exhibuiſſent, non concubinas modo,verumetiam matrés familias intromitterent. Herodoti verba lib. v.ſic habent: Ἀμύντης ἐδέκετο τοὺς Πέρσας φιλοφρόνως. ὡς δὲ ἀπὸ δείπνου ἐγένοντο διαπίνοντες, εἶπαν οἱ Πέρσαι τάδε· Ξεῖνε Μακεδὼν, ἡμῖν νόμος ἐστὶ τοῖσι Πέρσῃσι, ἐπεὰν δεῖπνον προτιθώμεθα μέγα, τότε καὶ τὰς παλλακὰς καὶ τὰς κουριδίας γυναῖκας ἐσάγεσθαι παρέδρους. σύ νυν, ἐπεί περ προθύμως μὲν ἐδέξαο, μεγάλως δὲ ξεινίζεις, Δαρείῳ δὲ βασιλεῖ διδοῖς γῆν τε καὶ ὕδωρ, ἕπεο νόμῳ τῷ ἡμετέρῳ. εἶπε πρὸς ταῦτα Ἀμύντης.

Ὦ Πέρσαι, νόμος μὲν ἡμῖν γέ ἐστι οὐκ οὗτος, ἀλλὰ κεχωρίσθαι ἄνδρας γυναικῶν. ἐπεί τε δὲ ὑμεῖς ἐόντες δεσπόται προσχρηΐζετε τουτέων, παρέσται ὑμῖν καὶ ταῦτα. εἴπας τοσαῦτα ὁ Ἀμύντης μετεπέμπετο τὰς γυναῖκας. αἱ δ' ἐπεί τε καλεόμεναι ἦλθον, ἐπεξῆς ἀντίαι ἵζοντο τοῖσι Πέρσῃσι. Et vt nuper Plutarcho Macrobium, ita huic quoque Iuſtinum interpretem adhibebo. Sic igitur lib. VII. hanc hiſtoriam exponit : *Megabyſus*, ait, *Legatu ad Amyntam regem Macedoniæ miſſu, obſides in pignus futuræ pacis dari ſibi poſtulabat.* *Sed* Legati *benigne excepti, inter epulas ebrietate creſcente, rogant Amyntam, vt apparatui epularum adiiciat ius familiaritatis, adhibitis in conuiuium ſuum filiis & vxoribus: id apud Perſas haberi pignus ac fœdus hoſpitij. quæ vt venerunt, petulantius* Perſis *eas contrectantibus, filius Amyntæ Alexander rogat patrem, reſpectu ætatis ac grauitatis ſuæ, abiret conuiuio, pollicitus ſe hoſpitum temperaturum iocos. Quo digreſſo, mulieres quoque paululum è conuiuio euocat, cultius exornaturus, gratioreſque reducturus. In quarum locum matronali habitu exornatos iuuenes ſupponit, eoſque petulantiam legatorum ferro, quod ſub veſte gerebant, compeſcere iubet.* Facit & ad hanc rem Aſſueri hiſtoria: qui lautiſſimam & omni apparatus genere inſtructiſſimam cœnam proceribus Perſicis dans, Vuaſten Reginam ad eas ſollennes epulas, per Eunuchos, euocauit. At illa ire detrectauit, patrium morem cauſata, quo mulieres virilibus conuiuiis ſummouebantur arcebanturque: nec alterius quam coniugis oculis conſpiciendas ſe præbebant. Et recuſaſſe quidem illam eo accedere, Heſter. cap. I. refertur. Verum qua de cauſa, quoque obtentu, eius libri auctor ſilentio ſuppreſſit. At quod illic omiſſum eſt, ſuppletur ex Ioſepho, qui eam vnam, quam ſupra attulimus, cauſam fuiſſe ait, cur illa, Regi, & inſtanti, obſequi renuerit. Ioſephi igitur ex Antiquitat. lib. XI. cap. VI. verba ipſa ſubiungam: πέμψας, (ait ille de Artaxerxe loquens) ἐκέλευσεν αὐτὴν (Οὐάστιν βασίλισσαν) εἰς τὸ συμπόσιον ἥκειν, κάλλει τὰς γυναῖκας ἁπάσας ὑπερβάλλουσαν. ἡ δὲ φυλακῇ τῶν παρὰ Πέρσαις νόμων, οἳ τοῖς ἀλλοτρίοις βλέπεσθαι τὰς γυναῖκας ἀπηγορεύκασιν, οὐκ ἐπορεύετο. Nicolaus quoque Lyranus, ad cap. I. Eſther ait, Mulieres *comediſſe, ſegregatas à viris. Nam conſuetudo,* inquit, *erat apud Perſas, quod coniuges, maxime nobilium,*

*non dabāt ſe aſpectibus aliorum virorum.* His conſentanea Iuſtinus lib. XLI. de Partho-Perſarum moribus ſcribit hoc modo, *Feminis non conuiuia tantum virorum, verumetiam conſpectum, interdicunt.*

Atque huius vinolentiæ inhibendæ moderādæque cauſa, apud Perſas quoque legibus cautum fuiſſe, ne maiores calices, quas προχοΐδας vocabant, epulis inferrentur: Xenophon tradit, & ſua tempeſtate, eam quidem conſuetudinem permanſiſſe, ait: verumtamen tantum potaſſe eos, vt ipſi è conuiuiis auferrentur, nedum inferrent: cum ipſis præ temeto pedes labarent. Xenophontis lib. VIII. παιδ. verba ſunt hæc: ἦν δὲ αὐτοῖς νόμιμον, μὴ προχοΐδας εἰς φέρεσθαι εἰς τὰ συμπόσια· δηλονότι νομίζοντες τὸ μὴ ὑπερπίνειν, ἧττον ἂν καὶ σώματα καὶ γνώμας σφάλλειν· νῦν δὲ τὸ μὲν μὴ εἰς φέρεσθαι ἔτι οὖ καταμένει, τοσοῦτον δὲ πίνουσιν, ὥστε ἀντὶ τοῦ εἰσφέρειν, αὐτοὶ ἐκφέρονται, ἐπειδὰν μηκέτι δύνωνται ὀρθούμενοι ἐξιέναι. Quem Xenophontis locum Athenæus lib. XI. laudans, προχοΐδας τινὰς κύλικας, interpretatur.

Non eo minus tamen, inter Scyphos, ſumma de republica conſilia conferre Perſæ ſolebant. Verum ſi qua de re inter pocula deliberauerant, de eo iterum poſtridie referre ſolebant: & ſiquidem ſobriis idem placuiſſet, quod bene potis, id amplectabantur probabantque: ſin minus, repudiabant. Quinetiam de quibuſcunque ſobrij conſilia inierant, eadem, cum mero incaluerant, in diſquiſitionem vocabant. Huius moris non alium quam Herodotum teſtem citant Athenæus lib. IIII. & Scholiaſtes Ariſtophan. in Equites ad verba, Οἴνου γὰρ εὕροις. Eodem ergo teſte ipſe quoque vtar: cuius verba ſunt hæc, lib. I. μεθυσκόμενοι δὲ ἐώθασι βουλεύεσθαι τὰ σπουδαιότατα αὐτῶν πράγματα. τὸ δ᾽ ἂν ἅδῃ σφίσι βουλευομένοισι, τοῦτο τῇ ὑστεραίῃ νήφουσι προτιθεῖ ὁ στέγαρχος ἐν τοῦ ἂν ἐόντες βουλεύωνται. καὶ ἢν μὲν ἅδῃ καὶ νήφουσι, χρέωνται αὐτῷ· εἰ δὲ μὴ ἅδῃ, μετιεῖσι. τὰ δ᾽ ἂν νήφοντες προβουλεύσωνται, μεθυσκόμενοι ἐπιδιαγινώσκουσι. Suidas in verbo, οἴνου πιεῖν· Ἡρόδοτος δὲ λέγει Πέρσας τοῦτον κρατεῖν τὸν τρόπον, εἰ μὲν οὖν εἰσηγήσαιτό τινα νήφοντες, βουλεύεσθαι περὶ τούτου ἐν μέθῃ· εἰ δὲ εἰσηγήσαιντο ἐν μέθῃ, τοῦτο κυροῦν νήφοντας. Athen. lib. V. ἐν ἐνίοις δὲ καὶ τῶν Περσικῶν συμποσίων ἐγίνοντο τινὲς καὶ βουλαί. Max. Tyr. Orat. XII. de Lege Conuiuiorum vbi conſilia de Rep. capiebantur apud Perſas,

ἐπαινῶ

ἐπαινῶ περὶ τούτων τὸν Περσικὸν νόμον τὸν ἀρχαῖον, οἱ δ' οὖν Πέρσαι τῆς ἐλευθερίας ἐπελάβοντο· ἀνέκειντο τοῖς Πέρσαις αἱ βουλαὶ εἰς τὰς εὐωχίας, ὥσπερ τοῖς Ἀθηναίοις εἰς τὰς ἐκκλησίας, Ἀττικῶς. ἐκεῖ μὲν γὰρ νόμος κολάζων τὴν μέθην, ἐπήγειρεν αὐτῶν τὰς ἀρετὰς τῇ εὐωχίᾳ. Similiterque Ammian. Marcellin. lib. XVIII. *inter epulas, ac apparatu bellorum, & ſeriis rebus, apud Perſas, Graiorum more veterum, conſultari*, tradit.

Sane Perſas inter epulas belli conſilia agitaſſe Q. Curtius lib. VII. narrat. Atque adeo impenſius placuiſſe, certioraque habita ea conſilia quæ temulenti ceperant, quam quæ ſobrij, teſtatur Strabo lib. XV. his verbis, ἐν οἴνῳ, τὰ μέγιστα βουλεύονται, καὶ βεβαιότερα, τῶν ἐν νήψει, τίθενται.

Enimuero Regum exemplo, purpuratis quoque dubias cœnas appoſitas Athenæus lib. IIII. ſignificat: ὅπου δὲ, inquiens, καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις Πέρσαις, τοῖς ἐν δυναστείᾳ οὖσιν, ἀθρόα πάντα τὰ σιτία ἐπὶ τὴν τράπεζαν παρατίθεται, Strabo lib. XV. Δειπνοῦσι πολυτελῶς Πέρσαι, τιθέντες καὶ ὁλομελῆ, καὶ πολλὰ καὶ ποικίλα. Ælianus libro V. cap. I. de Tacho Ægyptio, qui quamdiu patrio more frugaliter vixit, proſperrima valetudine vſus eſt: ἐπεὶ δὲ εἰς Πέρσας ἀφίκετο, καὶ εἰς τὴν ἐκείνων τρυφὴν ἐξέπεσε, τὸ ἄηθες τῶν σιτίων οὐκ ἐνεγκὼν, ὑπὸ δυσεντερείας τὸν βίον κατέστρεψε, τῆς τρυφῆς ἀλλαξάμενος θάνατον. Æmil. Prob. in Pauſania, *Epulabatur, more Perſarum, luxurioſius quam qui aderant perpeti poſſent*. Suidas in verbo Παυσανίας· ἐσθῆτι καὶ τραπέζῃ ἐχρῆτο Μηδικῇ. Hinc & Περσικὴν τρυφὴν menſæ, dixit Maximus Tyrius Sermone XI. Satraparum etiam menſas Cyrus voluit ea eſſe ferculorum copia inſtructas, vt & ad famulos alendos, & ad amicos, eoſque qui præclari aliquid geſſiſſent demerendos, ſatis eſſet. Ita enim Satrapas alloquitur lib. VIII. σαφ. ἔστω δὲ παρ' ὑμῖν τράπεζα, ὥσπερ ἡ ἐμὴ, τρέφουσα μὲν πρῶτον τοὺς οἰκέτας, ἔπειτα δὲ, καὶ ὡς φίλοις μεταδιδόναι, ἱκανῶς κεκοσμημένη, καὶ ὡς τὸν καλόν τι ποιοῦντα καθ' ἡμέραν ἐπιγεραίρειν.

ꝑ. Vulgo tamen, Perſas Cibis vſos perpaucis, Bellariis vero multis, neque iis exquiſitis, vel admodum bonis, Herodotus lib. I. ſcribit: indeque Perſas dicere ſolitos, Græcos finem edendi feciſſe, dum eſurirent: propterea quod ſecundis menſis nihil illis vllius pretij apponeretur: quod ſi quid

appoſitum fuiſſet, non eſſe modum facturos. Verba Herodoti ſunt hæc; σίτοισι δὲ ὀλίγοισι χρέωνται, ἐπιφορήμασι δὲ πολλοῖσι καὶ οὐ χαλοῖσι· καὶ διὰ τοῦτο φασὶ Πέρσαι, τοὺς Ἕλληνας σιτομένους, πεινῶντας παύεσθαι· ὅτι σφι ἀπὸ δείπνου παραφορέεται οὐδὲν λόγου ἄξιον· εἰ δέ τι παραφέροιτο, ἐσθίοντας ἂν οὐ παύεσθαι.

Præ cæteris autem feſtis diebus ſumma lætitia & hilaritate natales dies tranſigebant. Itaque genium eo die lautius curantes, copioſius conuiuia parabant. Ac locupletiores quidem, ſolidos & integros Boues, Camelos, Equos, Aſinos, eoſque in fornacibus toſtos & aſſatos, apponebant: humiliores vero ac tenuiores, Natalem ſuum minorum pecorum cæde celebrabant. Auctor Herodotus lib. I. cuius verba Athenæus lib. IIII. exſcripſit.

Ceterum bis die cibo ventrem (vt Saluſtius loquitur) onerare, moris non erat. Idque ita inſtitutum, vt ſolidum rebus agendis, corporique exercendo diem impenderent, Xenophon lib. VIII. παιδ. ſcribit, καὶ μὴν, inquiens, πρόσθεν μὲν ἦν αὐτοῖς μονοσιτεῖν νόμιμον, ὅπως ὅλῃ τῇ ἡμέρᾳ χρῷντο καὶ εἰς τὰς πράξεις καὶ εἰς τὸ διαπονεῖσθαι. νῦν γε μὴν τὸ μὲν μονοσιτεῖν ἔτι διαμένει· ἀρχόμενοι δὲ τοῦ σίτου, ἡνίκαπερ οἱ πρωϊαίτατα ἀριστῶντες, μέχρι τούτου ἐσθίοντες καὶ πίνοντες διάγουσιν ἔς τε περ οἱ ὀψιαίτατα κοιμώμενοι. Sermone autem bono & lepido (quod caput cœnæ Cic. lib. II. de Finib. appellat) vſos Perſas in epulando, demonſtrat Plutarchus lib. I. Sympoſiacῶν: τὸν Γωβρύαν φησὶ συνδειπνοῦντα τῷ Κύρῳ, τά τε ἄλλα θαυμάζειν τῶν Περσῶν, καὶ ὅτι τοιαῦτα μὲν ἀλλήλους ἠρώτων, ἃ ἥδιον ἦν ἐρωτηθῆναι, ἢ μὴ σκωφθῆναι. καὶ εἰ γὰρ ἐπαινοῦντες ἕτεροι πολλάκις, καὶ προσίενται, πῶς οὐκ ἄξιον ἦν ἀγασθῆ τῆς εὐτραπελίας ἐκείνων καὶ τῆς συνέσεως τῶν καὶ σκώμματα τοῖς σκωπτομένοις ἡδονὴν καὶ χάριν παρεῖχε; Cuius rei exempla Xenophon lib. V. παιδ. ſuppeditat.

Perſas tandem ad priſcam maiorum frugalitatem, tempeſtate ſua, rediiſſe, Ammian. Marcellin. lib. XXIII. teſtatur his verbis, *Munditias conuiuiorum & luxum, maxime potandi auiditatemque vitantes vt luem: nec apud eos extra regales menſas, hora eſt præſtituta prandendi, ſed venter vnicuique, velut ſolarium eſt: eoque monente, quod inciderit editur: nec quiſquam poſt ſatietatem ſuperfluos ſibi ingerit cibos: Immane, quantum reſtricti & cauti vt inter hoſtiles hortos gradientes, nonnunquam & vineta, nec cupiant ali-*

*quid, nec contingant, venenorum & ſecretarum artium metu.* Parthorum quoque mores deſcribens Iuſtinus lib. XLI. *in cibum parcos* fuiſſe eos, ſcribit. Procopius, lib. II. de bello Perſico, μονόζωποι γὰρ, ὥσπερ ἄλλοι τινὲς, οἱ Πέρσαι εἰσὶν, καὶ τὰ ἐς τὴν δίαιταν ὑπὲρ ἄγαν σκληροί.

Ad menſam vero, eximia forma Pueri conſiſtebant, iique ad nutum dominorum intuentes, diligenter miniſtrabant: aderant Vnguenta, Coronæ: incendebantur odores. Duras vero Miniſtratorum illorum partes Ammian. Marcellin. lib. XXIII. prædicat. De Perſis namque agens: *Cutes viuis hominibus detrahunt particulatim vel ſolidas: nec miniſtranti apud eos famulo, menſæque adſtanti, hiſcere vel loqui licet, vel ſpuere: ita Roſtratis pellibus labra omnium vinciuntur.*

Præterea lautiores Perſas in miniſterio habuiſſe, Piſtores, Obſonatores, Cocos, Pocillatores, Xenophon lib. VIII. παιδ. indicat in extremo: vbi, Σιτοποιοὺς, καὶ Ὀψοποιοὺς καὶ Οἰνοχόους, καὶ παραθέντας, καὶ ἀναιροῦντας, in Procerum cohortibus turmiſque habitos, ait.

Artifices quoque comparandarum voluptatum, qui noua edulium genera condimentave excogitarent: qui guloſius condiendi cibos, aut luxurioſius fercula ſtruendi, viam monſtrarent, acceptiſſimos illis fuiſſe, Xenophon eodem lib. non obſcure ſignificat, cum ait, καὶ μὴν τά πεμπόμενα ἐπὶ τράπεζαν, ὅσα τε πρόσθεν εὕρητο, οὐδὲν αὐτῶν ἀφῄρηται, ἀλλά τε ἀεὶ καινὰ ἐπιμηχανῶνται, καὶ ὄψα γε ὡσαύτως. καὶ γὰρ καινοποιητὰς ἀμφοτέρων τούτων κέκτηνται.

Abacos vero auro argentoque cælato ornaſſe oneraſſeque Perſas, poculorumque & multitudine & eximio pretio delectatos, oſtendit cum Xenophonte, Strabo. Xenoph. lib. VIII. παιδ. καὶ μὴν ἐκπώματα ἢν μὲν ὡς πλεῖστα ἔχωσι, τούτῳ καλλωπίζονται. Strabo lib. XV. κόσμος τε λαμπρὸς στολῆς, ἐκπωμάτων τε τῶν ἄλλων, ὥστε χρυσῷ καὶ ἀργύρῳ καταλάμπεσθαι. Fertur Pauſanias cum Mardonij, qui Darij Prætor erat, caſtris tabernaculiſque potitus eſſet, viſa ſupellectile eius, multo auro & argento, variis quoque velis & Aulæis, imperaſſe Piſtoribus, Coquis, Miniſtratoribuſque Perſicis, triclinium ſibi ſternere, cœnamque inſtruere, eodem modo apparatuque, quo Mardonio ſolebant: Quod cum illi diligenter ex-

ſecuti eſſent, obſtupuit Pauſanias aſpectu lectorum aureorum argenteorumque belle ſtratorum, menſarum quoque aurearum & argentearum: necnon, magnifico totius cœnæ apparatu, epularumque ac ceterarum rerum appoſitarum copia, quemadmodum Herodot. lib. IX. & ex eo Athenæus li. IIII. narrant: quod & Plutarchus in Apophthegm. Laconic. perſtrinxit. In eiuſdem quoque Mardonij impedimentis, Hilotas Laconum inueniſſe Herodot. lib. IX. ſcribit, σκηνὰς κατεσκευασμένας χρυσῷ καὶ ἀργύρῳ, κλίνας τε ἐπιχρύσους καὶ ἐπαργύρους, κρητῆράς τε χρυσέους καὶ φιάλας τε καὶ ἄλλα ἐκπώματα. σάκκους τε ἐπ᾽ ἁμαξέων εὕρισκον, ἐν τοῖσι λέβητες ἐφαίνοντο ἐνεόντες χρύσεοί τε καὶ ἀργύρεοι.

Aureis vtique lectis diſcubuiſſe Perſarum proceres, ſtratis pulcherrimis, textilibus ſtragulis, magnificis operibus pictis, ex Athenæi lib. II. & XII. colligimus. Ac plane in ſollemnis illius epuli deſcriptione, quod exhibuiſſe Aſſuerum, refertur Eſther cap. I. κλῖναι, erant χρυσαῖ καὶ ἀργυραῖ ἐπὶ λιθοστρώτου σμαράγδου λίθου, καὶ πιννίνου καὶ παρίνου λίθου· καὶ στρωμναὶ διαφανεῖς ποικίλως διηνθισμέναι, κύκλῳ ῥόδα πεπασμένα. Interdum etiam Lecti auratis pedibus erant. Athenæus lib. IIII. Regem Parthorum conuiuis χαμαὶ καθημένοις, ait, ἐπὶ κλίνης χρυσόποδος κατακείμενον. Idem Athenæus lib. XII. Cenaculum illud in quo nuptiale epulum Perſis Alexander dedit, ἑκατοντάκλινον fuiſſe, ἐν ᾧ ἑκάστη ἦν κλίνη κεκοσμημένη στολῇ γαμικῇ, εἴκοσι μνῶν ἀργυρῶν· ἡ δὲ αὐτοῦ, χρυσόπους ἦν.

Iam accurate Perſæ Triclinia ſternebant: & in ſternendis ornandiſque Lectis ſummum ſtudium operamque ponebant. Pretioſa autem veſte ſtragula, Lecti, tam Tricliniares, quam Cubiculares, ſterni atque ornari conſueuerant. Quinctiam propriam quandam, & Græcis incognitam, Lectorum ſternendorum rationem, adinueniſſe eos, litteris proditum eſt: eique ſpecialiter miniſterio addictos habuiſſe famulos, quos Στρώτας Græci vocant. Atque adeo Perſas, primos huiuſmodi lectiſterniatores (fas mihi ſit Plautinam hanc, bona omnium venia, vocem mittere) in vſum inuexiſſe, vt explicandis ſtragulis ſuus conſtaret ornatus, & ordo, Athenæus lib. II. ex Heraclide tradit: πρῶτοι Πέρσαι ὥς φησιν Ἡρακλείδης, καὶ τοὺς λεγομένους Στρώτας ἐφεῦρον,

ἵνα κόσμον ἔχῃ ἡ στρῶσις, καὶ εὐάφθαι. Itaq; Artaxerxes, Timagoræ Cretēſi στρώματα πολυτελῆ mittēs, vna quoq;, vt Athenęus ibidem ſcribit, miſit τὸν ὑποστρώσοντα. φάσκων, οὐκ ἐπίστασθαι τοὺς Ἕλληνας ὑποστρωννύειν. Similiterq; Plutarchus, in Pelopida, Artaxerxem, Timagorę Athenienſi (in eo enim non belle ei cum Athenæo conuenit) dono dediſſe κλίνην πολυτελῆ, refert, ſimulque καὶ στρώτας θεράποντας, ὡς Ἑλλήνων οὐκ ἐπισταμένων. Idem Plutarchus in Artaxerxe, ἔπι δὲ κλίνην καὶ στρώματα καὶ τοὺς στρωννύτας ἔπεμψε, ὡς οὐ μεμαθηκότων Ἑλλήνων ὑποστρωννύναι. Nec ſatis habuiſſe Perſas τὰς κλίνας μαλακῶς ὑποστρώννυσθαι, verumetiam, pedes, ἐπὶ ταπίδων τίθεσθαι, ὅπως μὴ ἀντερείδῃ τὸ δάπεδον, Xenophon, li. VIII. παιδ. ſcribit.

Lectos quoque interdum, Aulæis obducebant. Curtius libro octauo, *Nec quidquam eorum quæ inuicem iactata erant, Rex ignorabat: quum poſt Aulæam, qua lectos obduxerat, ſtaret.*

Velis etiam atque Aulæis, quæ interdum purpura, interdum aureo intexta erant, Ædes ac Tabernacula exornabantur. Teſtimonio eſt & Plutarchus, qui de Artaxerxe talia in eius vita ſcribit: αὐτὸς δὲ τοῦ θαλάμου τὸν ὄπισθεν τῆς κλίνης τοῖχον ἐκκόψας, καὶ θυρώσας, κατεκάλυψεν αὐλαίᾳ τὰς θύρας. Et mox, ταχὺ τὴν αὐλαίαν ὑπολαβὼν, ἀπεχώρησεν εἰς τὸ ἐντὸς οἴκημα. Tertullianus libr. de habitu mulieb. c. VIII. de Parthis & Medis loquens, *Sed parietes Tyriis & Hyacinthinis, & illis Regiis velis, quæ vos operoſe reſoluta transfiguratis, pro pictura abutuntur.* Plutarchus in Themiſtocle, ἐγγὺς γενόμενοι, τὴν αὐλαίαν ἀνέστελλον. Athenæus libro XII. de Tabernaculo in quo Alexander, epulum nuptiale, populo præbuit, περιεβέβλητο δὲ ἐν τῷ περιβόλῳ πολυτελεῖς αὐλαῖαι ζωωτοὶ καὶ διάχρυσοι, κανόνας ἔχουσαι περιχρύσους καὶ περιαργύρους. Vnde apparet belluata (vt Plautus loquitur) fuiſſe Perſarum Aulæa, & animalium figuris inſignita. Quæ vero Athenæus ζωωτὰ, ea, ποικίλα στρώματα, eodem ſenſu dixit Plutarchus in Themiſtocle. illic enim Themiſtoclem in ſecundo ſuo cum Artaxerxe colloquio ac congreſſu, reſpondiſſe refert, τὸν τοῦ ἀνθρώπου λόγον ἐοικέναι τοῖς ποικίλοις στρώμασιν, dixit: ὡς γὰρ ἐκεῖνα καὶ τοῦτον, ἐκτεινόμενον μὲν, ἐπιδείκνυσθαι τὰ εἴδη· συστελλόμενον δὲ, κρύπτειν καὶ διαφθείρειν· ὅθεν αὐτῷ χρόνου δεῖν. Ex quibus efficitur, vetuſtum

in Perſide Aulæorum vſum fuiſſe. Sunt tamen qui Attalum Aſiæ Regem, tot ſæculorum interuallo à Perſicis Regibus, remotum, Aulæis parentem adſignent, freti Seruij auctoritate, qui & inde vocis ipſius notationem arceſſit. Is enim in libro primo Æneid. ad ea verba, *Aulæis iam ſe regina ſuperbis. Aulæis*, ait, *velis pictis: quæ ideo Aulæa dicta ſunt, quod primum in aula Attali regis Aſiæ, qui populum Romanum ſcripſit heredem, inuenta ſunt. Ideo etiam in domibus tendebantur Aulæa, vt imitatio tentoriorum fieret, ſub quibus bellantes ſemper habitauere maiores: vnde & in thalamis hoc fieri hodie conſpicimus. Varro tamen dicit, Vela ſolere ſuſpendi ad excipiendum puluerem, quia vſus cameræ ignorabatur. Vnde Horatius, Interea ſuſpenſa graues Aulæa ruinas, In patinam fecere, trahentia pulueris atri, Quantum non Aquilo Campanis excitat agris.* Qui verſus Horatij à Seruio laudati, petiti ſunt ex Sat. VIII. libri ſecundi Sermon. ad quem locum vet. Interpres, *Aulæa*, inquit, *cortinæ, vela. Apud veteres tenſis Aulæis exercebantur conuiuia: vnde permanſit conſuetudo militibus, vt tentoria habeant: ſub cameris autem tendebantur, vt ſi quid pulueris caderet, ab ipſis exciperetur.* Idem Seruius in librũ tertiũ Georgic. ad verſum, *Purpurea intexti tollant aulæa Britanni*: *Aulæa* dicta tradit *ab aula Attali regis, in qua primùm inuenta ſunt Vela ingentia, poſtquam is populum Romanum ſcripſerit heredem*. quæ verba à me, breuitatis ſtudio, auulſa ſunt à multis aliquot quæ antecedunt: quibus, inter cetera, continetur, Auguſtum, poſtquam vicit Britanniam, donaſſe populo *Aulæa, id eſt, vela inimica:* quod poſtremum quid ſit neſcio. Nam qui vt ab hoſte capta ea vela, *inimica* appellari in animum induceret ſuum, ipſe ſibi ſomnia fingeret. Reddamus ergo Seruio meliorem, id eſt ſuam, mentem. Equidem prima facie Seruium ſcripſiſſe *vela mimica* credebam: poſtea conſultis manuſcriptis codicibus, inueni in his ſcriptum, *Aulæa, id eſt, velamina.* Donatus in præfatione commentarior. in Terent. *Aulæa quoque in Scena, in terra ſternuntur, quod pictus ornatus erat ex Attalica Regia, Romam vſque perlatus: pro quibus, Siparia, ætas poſterior accepit. Eſt autem minutum velum, quod populo obſiſtit, dum fabularum actus commutantur.* Cuius loci, verba aliquot, ſuſpicione non vacant. Nam ſi *in terra ſternerentur Aulæa*,

vt prima verba ſonant, populi oculis obſtare in actuum mutatione, non poterant: atque ita, ſumma imis non conſentiunt. Deinde, qui potuit *minutum velum*, eſſe, cum eo Scena obtenderetur, populoque prætenderetur, dum fabularum actus mutaretur? nec minuta ea vela fuiſſe oſtendit Lucretius libro quarto his verſibus:

*Et volgo faciunt id lutea ruſſaque vela,*
*Et ferrugina, cum magnis intenta theatris*
*Per malos volgata trabeſque trementia fluitant.*
*Namque ibi conceſſum caueai ſubter, & omnem*
*Scænai ſpeciem patrum, matrumque deorumque*
*Inficiunt, coguntque ſuo fluitare colore:*
*Et quanto circum mage ſunt inclusa theatri*
*Mœnia, tam magis hæc intus perfuſa lepore*
*Omnia conrident conrepta luce diei.*

Quamobrem ſcripſiſſe Donatum, illic quidem, *in ſcena intenta*: vel, *intexta*: hic vero, *Mimicum velum*, vero ſimile eſt. Iſidorus Origin. libro XIX. cap. XVII. *Aulæa, vela picta & grãdia: quæ ideo Aulæa dicta ſunt, quod primum in aula, Attali Regis Aſiæ, cui ſucceſsit populus Romanus, inuenta ſunt.* Inſcite vtique Nonius, hæc ex Varronis libro tertio de Vita Pop. Ro. verba, citans, *Quot ex hereditate Attalica, Aulæa, Chlamydes, Pallæ aureæ: Aulæa*, interpretatur, *genus veſtis peregrinum*: ſubiicitque, *& eſt tanquam Paludamentum Barbaricis habitus militaris.*

Sane, vt Aulæorum inuentorem fuiſſe Attalum, indeque Aulæis (quæ vox Græca eſt) nomen impoſitum, à vero alienum eſt, ita veritati conſentaneum, Attalum primum inueniſſe, aurum velis intexere: cum duntaxat colores diuerſos eorum picturæ inſerere Babylon docuiſſet. Plinius, de pictis veſtibus agẽs, li. VIII., cap. XLVIII. *Acu facere id Phryges inuenerunt, ideoque Phrygiones appellati ſunt: Aurum intexere in eadem Aſia inuenit Attalus Rex. Vnde nomen Attalicis, Colores diuerſos picturæ intexere, maxime Babylon celebrauit, & nomen impoſuit. Plurimis vero liciis texere, quæ Polymita appellant, Alexandria inſtituit.*

Romanis quidem huiuſmodi Stragula, Attali beneficio, qui populum Romanum ex aſſe heredem reliquit, in-

notuere: in cuius bonis inuenta illa Vela ingentia, Scenarum ædiumque παραπετάσματα: quorum, tunc primum fulgor, aciem oculorum Latinorum perſtrinxit. Quæ res exiſtimandi copiam præbuit, Aulæa inde nomen traxiſſe, quod ex Attalica aula, in orbem Romanum migraſſent. Indeque *Aulæa Attalica*, dixit Propertius, Elegia XXXIII. libro ſecundo & *Attalicum Torum*, idem Eleg. XIIII. eiuſdem lib. II. id eſt, Attalicis Aulæis inſtratum. Veſtes quoque auro intextæ, *Attalicæ* appellatæ, ab eodem Propertio Elegia XVIII. libro tertio & Plinio, lib. XXXVI. cap. XV. & lib. XXXVII. cap. I.

Perſæ porro non parietes tantum Aulæis & velis magni pretij, tegere & exornare, verumetiam ipſum ædium ſolum, ac pauimentum, Tapetibus ſternere ſolebant. Nec ſuper dura vel herbida humo, niſi ſubſtratis tapetibus, conſidere moris erat. Et ita, Xenophon lib. IIII. Ἑλληνικῶν, Ageſilaum Lacedæmonium, & Pharnabazum Perſam in colloquium veniſſe narrans, ait, Ageſilaum humi iacuiſſe ſuper herbam: huic vero famulos Aulæa in quibus molliter Perſæ ſedere cõſueuerant, ſubſtrauiſſe: verba eius ſunt hæc, ὑποβαλόντων δ' αὐτῷ τῶν θεραπόντων ῥαπτὰ, ἐφ' ὧν καθίζουσιν οἱ Πέρσαι μαλακῶς, ᾐσχύνθη ἐν τρυφῆσαι. Cyrum ſubſterni iuſſiſſe Cyaxari ſub palmeto, τῶν Μηδικῶν τίλων, Xenophon lib. V. refert.

Non ſunt, & in Perſico luxu Vnguenta omittenda, quibus delibutos fuiſſe maduiſſeque Perſas, minimi negotij eſt probare. Plin. lib. XIII. cap. I. *iam Roſæ ſucco reperto. Nominatur enim id quoque in olei laude. Perſarum eſſe debet gentis Vnguẽtum. Sed & Parthi madent eo, & accerſita commendatione, ingluuie natum virus extingunt. Primum, quod equidem inueniam, caſtris Darii Regis expugnatis, in reliquo eius apparatu Alexander cepit ſcrinium Vnguentorum. Poſtea voluptas eius, à noſtris quoque, inter laudatiſsima atque etiam honeſtiſsima vitæ bona, admiſſa eſt.* Artaxerxes, vt eſt apud Athenæum lib. II. Ανταλκίδα τῷ Λάκωνι, τὸν αὑτοῦ στέφανον εἰς μύρον βάψας, ἔπεμψε. Quinetiam Perſas, vnguentis corpora in balneis fricare conſueuiſſe, ex eo colligo, quod Alexander cum animaduertiſſet milites ſuos, vnguentatos è balneis prodire, nec iam oleo, ſed vnguentis, & odoribus, dum lauarentur, perfundi, Perſicoque more, in ſeruitio & miniſte-

miniſterio habere cubicularios,&qui eos fricarēt in balneis: benigne prudenterq; eos obiurgaſſe dicitur, quod victores, in eorum quos vicerant mores, turpitēr indecoreque tranſirent. Id vt planius noſcatur, ipſius Plutarchi verba in Alexandro ſubiiciam: ἐπεὶ δὲ τοὺς περὶ αὐτὸν ἑώρα παντάπασιν ἐκτετρυφηκότας, καὶ φορτικοὺς ταῖς διαίταις καὶ πολιτείαις ὄντας, μύροις δὲ χρωμένους, ἱέναι πρὸς ἄλειμμα καὶ λουτρὸν ἰόντας οὐδ' ἐλαίῳ, Τρίπτας δὲ καὶ Κατευναστὰς περιαγομένους; ἐπετίμησεν πράως καὶ φιλοσόφως. θαυμάζειν φάμενος, εἰ τοσούτους ἠγωνισμένοι καὶ τηλικούτους ἀγῶνας, οὐ μνημονεύουσιν ὅτι τῶν καταπονουμένων οἱ καταπονήσαντες ἥδιον καθεύδουσιν· οὐδὲ ὁρῶσι, τοῖς Περσῶν βίοις τοὺς ἑαυτῶν παραβάλλοντες, ὅτι δουλικώτατον μέν ἐστι τὸ τρυφᾶν, βασιλικώτατον δὲ τὸ πονεῖν. καί τοι πῶς ἄν τις, ἔφη, δι' ἑαυτοῦ θεραπεύσειεν ἵππον, ἢ λόγχην ἀσκήσειεν ἢ κράνος, ἀπειρηκὼς τοῦ φιλτάτου σώματος ἅπτεσθαι τὰς χεῖρας, οὐκ ἴστε, εἶπεν, ὅτι τοῦ κρατεῖν πέρας ἡμῖν ἐστι, τὸ μὴ ταυτὰ ποιεῖν τοῖς κεκρατημένοις; Vnde apparet in miniſterio Perſas habuiſſe Τρίπτας a quibus diſtringerētur, & fricarentur: eaque gratia, vt Romanis mulieribus Ornatrices, ita Perſis Ornatores inſeruiſſe, oſtendit Xenophon lib. VIII παιδ. in eorum familia recenſens, Κοσμητάς, οἳ ὑποχρίουσί τε καὶ ἐντρίβουσιν αὐτούς, καὶ τὰ ἄλλα ῥυθμίζουσι.

Perſas, antequam cibum caperent, lauare ſolitos, indicio eſt, quod Xenophon libro VIII. παιδ. de Cyro ſcribit, ἐπεὶ δὲ ὥρα ἦν, οἱ τεταγμένοι προσιόντες, λούσασθαι αὐτὸν ἐκέλευον. ὁ δὲ ἔλεγεν, ὅτι ἡδέως ἀναπαύοιτο. οἱ δ' αὖ τεταγμένοι, ἐπεὶ ὥρα ἦν, δεῖπνον παρετίθεσαν.

Perſas vtique, Balneatores, circa ſe occupatos, ſeruos habuiſſe, teſtis eſt Xenophon eodem libro in famulitio Perſarum numerans, λουτροχόους. Lecticarios etiam ſeruos, quorū humeris geſtarentur, habuiſſe Perſas, indicio eſt, quod Artaxerxem Timagoræ donaſſe φορεῖς τοὺς κομίζοντας αὐτὸν ἄχρι θαλάσσης, μαλακῶς ἔχοντα, Plutarch. in Artaxerxe referr. Idem in Pelopida, de Timagora loquens, τέλος δὲ κατέβαινεν ἐπὶ θάλασσαν, ἐν φορείῳ κομιζόμενος· καὶ τέσσαρα τάλαντα τοῖς κομίζουσι, μισθὸς ἐδόθη παρὰ βασιλέως.

Ex quibus efficitur, Perſas, vrbanam familiam habuiſſe variis & officiorum & miniſteriorum generibus deſcriptā, vt ex Xenophontis lib. VIII. παιδ. ſupracitatis locis apparet.

Acerbe autem poteſtatē in ſeruos exercebant: in quos vitæ neciſque ius habuiſſe eos, Ammian. Marcellinus lib. XXIII. tradit. De Perſis enim agens, *iuxta*, inquit, *in aduerſis rebus & proſperis callidi, ſuperbi, crudeles, vitæ neciſque poteſtatem & in ſeruos, & in plebeios vindicantes obſcuros.*

Etiam illud, priuſquam à Perſicis epulis diſcedam, admonebo. Perſarum culinas Allio oppleri conſueuiſſe, quod eius odore, ſerpentes & alia venenata animalia fugari exploratum haberent, vt tradit Simeo Magiſter Antiochenus in Syntagmate de Cibarior. Facultatib. de Allio tractans his verbis, φεύγουσι δὲ τοῦτο καὶ οἱ ὄφεις, ὥσπερ καὶ τὰ πήγανα· καὶ διὰ τοῦτο οἱ Πέρσαι τὸ πρὶν τὰ μαγειρεῖα αὐτῶν σκορόδων ἐνεπίμπλων. Ac nec illud prætermittendum cenſeo, quod de Perſicarum epularum reliquiis, ab Athenæo traditum exſtat. Etenim cœna peracta, reliquias circumſtantibus diuiſas ait: cum magna & panis obſoniorumque copia, ſemper, ſublatis menſis, ſupereſſet, inter famulos ac ſeruos, ab eo qui ferculis ſeu menſæ præerat, viritim diſtribuebatur: eaq; ſingulis Diaria cibaria erant. Qua de re Athenæi verba libro IIII. ſunt hæc: οὕτω δὲ καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις Πέρσαις, τοῖς ἐν δυναστείᾳ. ἔστιν, ἀθρόα πάντα τὰ σιτία ἐπὶ τὴν τράπεζαν παρατίθεται· ἐπειδὰν δὲ οἱ σύνδειπνοι, δειπνήσωσι τῶν ἀπὸ τῆς τραπέζης παραλειπομένων (καταλείπεται δὲ πλεῖστα κρέα καὶ ἄρτοι) ὁ τῆς τραπέζης ἐπιμελούμενος, δίδωσιν ἑκάστῳ τῶν οἰκετῶν· καὶ ταῦτα λαβὼν τὴν καθ' ἡμέραν ἔχει τροφήν.

Sed tandem aliquando, Perſicis menſis remotis, ad alia properemus.

Perſis licuiſſe, liberorum quærendorum gratia, quas, & quot vellent, Vxores ducere: Vxoribus etiam, Pellices Concubinaſque inſuper adiungere, certo certius eſt. Herodotus lib. I. γαμέουσι δ' ἕκαστος αὐτῶν πολλὰς μὲν κουριδίας γυναῖκας, πολλῷ δ' ἔτι πλεῦνας παλλακὰς κτῶνται. Strabo lib. XV. de Perſis, γαμοῦσι δὲ πολλὰς, καὶ ἅμα παλλακὰς τρέφουσι, πολυτεκνίας χάριν. Ammianus Marcellinus lib. XXIII. de Perſis, *effuſius plerique ſoliti ſolui in Venerem, ægreque contenti multitudine Pellicum, puerilium ſtuprorum expertes, pro opibus quiſq; adſciſcere matrimonia, plura vel pauca. Vnde apud eos per libidines varias caritas diſperſa torpeſcit.* Similiterque Iuſtinus lib. XVI. de Parthis,

[illegible]*,dulcedine variæ libidinis,ſinguli plures habent.* Agathias li. [illegible]*pe potentes apud Perſas,inferiores damnis adficiunt, magnaq; in*[illegible]*crudelitate ac diritate ſe vexant: quodque omnium maxime a*[illegible]*eſt,cuiuis fas eſt innumeras prope ducere vxores,& nihilo-m*[illegible]*expertibus matrimonij adulteria deſignantur.* Quanquam o[illegible] πολυγαμίαν, Perſas veriſimile eſt,non libidinis modo ſt[illegible]multis amplexos, verumetiam, quod apud eos, vt Hero[illegible]. ſcribit, poſt bellicam fortitudinem in pretio habeb[illegible]ur numeroſæ ſobolis procreatio: cum in multitudine p[illegible]puli,robur imperij poſitum eſſe cenſerent. Itaque patrib[illegible]s,& proletariis, qui quam plurimos liberos ſuſcepiſſent, t[illegible]nquam egregium aliquid præſtitiſſent,Regem annua mun[illegible]ra miſiſſe,ait Herodot.libr. primo in hunc modum: ἀνδραγ[illegible]θίη δ' αὕτη ἀποδέδεκται, μετὰ τὸ μάχεσθαι εἶναι ἀγαθὸν, ὃς ἂν πλ[illegible]ς ἀποδέξῃ παῖδας. τῷ δὲ τοὺς πλείστους ἀποδεικνύντι, δῶρα [illegible]πέμπει ὁ βασιλεὺς, ἀνὰ πᾶν ἔτος· τὸ πολλὸν δ' ἡγέαται ἰσχυρὸν εἶναι. Iidem etiam præmia, quotannis, à Regibus propoſita decretaque,Strabo lib.xv. refert.

In eorum vero coniunctionibus, neque pudoris naturalis,neque honeſtatis publicæ,ratio habebatur. Nulla enim reuerentia ſeruata, matribus ſororibuſque iungebantur: quæ eis in manum,iuſtarum vxorum loco, conueniebant. Philo in lib.de ſpecialib.legib. μητέρας γὰρ, οἱ ἐν τέλει Περσῶν, τὰς [illegible] ἄγονται· καὶ τοὺς φύντας, ἐκ τούτων, εὐγενεστάτους νομίζουσι, καὶ βασιλείας τῆς μεγίστης, ὡς λόγος, ἀξιοῦσιν· οὗ τί ἂν γένοιτο δυσσεβέστερον ἀνοσιούργημα, πατρὸς εὐνὴν τετελευτηκότος, ἣν ἄψαυστον ὡς ἱερὸν, ἐχρῆν φυλάττεσθαι, καταισχύνειν; Tertullian. Apologetico; *Perſas cum ſuis matribus miſceri Cteſias refert.* Minucius in Octauio, *Ius eſt apud Perſas miſceri cum matrib.*

Magos etiam cenſuiſſe, fas & ius eſſe, μητρὶ ἢ θυγατρὶ μίγνυσθαι. Diogenes Laert.in prooemio tradit. Immo vero non alia inter Magos recepta coniugia, indicat Strabo; cuius libr. xv. de Magis verba, ſunt hæc, τούτοις δὲ, καὶ μητράσι συνέρχεσθαι νενόμισται. Hinc Catullus.

*Naſcatur Magus ex Gelli, matriſq; nefando*
*Coniugio, & diſcat Perſicum haruſpicium.*
*Nam Magus ex matre & gnato gignatur oportet,*
*Si vera eſt Perſarum impia rellligio,*

At Alexander Dario victo inceſtas iſtas & nefarias nuptias & à naturali verecundia abhorrentes, inhibuit. Is enim, vt Plutarch. in lib. de eius Fortuna ſcribit, docuit Πέρσας σέβεσθαι μητέρας, ἀλλὰ μὴ γαμεῖν.

Nec cum matribus modo, ſed & cum filiabus at ſororibus miſceri apud Perſas (honos ſit caſtis auribus) fas & iura ſinebant, Diogen. Laert. lib. IX. in Pyrrhone. Πέρσαι γὰρ οὐκ ἄτοπον ἡγοῦνται θυγατρὶ μίγνυσθαι. Ath. lib. V. Αντισθένης δ' ἐν θατέρῳ τῶν Κύρων, κακολογῶν Ἀλκιβιάδην, καὶ παράνομον εἶναι λέγων, καὶ εἰς γυναῖκας, καὶ εἰς τὴν ἄλλην δίαιταν. συνεῖναι γάρ φησιν αὐτὸν καὶ μητρὶ, καὶ θυγατρὶ, καὶ ἀδελφῇ, ὡς Πέρσας. B. Hieron. lib. II. aduerſ. Iouin. *Perſæ, Medi, Indi & Æthiopes, regna non mediocria, & Romano regno paria, cum Matribus, & magis cum filiabus, & nepotibus, copulantur.* Et ita Atoſſa Cyri filia, Cambyſi fratri nupſit, vt ait Herodotus lib. III. Artaxerxes filiam ſuam Atoſſam duxit in matrimonium, dein & alteram, Ameſtrim, vt Plutarchus in Artaxerxe auctor eſt. Darium quoque nouas res molientem Atoſſæ ſorori pollicitum ſe eam ducturũ; licet eã pater in matrimonio haberet, Plutarchus eod. libro ſcribit. Vnde autem ſororum matrimonium in vſum venerit, idem exponit Herodot. lib. III. Eum certe nefandum morem, ab Aſſyriis ad Perſas tranſiiſſe, Conſtantinus Manaſſes in Annalibus tradit. Lucian. in libello περὶ θυσιῶν de Ioue: ἔγημε δὲ πολλὰς μὲν ἄλλας· ὑστάτην δὲ, τὴν Ἥραν τὴν ἀδελφὴν, κατὰ τοὺς Περσῶν οὕτω καὶ Ἀσσυρίων νόμους. Qua in re, caprinam Perſarum libidinem, Clemens Alexand. acriter exagitat. de illis enim loquens libro primo Pædagogi cap. octauo, ait, ἡβήσαντες δὲ, ἀδελφαῖς καὶ μητράσι καὶ γυναιξὶ, γαμεταῖς τε ἅμα, καὶ παλλακίσιν ἀναρίθμοις, ἐπιμίσγονται καθάπερ οἱ κάπροι, εἰς συνουσίαν ἠσκημένοι. Agathias quoque libro ſecundo iiſdem obſcenis libidinibus, ſua tempeſtate voluptatos Perſas narrat, monſtraq; hæc in ſolas terras deportanda abominatur. Qua de re, pro Grecis ipſius auctoris, quæ nobis non ſuppetunt, verbis, Latina Interpretis ſubiicere cogor. de Perſis ergo agens, ait, *non ſolum cum ſororibus ſuis & conſobrinis impudenter congrediuntur: ſed cum filiabus & genitores, proh ſcelus, miſcentur, & quod omnium eſt impiiſſimum (ô natura, ô leges) cum matribus filij. Perſis autem fuiſſe nuper id ſceleris adinuentum ex eo*

*quod narraturi mox ſumus, noſſe quis poterit. Ferunt quondam magnam Semiramidem illam Aſſyriam fuiſſe eo temeritatis euectam, vt cum Nino filio habere congreſſum voluerit, iuuenemque pertentaſſe: huncque renuentem concubitum, remque permoleſte ferentem, pergentem ad facinus matrem protinus occidiſſe, patrareque id maluiſſe quam ſcelus committere. Non enim ſi id lege permittebatur, Ninum duxerim ad id crudelitatis veniſſe. Sed quid eſt opus nimium vetuſta repetere? Paulo antequam Macedones tantas res gererent, & Perſæ deſtruerentur: Artaxerxem Darij ferunt Pariſatidem matrem, quum eodem malo afficeretur, quo & Semiramis, & ſecum rem habere percuperet, haudquaquam necaſſe: ſed eieciſſe iracundius, & repulſaſſe, quia nec pium id eſſet, nec patrium, nec in vita hominum conſuetum.*

In nuptiis vero contrahendis tempora quoque Perſas ſeruaſſe, inuenio. nam vt Strabo lib. xv. ſcribit, apud eos Nuptiæ in initio verni æquinoctij celebrabantur. Sponſus vero ad lectum genialem accedebat, ſumpto prius malo, vel cameli medulla, nec alium præterea cibum eo die guſtabat, ſumebatve. Hoc ita Strabo lib. xv. οἱ δὲ γάμοι κατὰ τὰς ἀρχὰς τῆς ἐαρινῆς ἰσημερίας ἐπιτελοῦνται. παρέρχεται δ' ἐπὶ τὸν θάλαμον προφαγὼν μῆλον ἢ καμήλου, μυελὸν ἄλλο δ' οὐδὲν τὴν ἡμέραν ἐκείνην. Quo autem ritu nuptiæ apud Perſas peragerentur, docet Arrianus lib. vi. qui vti Alexander cum Perſica nuptias iunxerit, & à ſuis iungi iuſſerit, ita exponit: οἱ γάμοι δὲ ἐποιήθησαν νόμῳ τῷ Περσικῷ· θρόνοι ἐτέθησαν τοῖς νυμφίοις ἐφεξῆς. καὶ μετὰ τὸν πότον ἦκον αἱ γαμούμεναι· καὶ παρεκαθέζοντο ἑκάστη τῷ ἑαυτῆς· οἱ δὲ, ἐδεξιώσαντό τε αὐτὰς καὶ ἐφίλησαν.

Nec Reges modo, vt ſupra lib. I. probauimus, ſed priuati quique Pellicum copia & multitudine abundabant, vt teſtatur Suidas; cuius, in voce Ἀρβαζάκιος. & rurſus in Μυζυρηρί, verba ſunt hæc, ὥσπερ Ὀρόντην τὸν Πέρσην φασὶν εἰπεῖν ὅτι τῶν δακτύλων ὁ μικρότατος, καὶ μυρία σημαίνει, καὶ ἕνα ἀριθμόν· οὕτω κἀκεῖνοι τὰς Ἑταίρας, κατὰ μονάδα καὶ μυριάδα, ἠρίθμουν. Pellices autem iſtas Gynæconitide incluſas, teſtatur Plutarch. qui Themiſtoclem donis muneribuſque, ſibi Satrapis Lydiæ pellices conciliaſſe, earumque gratia, ad placandum Satrapem, vſum, narrat, in Themiſtoclis vita, his verbis: φοβηθεὶς ὁ Θεμιστοκλῆς, εἰς τὴν γυναικωνῖτιν κατέφυγε· καὶ τὰς παλλακίδας αὐτοῦ

θεραπεύσας χρήμασιν, ἐκεῖνόν τε κατεπράϋνε τῆς ὀργῆς, καὶ πρὸς τὰ ἄλλα παρεῖχεν ἑαυτὸν εὐλαβέστερον ἤδη.

Parthos quoque, quos *in libidinem proiectos* fuiſſe, Iuſtinus lib. XLI. ſcribit, Pellicum greges aluiſſe, & in ſuo comitatu habuiſſe, exemplo Surenæ, quod apud Plutarchum in Craſſo extat, planum fit.

Licet autem Perſis, & vxorum, & pellicum, multitudo placeret, adulterium tamen, & lecti genialis iniurias, vindicaſſe eos, Ioſephus lib. XI. cap. VI. indicat, cum ait, οἱ τῶν Περσῶν νόμοι, τοῖς ἀλλοτρίοις βλέπεσθαι τὰς γυναῖκας ἀπειρήκασι. Atque adeo non iuſtas Vxores modo, ſed & Pellices diligenter obſeruaſſe Perſas, Plutarchus in Themiſtocle, tradit: τὸ βαρβαρικὸν γένος τὸ πολὺ, καὶ μάλιστα τὸ Περσικὸν, εἰς ζηλοτυπίαν τὴν περὶ τὰς γυναῖκας, ἄγριον φύσει καὶ χαλεπόν ἐστιν. οὐ γὰρ μόνον τὰς γαμετὰς, ἀλλὰ καὶ τὰς ἀργυρωνήτους καὶ παλλακευομένας ἰσχυρῶς παραφυλάττουσιν, ὡς ὑπὸ μηδενὸς ὁρᾶσθαι τῶν ἐκτὸς, ἀλλ' οἴκοι μὲν διαιτᾶσθαι κατακεκλεισμένας· ἐν δὲ ταῖς ὁδοιπορίαις, ὑπὸ σκηνὰς κύκλῳ περιπεφραγμένας, ἐπὶ τῶν ἁρμαμαξῶν ὀχεῖσθαι, τοιαύτην τῷ Θεμιστοκλεῖ γενέσθαι τὴν ἔντευξιν. Ἔφορος δὲ καὶ Δείνων καὶ Κλείταρχος καὶ Ἡρακλείδης, ἔτι δ' ἄλλοι πλείονες, περὶ αὐτὸν ἀφικέσθαι τὸν Ξέρξην. Sic & Parthos, licet πολυγάμους, *nullo delicto adulterio grauius vindicaſſe*, Iuſtinus lib. XLI. ſcribit.

Ad hanc vero Vxorum Pellicumque turbam, παιδεραστείαν acceſſiſſe, quis credat? Ac plane, ab hoc Perſas crimine, Ammianus Marcellinus vindicat, qui, *puerilium ſtuprorum expertes* fuiſſe, lib. XXIII. adſerit. Contradicit tamen Herodotus lib. I. cuius verba ſcribæ vice recitabo, nec quidquam addam de meo. Ea ſic habent: καὶ εὐπαθείας τε παντοδαπὰς πυνθανόμενοι ἐπιτηδεύουσι· καὶ δὴ καὶ ἀπ' Ἑλλήνων μαθόντες, παισὶ μίσγονται. Quod reprehendit Plutarchus in libro περὶ τῆς Ἡροδότου κακοηθείας, hoc modo: Πέρσας μὲν φησι παισὶ μίσγεσθαι παρ' Ἑλλήνων μαθόντας· καίτοι πῶς Ἕλλησι Πέρσαι διδασκάλεια ταύτης ὀφείλουσι τῆς ἀκολασίας, παρ' οἷς ὀλίγου δεῖν ὑπὸ πάντων ὁμολογεῖται παῖδας ἐκτετμῆσθαι, πρὶν Ἑλληνικὴν ἰδεῖν θάλασσαν. Molles quoque cinædos, & muliebria paſſos, probroſos apud Perſas habitos, teſtimonio eſt, quod apud Curtium lib. VI. Oxines Perſa ait, *nec moris eſſe Perſis, mares ducere eos, qui ſtupro effeminarentur.*

Sane Perſæ pueris virilitatem exſecabant: ac forma præſtantiſſimos quoſque mares caſtrabant. Herodotus lib. VI. de Perſis: ὡς γὰρ δὴ ἐπεκράτησαν τῶν πολίων, παῖδάς τε τοὺς εὐειδεστάτους ἐκλεγόμενοι, ἐξέταμνον, καὶ ἐποίεον ἀντὶ ἐνόρχων, εἶναι Εὐνούχους· καὶ παρθένους τὰς καλλιστευούσας, ἀνασπάστους παρὰ βασιλῆα. Dio Chryſoſtom. Orat. XXI. quæ de pulchritudine inſcribitur, Perſas pulchritudinem adamaſſe, hoc argumento probat, ὅτι πολλοὺς Εὐνούχους ἐποίουν. Et ita Hermotimo, qui auctoritate & gratia ſupra ceteros Eunuchos apud Xerxem valuit, virilitatem à Panionio Chio, qui venalitiariam negotiationem exercebat, ademptam, idem Herod. lib. VIII. narrat, his verbis, ἁλόντα γὰρ αὐτὸν (videlic. Hermotimum) ὑπὸ πολεμίων, καὶ πωλεόμενον, ὠνέεται Πανιώνιος ἀνὴρ Χῖος ὃς τὴν ζόην κατεστήσατο ἀπ᾽ ἔργων ἀνοσιωτάτων. ὅκως γὰρ κτήσαιτο παῖδας εἶδος ἐπαμμένους, ἐκταμὼν, ἀγινέων ἐπώλεε ἐς Σάρδις τε καὶ Ἔφεσον χρημάτων μεγάλων. παρὰ γὰρ τοῖσι βαρβάροισι τιμιώτεροί εἰσι οἱ εὐνοῦχοι, πίστιος εἵνεκα τῆς πάσης, τῶν ἐνορχίων) ἄλλους τε δὴ ὁ Πανιώνιος ἐξέταμε πολλοὺς, ἅτε ποιεύμενος ἐκ τούτων τὴν ζόην.

A Perſis autem ortam puerorum caſtrationem, ipſamque Spadonum appellationem, Stephanus de vrbibus tradit, Σπάδα, inquiens, οὐδετέρως κώμη Περσική· ἐν ᾗ πρώτη Εὐνουχισμὸς γεγόνε· ὅθεν Σπάδοι λέγονται. Donatus in Eunuchum Act. I. Scen. II. *Eunuchos à Perſis inſtitutos putant, ex captiuis. à Babyloniis enim Hellanicus auctor eſt id habuiſſe.* Ac plane ab Aſſyriis & Medis luxum hunc manaſſe, non dubium eſt. Nam & Babyloniorum Regem Nabuchodonoſorem, ex Iudaica iuuentute quoſdam; nec non & ex aliis gentibus, bello captos, in ipſo ætatis flore, caſtrari curaſſe, Ioſephus libro X. Antiquitatum Iudaic. cap. XVI. oſtendit his verbis: ποιήσας τινὰς αὐτῶν ἐκτομίας. τὸ δὲ αὐτὸ καὶ τοὺς ἐκ τῶν ἄλλων ἐθνῶν ὅσα κατεστρέψατο, ληφθέντας, ἐν ὥρᾳ τῆς ἡλικίας διαγεθεῖς. D. Hieronymus in caput I. Danielis ſcribit, Hebræos arbitrari Danielem, & Ananiam, & Miſaelem, & Aſariam, fuiſſe Eunucbos. Athenæus lib. XII. Clearchum Solenſem lib. IIII. Vitarum, περὶ Μήδων τρυφῆς diſſeruiſſe refert: & inter cetera, ὅτι διὰ ταύτης, πολλοὺς εὐνουχίσαιεν τῶν περιοικιδίων. Atque adeo omnium primam Semiramidem mares caſtraſſe, Ammianus Marcellinus lib. XIIII. auctor eſt, *Poſtremo*, inquiens, *multitudo*

*ſpadonum à ſenibus in pueros deſinens, coloris obliuidi, diſtortaque liniamentorum compage deformis: vt quaqua inceſſerit quiſquam, cernens mutilorum hominum agmina, deteſtetur memoriam Semiramidis reginæ illius veteris, quæ teneros mares caſtrauit omnium prima, velut vim iniectans naturæ.* Cauſam ergo caſtrandi Medis fuiſſe, τρυφὴν Athenæus ait. Vnde Claudianus in Eutropium, lib. I.

*ſeu Perſica, ferro,*
*Luxuries, vetuit naſci lanuginis vmbram.*

Sed quo τρυφῇ? an vt in longius tempus forma & læuitas vultus proferretur, formoſioreſque diutius permanerent? cui ſententiæ lubens adquieſco: ne de ea, quam exorno, gente peius aliquid ſentire aut ſuſpicari videar. Quamquam qua id fini, non celat Petronius Arbiter, Satyrico,

*Perſarum,* inquiens, *ritu, male pubeſcentibus annis*
*Subripuere viros: exſectaque viſcera ferro*
*In venerem fregere: Atque vt fuga mobilis æui*
*Circunſcripta mora, properantes differat annos.* Quin & M. Seneca Controuerſ. IIII. lib. X. *Principes viros contra naturam, diuitias ſuas exercere, exciſorum greges habere: exoletos ſuos, vt ad longiorem patientiam impudicitiæ idonei eſſent, amputare,* iure ac merito queritur. Quorum verborum veſtigia legens D. Hieronymus lib. I. aduerſ. Iouinian. ait, *& in longam ſecuramque libidinem exſectus Spado.* Hæc vero, ferro truncata iuuentus, atque exſecta virum, deſpectui apud Perſas æque atque in orbe Romano, aut Græco, non habebatur. Tacitus lib. VI. Annal. de Abdo Partho, quem *adempta virilitate* fuiſſe ait: *Non deſpectum id apud Barbaros, vltroque potentiam habet.* Et huic potiſſimum hominum generi, quaſi multis de cauſis fidiſſimo, cuſtodiam curamque corporis ſui credendam, Cyrum cenſuiſſe, Xenophon lib. VII. παιδ. memoriæ prodidit. Fidei certe cauſa, pretioſiores fuiſſe ceteris, adfirmat Herodot. lib. VIII. παρὰ τοῖσι βαρβάροισι, inquiens, τιμιώτεροί εἰσι οἱ Εὐνοῦχοι, πίστιος εἵνεκα τῆς πάσης, τῶν ἐνορχίων. Proinde Regibus, & in cubiculo, & in menſa, circumfuſi, eorum ſaluti inuigilabant. Argumento eſt, quod Ælian. lib. II. Var. hiſt. cap. X. Magos ait præcepiſſe Εὐνούχων τινὶ, τῶν πλησίον παρεστώτων, φυλάξαι τὸ σῶμα τοῦ τραπέζης παρατιθέντος. Memoratur & à Cteſia,

ſia, Xerxis cubicularius Pharnacia Eunuchus, cuius ope, Secundianus Regium cubiculum ingreſſus, ipſum Xerxem, ſomno vinoque ſepultum, interemit.

Spadones quidem ſine vlla flagitij ſuſpicione, omnique ſtupri vel adulterij amoto metu, in Gynæconitide (qua de ædium parte vide Vitruu. lib. I. cap. x.) diu noctuque verſatos, teſtatur Philoſtratus lib. I. de vita Apollonij: Θεωρῶ πρὸς ἐμαυτὸν ἐξότου ποτὲ οἱ βάρβαροι τοὺς Εὐνούχους σώφρονάς τε ἡγοῦνται, καὶ ἐς τὰς γυναικωνίτιδας ἐσάγονται· ἐπειδὴ γὰρ ἡ τομὴ τὸ ἀφροδισιάζειν ἀφαιρεῖται σφᾶς, ἀνεῖνται σφίσιν αἱ γυναικωνίτιδες, κἂν ξυγκαθεύδειν ταῖς γυναιξὶ βούλωνται. Eunuchos quidem recte Cuſtodes virginibus mulieribusve apponi Heliod. lib. IX. hiſtor. Æthiopic. indicat, propterea quod ἔχει τι ζηλότυπον τὸ εὐνούχων γένος· ὧν γὰρ ἀπεστέρηνται, τούτων εἰς κώλυμα τοῖς ἄλλοις περιβέβληνται. Clemens Alexandrinus, lib. III. Pædagog. cap. IIII. Εὐνοῦχοι πολλοί, καὶ οὗτοι μαστροποί, τῷ ἀξιοπίστῳ τοῦ μὴ δύνασθαι φιληδεῖν, τοῖς εἰς ἡδονὰς ἐθέλουσι ῥᾳθυμεῖν, ἀνυπόπτως διακονούμενοι. Ideoque Adulterij poſtulatum quendam qui ſe pro Eunucho gerebat, à Iudicibus abſolutum, quod credibile eis non videretur, crimen hoc in eiuſmodi perſonam cadere, Lucianus in Eunucho ſcribit: καὶ μοιχὸς ἑάλω ποτέ, ὡς ὁ Ἀξων φησὶν, ἄρθρα ἐν ἄρθροις ἔχων. ἀλλὰ τότε μὲν ἐς τὸν εὐνοῦχον ἀναφυγὼν, καὶ τοῦτο κρησφύγετον εὑρόμενος, ἀφείθη, ἀπιστησάντων τῇ κατηγορίᾳ τῶν τότε δικαστῶν, ἀπό γε τῆς φανερᾶς ὄψεως. Vnde Phauorinus, inter cetera quæ ſibi mira contigerant, hoc ſecundo loco numerabat, quod adulterij, licet Eunuchus, poſtulatus eſſet, quemadmodum Philoſtratus lib. I. de vitiis Sophiſtarum narrat. quem tamen pro Hermaphrodito habitum ait, his verbis: διφυὴς δὲ ἐτέχθη, καὶ ἀνδρόθηλυς· καὶ τοῦτο ἐδηλοῦτο μὲν καὶ παρὰ τοῦ εἴδους· ἀγενείως γὰρ τοῦ προσώπου, καὶ γηράσκων εἶχεν· ἐδηλοῦτο δὲ καὶ τῷ φθέγματι· ὀξυηχὲς γὰρ ἠκούετο, καὶ λεπτὸν καὶ ἐπίτονον, ὥσπερ ἡ φύσις τοὺς Εὐνούχους ἥρμοσε. θερμὸς δὲ οὕτω τις ἦν τὰ ἐρωτικὰ, ὡς καὶ μοιχοῦ λαβεῖν αἰτίαν, ἐξ ἀνδρὸς ὑπάτου. Sed quando in Phauorini mentionem incidimus, religio mihi eſſet, clariſſimum Galliarum noſtrarum lumen, maximumque Arelatæ (vnde ortus erat) decus & ornamentum, intactum dimittere. Nec vero Latinam Græcamque tanti Sophiſtæ facundiam diſſerendique

ſubtilitatem, ſapientiæque ſtudiis mixtam omnis generis doctrinam, infractam etiam aduerſus Hadrianum Imperatorem libertatem, ſilentio præterire fas eſt. Nota ſunt quæ Agellius, ab eius ore pendens, & vix à latere diſcedens, ab eo excepta, litteris mandauit: non obſcura etiam, quæ de eo Philoſtratus, Xiphilinus in Hadriano, & Suidas memoriæ prodiderunt. Spartianus in Hadriano, *Grammaticos, Rhetores, Muſicos, Geometras, Pictores, Aſtrologos habuit: præ ceteris, vt multi adſerunt, eminente Phauorino.* Illud haud ſcio an à quoquam adhuc animaduerſum ſit, ad eum ſpectare quæ Lucianus in Eunucho ait, καί τις ἀκαδημαϊκὸς εὐνοῦχος ἐκ Κελτῶν, ὀλίγον πρὸ ἡμῶν εὐδοκιμήσας ἐν τοῖς Ἕλλησιν. ὁ Διοκλῆς δὲ κἀκεῖνος αὐτὸν εἰ παρείη καὶ τῶν ὁμοίων μεταποιεῖτο, εἴρξεν ἄν, οὐ καταπλαγεῖς αὐτοῦ τὴν παρὰ τοῖς πολλοῖς δόξαν. Cyrillus apud Suidam in voce Σπάδων & εὐνοῦχοι· εἰώθασι γὰρ οὐ μόνοι οἱ Σπάδωνες, καὶ τὰ μόρια τῆς αἰσχρουργίας ποσῶς ἔχοντες, ἀσελγαίνειν ἀμέτρως καὶ ἀκολασταίνειν ἀναιδῶς καὶ ἀκορέστως. ἀλλά γε καὶ οἱ τελείως ἀπόκοποι, καὶ ἐκτετμημένοι ταῦτα. Verum vt ad inſtitutum de Eunuchis ſermonem reuertamur, eos à veneris pruritu omnino alienos priſca quoque ſæcula non exiſtimarunt. D. Auguſtinus lib. VI. contra Iulianum Pelag. cap. XIIII. *Nam vtique concupiſcere viuentis ſentientiſque naturæ eſt, ita vt non deſit concupiſcentia; quam Spadonum quoque caſtitas frenet: minus quidem laborioſa, quia vbi materiam de qua operetur non inuenit, minus aduerſus eam libido conſurgit. Eſt tamen, pudiceque comprimitur, ne concumbendi quamuis irritus ipſe conatus, in eam turpitudinem veniat, propter quam Calligonum Valentiniani iunioris Eunuchum gladio nouimus vltore punitum, meretricis confeſſione conuictum. Neque enim & in libro Eccleſiaſtico adhiberetur inde ſimilitudo atque diceretur: Videns oculis & ingemiſcens, quaſi Spado complectens virginem & ſuſpirans; niſi & ipſi mouerentur concupiſcentiæ carnalis affectibus, licet deſtituti carnis effectibus.* Et hic eſt Calligonus præpoſitus cubiculi Valentiniani, cuius D. Ambroſ. Epiſt. XXXIII. mentionem facit.

Nec mulieribus tantum, ſed & paruulis, rectores cuſtodeſque Eunuchi apponebantur. Apud Eunuchos enim ac mulieres, infantes pueroſque educatos, docet Plato lib. III. de Legibus: διεφθαρμένην δὲ παιδείαν ὑπὸ τῆς λεγομένης εὐδαι-

μονίας τὴν Μηδικὴν παιδεύειν ὑπὸ γυναικῶν τε καὶ εὐνούχων παιδευθέντας αὐτοῦ τοῖς υἱέας. Dio Chryſoſtom.Orat. xxxi. Perſas, ait, μέχρι πολλοῦ τρέφεσθαι ὑπό τε γυναικῶν καὶ εὐνούχων τῶν πρεσβυτέρων. παῖδας δὲ μετὰ παίδων, καὶ μειράκια μετὰ μειρακίων μὴ πάνυ θαμίζειν. Pueros quoque Eunuchis in diſciplinam rectius quam aliis tradi, Bagoas apud Lucianum in Eunucho ita contendit: καίτοι καὶ ἐτόλμα προσθεῖναι ὁ Βαγώας τουτονί, ὡς πολὺ ἐπιτηδειότερος Εὐνοῦχος τοῖς νέοις διδάσκαλος, οὐδὲ διαβολήν τινα πρὸς αὐτοῖς ἐνδέξασθαι δυνάμενος, οὐδὲ τὸ Σωκράτους ἐκεῖνο ἔγκλημα παθεῖν ἄν, ὡς διαφθείρων τὰ μειράκια.

Iam vt reliqua Perſicarum deliciarum genera exſequar, Muſicæ expertes Perſas non fuiſſe conſtat. Muſicæ quoque, non virilis modo, ſed & muliebris voluptate captos deliniтóſque illos, documento ſunt, quæ de Muſurgis libro ſuperiore diximus. Nam, vt Macrobius lib.ii.in ſomn. Scipionis, cap.iii. ait, *ideo in hac vita omnis anima Muſicis ſonis capitur (vt non ſolum qui ſunt habitu cultiores, verum vniuerſas quoque Barbaras nationes, cantus, quibus vel ad ardorem virtutis animentur, vel ad mollitiem voluptatis reſoluantur, exerceant) quia in corpus defert memoriam Muſicæ, cuius in cælo fuit conſcia.* Carmina certe quædam, patrio more, & in Deorum & in Regum laudes, ceciniſſe Perſas, teſtatur Strabo lib.xv. de Magiſtris enim Perſarum loquens ait: καὶ μέλεσι χρεὶς καὶ μετ' ᾠδῆς, ἔργα θεῶν τε καὶ τῶν ἀρίστων ἀναδιδόντες. Athenæus lib.xiiii. τὸ παλαιὸν γὰρ καὶ τὴν ἡρώων τὰς πράξεις καὶ τῶν θεῶν τοὺς ὕμνους δι' ᾠδῆς ἐποιοῦντο, vt ex Homero docet: & mox ſubiicit, τὸ δὲ ἔθος τοῦτο καὶ παρὰ τοῖς βαρβάροις ἐσώζετο. ὥς φησι Δίνων ἐν τοῖς Περσικοῖς. Zoſimus lib.iii. ἐπέστησαι παρὰ πᾶσαν ἐλπίδα, τοῖς Πέρσαις, ᾄσματα λέγουσιν ἐπιχώρια, τὴν μὲν τοῦ σφῶν βασιλέως ἀνδρείαν ὑμνοῦντα, διαβάλλοντα δὲ τὴν τοῦ Ρωμαίων βασιλέως ἀνέφικτον ἐπιχείρησιν· ῥᾷον γὰρ ἔφασκον αὐτὸν τὴν τοῦ Διὸς αἱρήσειν αὐλὴν ἢ τὸ φρούριον. Euſtathius in Dionyſ. περιήγησιν. λέγεται δὲ Περσική τις εἶναι ᾠδή, ἧς τὰς ἀφελείας ξ' διαριθμοῦνται.

Sane Perſæ vix vllum vnquam pedibus iter conficiebant, ſed vel in equis ſedentes, vel curru vecti: Proinde Ageſilaus, quemadmodum in eius Encomio Xenophon ſcribit, Perſas captiuos nudos, & ſub corona venire iuſſit: vt milites eorum corpora intuerentur, tum candida, quia nun-

quam exuerentur; tum pinguia & mollia, διὰ τὸ ἀεὶ ἐπ' ὀχημάτων εἶναι.

Nec vero mollitiei aut deliciarum gratia, illo itineris labore, ſuperſedebant: ſed hoc bonis moribus iam inde à priſcis temporibus introductum erat: vt enim adſidua equitatione optimi equites euaderent Perſæ, non facile eorum quiſquam pedeſter, aliquo excurrens vel proficiſcens videbatur, ſed ſemper in equo ſedens. Verum poſtea corruptis moribus, verſa res in luxum. Equos enim, vt mollius illis inſiderent, plurima ſtragula veſte, inſternebant: atque adeo plura ſtrata equis quam lectis iniiciebant. Vtrumque Xenophon lib. VIII. παιδ. ita ſcribit: πρόσθεν μὲν ἐπιχώριον αὐτοῖς μὴ ὁρᾶσθαι πεζῇ πορευομένοις, οὐκ ἄλλου τινὸς ἕνεκα, ἢ τοῦ ὡς ἱππικωτάτους γίγνεσθαι· νῦν δὲ στρώματα πλείω ἔχουσιν ἐπὶ τῶν ἵππων ἢ ἐπὶ τῶν εὐνῶν· οὐ γὰρ τῆς ἱππείας οὕτως ὥσπερ τοῦ μαλακῶς καθῆσθαι ἐπιμέλονται.

Perſicæ quoque mulieres & lecticis, & carruchis, quas proprio ac ſpeciali nomine HARMAMAXAS vocant, vehebantur. Maximus Tyrius Sermone XXXIIII. θαυμάζεις πάρεσιν Μηδικὴν, καὶ τράπεζαν βαρβαρικὴν, καὶ Ἁρμάμαξαν Περσικήν. Xenophon lib. III. παιδ. ἀναβάντες ἐπὶ τὰς Ἁρμαμάξας σὺν ταῖς γυναιξίν. Item lib. VII. παιδ. ἐνθεμένη εἰς τὴν ἁρμάμαξαν ἐν ᾗ περ αὐτὴ ὠχεῖτο. Et alias, ὁ ἄρχεις τῶν Ἁρμαμαξῶν. Cuiuſmodi HARMAMAXAS mulis iungi ſolitas, ex Cteſiæ fragmentis colligimus. Opertis autem, non patentibus lecticis, geſtatas, ita vt, haud vllas corporis partes cuiquam conſpiciendas præberent, Diodorus libro XVI. ſignificat, cum de Perſicis mulieribus loquens, ait, αἳ ἄγουσι γυναῖκας. ἐπ' ἀπήναις πολυτελέσι μόνις κατακομιζόμεναι, καὶ γυμνὸν μέρος τοῦ σώματος οὐδὲν φαίνουσαι. Has vero lecticas pretioſis tapetibus veliſque ornatas & conſtratas fuiſſe, indicat idem Diodor. lib. XI. in quo eas, πολυτελέσι παραπετάσμασι κεκοσμημένας, memorat. ſed & ἁρμάτων πολυχρύσων quibus Perſicæ mulieres vehebantur, idem Diodor. Sicul. lib. XVII. mentionem facit.

Perſæ porro, cum luxuria diffluerent, delicateque ac molliter viuerent, molliter quoque cubare, quo dulciores ſomnos caperent, ſtudebant. Idque ſtratorum & culcitarum

mollitie conſequebantur. Argumento eſt illa Cyri ad eos Oratio libro quinto, παραγ. γράμματα δὲ νομίζετε οὐχ ὁπόσα περὶ βάτα φύσει ἀλλ' ὁπόσα φρύγανα ὄρη τε καὶ πεδία ἀνίησι. Idem lib. VI. παραγ. γραμμάτων δὲ ἐνδεηθέντες, μὴ δείσητε ὡς οὐχ ἡδέως καθευδήσοντες.

Opulentiam vtique Perſarum in ſupellectili & inſtrumento ædium, potius quam in nummis poſitam fuiſſe, Strabo libro quinto ſcribit. Cenſebant enim vaſa & aliam ſupellectilem ex auro & argento, περὶ τὰς δωρεὰς κεχαρισμένα, μᾶλλον, καὶ πρὸς κειμηλίων ἀπόθεσιν· τὸ δὲ νόμισμα τὸ περὶ τὰς χρείας ἀρκοῦν, ἱκανὸν εἶναι κόπτειν δὲ πάλιν τὸ ταῖς ἀναλώμασι σύμμετρον.

Fictilibus vero vſos apud Perſas, eos quos ignominia Reges notarent, Athenæus libro XI. ex Cteſia, ita ſcribit, καὶ γὰρ Κτησίας παρὰ Πέρσαις φησὶν, ὃν ἂν βασιλεὺς ἀτιμώσῃ, κεραμίοις χρῆται.

Hortos etiam diligenter Perſæ colebant, agrique non exiguum modum, ſeptis claudebant, vt planum fit ex his quæ libro ſuperiore de Paradiſis diximus. Xenophon Pharnabazi Prætorium deſcribens, inter cætera quæ in eo conſpiciebantur, ait, καὶ θῆραι, αἱ μὲν ἐν περιειργασμένοις παραδείσοις, αἱ δὲ καὶ ἀναπεπταμένοις τόποις, πάγκαλαι. Apud eundem Cyrus iunior παραδείσους καὶ δένδρων καὶ θηρίων μεστοὺς ſibi à patre relictos ait, in quibus delectabatur. Quibus accedere velim, hæc Zoſimi, ex libro tertio verba: Παραγίνεται δὲ καὶ εἰς περίβολον ὃν βασιλέως θήραν ἐκάλουν. ἦν δέ τι τειχίον, χωρίον ἀπειληφὸς ἔνδον πολὺ, δένδρεσι πεφυτευμένον παντοδαποῖς. ἐν τούτῳ θηρίων παντοίων ἐναπολαβόμενα γένη, τροφῆς τε οὐκ ἠποροῦντο, διὰ τὸ καὶ ταύτην ἐπεισάγεσθαι· καὶ παρεῖχον τῷ βασιλεῖ τὰς θήρας, ἡνίκα ἂν βουληθείη, ῥᾳστώνην. Apud Xenophon. libro VIII. Hæc Cyrus Satrapis, κτᾶσθε δὲ καὶ Παραδείσους, καὶ θηρία, τρέφετε. In illis vero ſeptis, arbores tam pomiferas frugiferaſque, quam infructuoſas, & præter vmbram nihil daturas, conſerebant ac ponebant.

Sed nec contenti arboribus quæ ad opacandas deambulationes geſtationesve, paruulis diffuſæ ramis, latas præbebant ſpatiantibus vmbras: præterea etiam ſibi manu facto opere, Vmbracula parabant: quo ſuccederent in æſtu,

tempore meridiano. Cuius rei auctorem habeo Xenophontem lib. VIII. παιδ. ἐν γε μὴν τῷ θέρει οὐχ ἀρκοῦσιν αὐτοῖς οὔθ᾽ αἱ τῶν δένδρων, οὔθ᾽ αἱ τῶν πετρῶν σκιαὶ ἀλλ᾽ ἐν ταύταις ἑτέρας σκιὰς (ſeu σκιάδας) ἄνθρωποι μηχανώμενοι αὐτοῖς παρεστᾶσι,

Viſicarum quoque inſtituendarum curam geſiſſe Perſas, ex eo apparet quod Athenæus lib. I. in Damaſco Syriæ vrbe etiam vinum naſci adfirmat; quia ibi Perſæ vineta conſeuerint, vineaſque poſuerint. Perſas quoque inter eos qui vites ſeuerunt, numerat Maxim. Tyr. Sermo. XI.

Perſas αὐτουργοὺς fuiſſe ab initio, artificiiſque pluribus ſeſe exercuiſſe, Xenophon lib. VII. παιδ. ſcribit. Poſtea vero, inuecta in Perſidem luxuria, & quod plerique omnes ad rem militarem animum appellerent, Opifices omnes, & qui in ſordida arte verſabantur, viles & abiecti, & nullo pene loco haberi cœpere. Herodotus libro II. ὁρέων καὶ Θρήϊκας, καὶ Σκύθας, καὶ Πέρσας καὶ Λυδοὺς, καὶ σχεδὸν πάντας τοὺς βαρβάρους, ἀποτιμοτέρους τῶν ἄλλων ἡγημένους πολιητέων τοὺς τὰς τέχνας μανθάνοντας, καὶ τοὺς ἐκγόνους τούτων. τοὺς δὲ ἀπαλλαγμένους τῶν χειρωναξιέων, γενναίους νομίζοντας εἶναι, καὶ μάλιστα τοὺς ἐς τὸν πόλεμον ἀνειμένους. Nec ea propter tamen ad victum cultumque corporis neceſſariæ artes illiberales iacuerunt: quinimmo, vt ex Xenophontis Oeconomico patet; non agriculturam modo, ſed & artificia omnia accurate Præſides prouinciarum, vrbibuſque & arcibus præfecti, tueri ſolebant. Ergo omnis generis opificum numero affluentem Perſidem, nulla vel ad neceſſarios vſus, vel ad voluptates comparandas, Opificia deſideraſſe, conſtat. Erant vtique apud Perſas Geruli, humeris onera portantes, quos illi, patria lingua Gangabas vocabant, quemadmodum Curtius libro tertio, ſcribit.

Nunc de reliquis Perſarum moribus dicam. Enimuero Perſæ ſibi inuicem occurrentes, ſalutem vltro citroque dicere non ſolebant, ſed ſalutis vice, ſibi mutuo oſcula ferebant: & quidem ſi pares erant, ore ſe oſculabantur: ſin alter paulo inferior, ei genas deoſculandas præbebat is qui dignitate, vel generis nobilitate antecellebat. Infimæ vero ſortis Perſa, vbi caſu in aliquem honeſtiore loco natum honoratumque incidebat, cum ille procumbens venera-

batur: Herodotus libro primo Ἐντυγχάνοντες δὲ ἀλλήλοισι ἐν τῇσι ἐδδῖσι, τῷδε ἄν τις διαγνοίη εἰ ὅμοιοί εἰσι οἱ ἐντυγχάνοντες. ἀντὶ γὰρ τοῦ προσαγορεύειν ἀλλήλους, φιλέουσι τοῖσι στόμασι. ἢν δὲ ᾖ οὕτερος ὑποδεέστερος ὀλίγῳ, τὰς παρειὰς φιλέονται. ἢν δὲ πολλῷ ᾖ οὕτερος ἀγεννέστερος, προσπίπτων προσκυνέει τὸν ἕτερον. Strabo li. xv. τῶν δὲ κατὰ τὰς ὁδοὺς συναντώντων, τοὺς μὲν γνωρίμους καὶ ἰσοτίμους φιλοῦσι προσιόντας, τοῖς δὲ ταπεινοτέροις παραβάλλουσι τὴν γνάθον, καὶ δέχονται ταύτῃ τὸ φίλημα. οἱ δ' ἔτι ταπεινότεροι, προσκυνοῦσι μόνον. At non idem Indis mos. Non enim illi quēquam, ſummo licet dignitatis gradu poſitum, adorabant, quod non interponerem, niſi in ea re ſomnum Strabonis interpreti Latino obrepſiſſe animaduertiſſem, qui adoratos ab Indis Reges ac proceres tradit: contra euidentem auctoris mentem, quæ ſe verbis ſuis perſpicue prodit: ea ſic habent, τῶν δὲ περὶ τῆς Ἰνδικῆς λεγομένων, καὶ τοῦτ' ἐστιν, ὅτι ἀντὶ τοῦ προσκυνεῖν, προσεύχεσθαι τοῖς βασιλεῦσι, καὶ πᾶσι τοῖς ἐν ἐξουσίᾳ καὶ ὑπεροχῇ, νόμος. Enimuero, quod ad oris oſculum attinet, Xenoph. in lib. de Ageſilai laudibus ἐπιχώριον ait fuiſſe Perſis φιλεῖν οὓς ἂν τιμῶσιν. Ibidemque ex hoc more, Ageſilao Pharnabazum in congreſſu, oſculi cauſa os admouiſſe refert: illum vero reſpuiſſe, cum nouum videretur.

Sed & Perſæ, oſculo dimittere & proſequi abeuntes Cognatos, eoſdemque reuerſos oſculo excipere ſolebant: quod Xenophon libro I. παιδ. docet his verbis, λέγεται ὅτι Κῦρος ἀπῄει, καὶ ἀπηλλάττοντο ἀπ' ἀλλήλων. τοὺς συγγενεῖς φιλοῦντας τὸν Κῦρον τῷ στόματι, ἀποπέμπεσθαι αὐτὸν νόμῳ Περσικῷ· (καὶ γὰρ νῦν ἔτι τοῦτο ποιοῦσι Πέρσαι) ἄνδρα δή τινα τῶν Μήδων, μάλα καλὸν κἀγαθὸν ὄντα. ἐκπεπλῆχθαι πολὺν δὴ χρόνον ἐπὶ τῷ κάλλει τοῦ Κύρου· ἡνίκα δὲ ἑώρα τοὺς συγγενεῖς φιλοῦντας αὐτὸν, ὑπολειφθῆναι. Apud Medos vero non idem obſeruatum, teſtimonio eſt quod ibidem Xenophon refert, cum fuiſſet oſculo exceptus à Cyro, rei nouitate perculſum, interrogaſſe, ἦ καὶ ἐν Πέρσαις νόμος ἐστὶν οὗτος, συγγενεῖς φιλεῖν; μάλιστα, φάναι, ὅταν γε ἴδωσιν ἀλλήλους διὰ χρόνου, ἢ ἀπίωσί ποι ἀπ' ἀλλήλων. Præcipua autem obſeruantia Perſæ colebant eos qui vicinas ædes inhabitabant. Vicinum enim illi in proxima amicitiæ parte ſtatuentes, edocti vſu quam ſit πῆμα κακὸς γείτων, primas proximis, ſecundas tribuebant iis qui à

primis proximi; atque deinceps progredientes, quo viciniores, hoc, arctiori neceſſitudinis vinculo iunctos exiſtimabant. Minimo autem eos qui ſedes à ſe remotiſſimas incolebant, honore proſequi & adficere ſolebant. Nam cum ſeipſos omnium hominum longe præſtantiſſimos eſſe crederent: ceteros, prout propius habitabant, virtute præſtare, at qui ab illis longiſſimo interuallo diſiuncti erant, deterrimos eſſe cenſebant. Verba Herodoti quæ hoc ipſum docent libro 1. extant huiuſmodi, τιμῶσι δὲ ἐκ πάντων τοὺς ἄγχιστα ἑωϋτῶν οἰκέοντας, μετά γε ἑωϋτούς· δεύτερα δὲ, τοὺς δευτέρους· μετὰ δὲ, κατὰ λόγον προβαίνοντες τιμῶσι. ἥκιστα δὲ τοὺς ἑωϋτῶν ἑκαστάτω οἰκημένους ἐν τιμῇ ἄγονται· νομίζοντες ἑωϋτοὺς εἶναι ἀνθρώπων μακρῷ τὰ πάντα ἀρίστους· τοὺς δὲ ἄλλους κατὰ λόγον τῷ λεγομένῳ τῆς ἀρετῆς ἀντέχεσθαι τοὺς δὲ ἑκαστάτω οἰκέοντας ἀπ' ἑωϋτῶν, κακίστους εἶναι.

Eorum vtique qui Lepra vitiligineve laborarent, conſuetudinem, conuictum, conſortiumque vitabant, eoſque aditu omni ciuitatium prohibebant: quod id hominum genus Soli inuiſum eſſe crederent, eiuſmodique illis morbos immiſſos, quod Solem offendiſſent. Quinetiam peregrinum eo vitio infectum finibus ſuis pellebant. Herodotus libro primo, ὃς ἂν δὲ τῶν ἀστῶν λέπρην ἢ λεύκην ἔχει, ἐς πόλιν οὗτος οὐ κατέρχεται, οὐδὲ συμμίσγεται τοῖσι ἄλλοισι Πέρσῃσι. φασὶ δέ μιν ἐς τὸν ἥλιον ἁμαρτόντα τι, ταῦτ' ἔχειν. ξεῖνον δὲ πάντα τὸν λαμβανόμενον ὑπὸ τουτέων, πολλοὶ ἐξελαύνουσι ἐκ τῆς χώρης· καὶ τὰς λευκὰς περιστερὰς, τὴν αὐτὴν αἰτίην ἐπιφέροντες. Leproſos autem (Perſica lingua PISAGAS vocatos) eorumque colloquium defugiſſe omnes, & huiuſmodi morbi ſimulatione Megabyzum euaſiſſe, fugaque ſalutem quæſiiſſe, Cteſias in Perſicis ita refert: ὁ δὲ Μεγάβυζος πέντε διατρίψας ἐν γῇ ἐξορίᾳ ἔτη, ἀποδιδράσκει. ὑποκριθεὶς τὸν Πισάγαν. Πισάγας δὲ λέγεται παρὰ Πέρσαις ὁ λεπρὸς, καὶ ἔστι πᾶσιν ἀπρόσιτος. Sed an huc reſpexerit Heſychius, cum ſcribit, Κάρβανος καὶ Περσαῖοι, οἱ ἀλφὸν ἢ λέπραν ἔχοντες· Ἕλληνες δὲ, τοὺς βαρβάρους οἱ δὲ, τοὺς Κᾶρας, aliorum iudicium eſto.

. Ceterum, adunco naſo homines amabant Perſæ, propterea quod Cyrus Rex, quem ſummopere dilexerant, eo formæ habitu fuiſſet. Plutarchus in Politic. Πέρσαι δ' ὅτι γρυπὸς

ἦν

ἦν Κῦρος. ἔτι καὶ νῦν ἐρῶσι τῶν γρυπῶν, καὶ καλλίστους ὑπολαμβάνουσι. Idem in Apophthegmat. Πέρσαι τῶν γρυπῶν ἐρῶσι, καὶ καλλίστους ὑπολαμβάνουσι, διὰ τὸ Κῦρον, ἀγαπηθέντα μάλιστα τῶν βασιλέων, γεγονέναι γρυπὸν τὸ εἶδος. Cyrum enim γρυπὸν fuiſſe Xenoph. lib. VIII. παιδ. oſtendit.

Perſæ autem innato ſibi liberalitatis ſtudio, beatius eſſe ducentes, beneficium dare, quam accipere, ad largiendum, quam accipiendum, proniores erant. Thucidid. libro II. de Odryſis, Κατεστήσαντο γὰρ τοὐναντίον τῆς τῶν Περσῶν βασιλείας τὸν νόμον, ὄντα μὲν καὶ τοῖς ἄλλοις Θρᾳξί, λαμβάνειν μᾶλλον ἢ διδόναι· καὶ αἴσχιον ἦν, αἰτηθέντα μὴ δοῦναι, ἢ αἰτήσαντα μὴ τυχεῖν. additque ſcholiaſtes, οἱ γὰρ Πέρσαι, παρέχουσι μᾶλλον ἤπερ παρὰ τῶν ἄλλων λαμβάνουσι· οἱ δὲ Θρᾷκες, τοὐναντίον· καὶ οὐκ ἦν τι πρᾶξαι παρ᾽ αὐτοῖς τὸν μὴ παρέχοντα χρήματα· ὥσπερ καὶ νῦν ἐν Ῥωμαίοις.

Iam Veneficij crimen frequens fuiſſe inter Perſas argumento eſt quod Xenophon, priſcis temporibus, herbarum vires didiciſſe Perſas ſcribit, vt à noxiis cauerent, ſalutaria conquirerent, νῦν δὲ, ait, ἐοίκασι ταῦτα διδασκομένοις ὅπως ὅτι πλεῖστα κακοποιῶσιν· οὐδαμοῦ γοῦν πλείους ἢ ἐκεῖ οὔτε ἀποθνήσκουσιν, οὔτε διαφθείρονται ὑπὸ φαρμάκων. Ac plane, quam fuerint in venenis miſcendis, tegendis celandisque ingenioſi & induſtrij Perſæ, Statiræ (quæ Artaxerxis Mnemonis coniux fuit), exitus docet. Licet enim inſidias à ſocru Paryſatide ſtrui ſciens, diligentiſſime ſibi ab ea caueret, nulla tamen diligentia prouidentiaque conſequi potuit, quominus tandem veneno, quod illa miro artificio parauerat, necaretur. Molita vero nurui ſuæ necem Paryſatis dicitur hoc modo: Cultello, cuius pars veneno illita, pars altera intacta relicta erat, auiculam in epulis appoſitam, in duas partes ſecuit: & ipſa quidem eius auiculæ partem ea gladij parte quæ veneno carebat, ſectam ſibi ſumpſit comeditque: reliquam vero partem quam venenata gladij pars contigerat, Statiræ porrexit, quæ nihil fraudis ſubeſſe ſuſpicans, deglutire cunctata non eſt: eoque modo veneno interempta eſt: quam hiſtoriam Cteſias in Perſicis, & ex eo Plutarchus in Artaxerxe, referunt. Cteſiæ verba in anguſtum Photius contraxit. ait enim lib. XXIII. Perſicorum Cteſiæ, narrari Statiræ ἀναίρεσιν διὰ φαρμάκου, τοῦτον διασκευ-

ἀσθέντος τὸν τρόπον· (ἐφυλάττετο γὰρ Στάτειρα λίαν μὴ παθεῖν ὃ πέπονθε) μαχαιρίῳ τὸ ἓν μέρος ἐπαλείφεται τῷ φαρμάκῳ· τὸ δὲ λοιπὸν, οὐ μετεῖχε τούτῳ. τέμνεται ὀρνίθιον μικρὸν, μέγεθος ὅσον ᾠοῦ. (ῥυνδάκην Πέρσαι τὸ ὀρνίθιον καλοῦσι) τέμνεται δὲ δίχα· καὶ τὸ μὲν καθαρεῦον τοῦ ἰοῦ ἥμισυ, αὐτὴ λαβοῦσα Παρύσατις ἐσθίει· τὸ δὲ προσομιλῆσαν τῷ φαρμάκῳ, ὀρέγει Σταπείρᾳ. ἡ δὲ ἐπεὶ ἐσθίουσαν τὴν ἐπιδοῦσαν ἑώρα τὸ ἥμισυ, μηδὲν συνιδεῖν δυνηθεῖσα, καὶ αὐτὴ συνεσθίει τοῦ θανάτου τὸ φάρμακον. Plutarch. in Artaxerxe, de Paryſatidis & Statiræ iurgiis & contentionibus agens, ἐκ δὲ τῆς (ait) πρόσθεν ὑποψίας καὶ διαφορᾶς ἀρξάμεναι πάλιν εἰς τὸ αὐτὸ φοιτᾶν, καὶ συνδειπνεῖν ἀλλήλαις, ὅμως τῷ δεδιέναι καὶ φυλάττεσθαι, τοῖς αὐτοῖς σιτίοις καὶ ἀπὸ τῶν αὐτῶν ἐχρῶντο. γίνεται δὲ μικρὸν ἐν Πέρσαις ὀρνίθιον, ᾧ περιττώματος οὐδέν ἐστιν, ἀλλ' ὅλον διάπλεων πιμελῆς τὰ ἐντός· ᾗ καὶ νομίζουσιν ἀνέμῳ καὶ δρόσῳ τρέφεσθαι τὸ ζῷον· ὀνομάζεται δὲ ῥυντάκης. τοῦτο φησὶν ὁ Κτησίας μικρᾷ μαχαιρίδι, κεχρισμένῃ τῷ φαρμάκῳ κατὰ θάτερα, τὴν Παρύσατιν διαιροῦσαν, ἐκμάξαι τῷ ἑτέρῳ μέρει τὸ φάρμακον· καὶ τὸ μὲν ἄχραντον καὶ καθαρὸν, εἰς τὸ στόμα βαλοῦσαν, αὐτὴν ἐσθίειν· δοῦναι δὲ τῇ Στατείρᾳ πεφαρμαγμένον. ὁ δὲ Δείνων, οὐ τὴν Παρύσατιν, ἀλλὰ τὸν Μελάνταν τέμνοντα τῷ μαχαιρίῳ τὰ φαρμασσόμενα τῶν κρεῶν, παραθεῖναι κατὰ τὴν Στάτειραν. ἀποθνήσκουσα γοῦν ἡ γυνὴ μετὰ πόνων μεγάλων καὶ σπαραγμῶν, αὐτή τε συνῃσθάνετο τοῦ κακοῦ, καὶ βασιλεῖ παρεῖχεν ὑποψίαν κατὰ τῆς μητρός.

Sed iam tempus eſt, ad Veſtitum Perſicum accedere. Perſæ Tiara caput tegebant, initio à Semiramide orto, quemadmodum Iuſtinus libro primo ſcribit. Pollux libro, VIII. Onomaſt. cap. XIII. inter Perſica, Τιάραν numerat: ἣν, ait, καὶ Κυρβασίαν καὶ Κίδαριν, καὶ Πῖλον καλοῦσι. Dionyſius Halicarnaſſ. lib. II. de Saliis, καὶ τοὺς καλουμένους ἄπικας ἐπικείμενοι ταῖς κεφαλαῖς, πίλους ὑψηλοὺς εἰς σχῆμα συναγομένους κωνοειδὲς, οὓς Ἕλληνες προσαγορεύουσι Κυρβασίας. Perſas autem omnes Tiaras geſtaſſe, & ab eo potiſſimum capitis tegumento, inter reliquas gentes adgnitos, oſtendit Anacreon his verſibus:

Καὶ Παρθίους τις ἄνδρας
Ἐγνώρισεν Τιάραις.

Cimon vtique, cum aliquot naues Perſicas cepiſſet, iis milites impoſuit: quorum capita, Tiaris, vt præ ſe ſpeciem Perſicorum militum ferrent, texit, in-

ſigniaque his Perſarum aptauit:eoque dolo Perſas, nec ſic opinantes,oppreſſit,quemadmodum Diodor.Sicul.lib.xi. narrat.Herodotus certe lib.iii.Perſarum capita adeo fragilia fuiſſe narrans, vt ea perforare quis vel ſolo lapilli ictu poſſet:in cauſa eſſe ait,quod à teneris, capita operire aſſueſcerent,Pilea Tiarasque geſtantes. τοῖσι δὲ Πέρσῃσι, ait, ὅτι ἀσθενέας φορέουσι, αἴτιον τόδε, σκιητροφέουσι ἐξ ἀρχῆς, πίλους Τιάρας τε φορέοντες. Tiaram namque Πῖλον vocari, Pollux libro vii.Onomaſti. cap. vii. ſcribit. Suidas etiam in verbo Κάνδυς, hæc ex vetuſto quopiam auctore citat, ἀποδυσάντες δὲ τὸν Κάνδυν, καὶ τὰς Αναξυρίδας ἐξελκύσαντες, καὶ τὸν Πῖλον ἀφελόντες. Vnde & Strabo libro xv. Tiaram, πίλημα appellat. Ideoque Perſarum ſucceſſores Parthos, *Pileatos*, Martial. Epigr.xxii.lib.x.vocat.Vulgus autem Perſarum, Strabo li. xv.tradit,in capite geſtaſſe πίλημα πυργωτὸν, vel, vt ibidem ait, ῥάκος σινδόνιόν τι περὶ τῇ κεφαλῇ: at Principes viros, Τιάρας παραπλησίας ταῖς τῶν Μάγων. Procerum ergo Tiaras,haud abſimiles fuiſſe Magorum Tiaris, ait. Magorum autem Tiaras,Bucculas habuiſſe,& ad labra vſque demiſſas, idem Strabo,eodem libro docet.de Magis enim loquens,ait, Τιάρας περικείμενοι πιλωτὰς, καθειμένας ἑκατέρωθεν, μέχρι τοῦ καλύπτειν τὰ χείλη, καὶ τὰς παραγναθίδας. Infulis vero, & filis pendentibus, Tiaras inſtructas fuiſſe, indicio eſt quod Ammian.Marcellin.libro trigenteſimo, de Artaxerxe ſcribit, *Tiaras,ad vicem capitum,quibusdam noxius amputabat: & ne ſecaret aures,more Regio,pro delictis,ex Galeris,fila pendentia præcidebat.* Plane in quibusdam Numiſmatis quorum faciem nobis Hubertus Goltzius vir bono publico natus, in Faſtis magiſtratuum exhibuit,circa Triumuirorum Reip. cõſtituendæ tempora quæ in DCCXV. ab v.c.annum inciderunt, Regalis Tiaræ Perſicæ,ſeu Cidaris,figura quędam proponitur: Ea recta eſt,atque elata,ſumma ſui parte turrita:à poſteriori parte,Infulas pendentes: anteriori vero, Bucculas habet. Eius medium ambit faſcia alba ſtellulis inſignita. In Cæſaris vero Auguſti nummis, ob ſigna à Parthis recepta percuſſis,quos idem Goltzius edidit, Parthia ſuplex ſigna illa porrigere & reddere fingitur,Tiaram vulgarem & popularem geſtans in capite, Galeri forma: & Pilei quod absque

vlla oræ latitudine, æquabile ex omni parte & rotundũ erat: ac in acutum deſinens, conum flexum inclinatumq; ac paululum propendens habebat.

Salutationis autem apud Perſas indicium erat, Tiaram capiti detrahere. Euſtath. in Dionyſium de ſitu orbis, λέγεται δὲ καὶ σύμβολον εἶναι ἀσπασμοῦ παρὰ Πέρσαις, τὸ ἀφελέσθαι τὴν Τιάραν τῆς κεφαλῆς. Atque ita apud Heliodor. libro VII. hiſtor. Æthiopic. Arſaca Theagenem ſalutat. De Arſaca enim verba faciens, καὶ ἅμα, inquit, καὶ τῆς κεφαλῆς τὴν Τιάραν καθεῖλε, πολλὰ τῶν παρόντων κωλυόντων. οὕτω γὰρ πεπαίδευνται Πέρσαι τῷ τὸν ἀσπαζόμενον ἀμείβεσθαι. Tiaram etiam honoris cauſa deducere ſolebant, in eorum conſpectu quos venerabantur. Sueton. in Claudio, cap. XIII. *Precanti, Tiara deducta, diadema impoſuit.* Sic & Tigranem vbi ad Pompeium venis, capiti Cidarin detraxiſſe, eamque ad pedes Pompeij demittere conatum, Plutarchus in Pompeio, refert his verbis: ὡς πρὸς αὐτὸν ἦλθε τὸν Πομπήιον, ἀφελόμενος τὴν Κίταριν, ὥρμησε πρὸ τῶν ποδῶν θεῖναι, καὶ, καταβαλὼν ἑαυτὸν αἴσχιστα δὴ πάντων, προσπεσεῖν αὐτοῦ τοῖς γόνασιν. ἀλλ' ὁ Πομπήιος ἔφθη, τῆς δεξιᾶς αὐτοῦ λαβόμενος, προσαγαγέσθαι, καὶ πλησίον ἑαυτοῦ ἱδρύσασθαι. Quę Cicero paucis cõplexus eſt, Oratio. pro Sextio, in hunc modum: *Hunc* (Tigranem videlicet) *Pompeius cum in ſuis Caſtris ſupplicem abiectumque vidiſſet, erexit: atque inſigne* Regium, *quod ille de ſuo capite abiecerat, repoſuit, & certis rebus imperatis, regnare iuſsit.* Sublatum quoq; capiti Diadema Tyridatem imagini Neronis ſubieciſſe, Tacitus libro XV. Annal. narrat. Verum ad reliquum Perſarum veſtitum progrediamur: cuius τρυφὴν & πολυτέλειαν Theſſalos æmulatos, Athenæus lib. XIIII. tradit: eamq; illis cauſam fuiſſe, Perſas in Græciam inducendi.

Perſas, veſte longa, laxa, fluitantique, indutos fuiſſe, vſu eius à Medis accepto, pro certo adfirmare non dubito. cuius rei ſi ab ſtirpe vſque exquiratur auctoritas, ad Semiramidem recurram, quæ prima, genus hoc veſtis prodidiſſe fertur, ob eam quam Diodorus patefaciet cauſam: è cuius libro II. verba hæc quæ ſequuntur prompſi: ὁρῶσα μὲν οὖν πολλῶν ἡμερῶν ὁδὸν μέλλουσα διαπορεύεσθαι, στολὴν ἐπραγματεύσατο, δι' ἧς οὐκ ἦν διαγνῶναι τὸν περιβεβλημένον πότερον ἀνήρ ἐστιν ἢ γυνή.

αὕτη δ' ἦν εὔχρηστος αὐτῇ περί τε τὰς ἐν τοῖς καύμασιν ὁδοιπορίας, εἰς τὸ διατηρῆσαι τὴν τοῦ σώματος χρῶτα. καὶ τὸ σύνολον, τοιαύτη τις ἐπῆν αὐτῇ χάρις, ὥσθ' ὕστερον Μήδους ἡγησαμένους τῆς Ἀσίας, φορεῖν τὴν Σεμιράμιδος στολὴν, καὶ μετὰ ταῦτα ὁμοίως Πέρσας. Eandemque cauſam cur hoc potiſſimum veſtis genus Cyro placuerit, Xenophon lib. VIII. παιδ. adfert: στολήν τε γοῦν εἵλετο τὴν Μηδικὴν αὐτός τε φορεῖν, καὶ τοὺς κοινῶνας ταύτην ἔπεισεν ἐνδύεσθαι. αὕτη γὰρ αὐτῷ συγκρύπτειν ἐδόκει εἴ τις τι ἐν τῷ σώματι ἐνδεὲς ἔχοι, καὶ καλλίστους καὶ μεγίστους ἐπιδεικνύειν τοὺς φοροῦντας. καὶ γὰρ τὰ ὑποδήματα τοιαῦτα ἔχουσιν ἐν οἷς μάλιστα λαθεῖν ἔστι καὶ ὑποτιθεμένους τι, ὥστε δοκεῖν μείζους. Medicam hanc veſtem, perlucidam fluidamque fuiſſe oſtendit Iuſtinus, lib. XII. de Parthis loquens in hunc modum: *Veſtis olim ſui moris; poſtea quam acceſſere opes, vt Medis, perlucida, ac fluida.* Fuiſſe quoque eiuſmodi veſtes iſtas, vt ventorum flatibus mouerentur, fluitarentque, Ammianus Marcellin. docet, qui de Perſarum veſtitu, hæc libro XXIII. ſcribit: *Indumentis pleríque eorum ita operiuntur, lumine colorum fulgentibus vario, vt licet ſinus lateraque diſſuta relinquant flatibus agitari ventorum, inter calceos tamen & verticem, nihil videatur intectum.* Vnde facile cuiuis innoteſcet, cur laxum Perſarum amictum Manilius dixerit, Aſtronomic. lib. IIII. his verſibus, *Et Syriæ gentes & laxo Perſis amictu Veſtibus ipſa ſuis hærens.* Medicas vero veſtes non vnius generis fuiſſe, docet Xenophon lib. VIII. his verbis, ἐπεὶ δὲ τοῖς κρατίστοις διέδωκε τὰς καλλίστας στολὰς, ἐξέφερε δὴ καὶ ἄλλας Μηδικάς. (παμπόλλας γὰρ παρεσκευάσατο, οὐδὲν φειδόμενος οὔτε πορφυρίδων, οὔτε ὀρφνίνων, οὔτε φοινικίδων, οὔτε καρυκίνων ἱματίων) νείμας δὲ τούτων τὸ μέρος ἑκάστῳ τῶν ἡγεμόνων, ἐκέλευσεν αὐτοὺς τούτοις κοσμεῖν τοὺς αὐτῶν φίλους, &c.

Medica ergo Perſarum veſtis, erat ſtola ſerica. Quod veſtis genus, muliebre magis quam virile Romæ ſemper eſt habitum: nec enim aliis quam Matronis, ad talos ſtolam demiſſam, conuenire. Viriſque talarem & ποδήρη veſtem indecoram, Romani cenſuerunt. Itaque Seruius in VIII. Æneid. ad hæc verba, *diſcinctos Mulciber Afros*, hæc adnotat, *vel habitum eorum oſtendit, qui vſque ad Talos fluebat. quod Plautus in Pœnulo ridet, dicens, Quæ eſt illa Auis? cum Afrum vidiſſet veſtem demiſſam trahentem.*

Interiorem etiam Tunicam Perſæ geſtabant, quam CANDYN vocabant. Suidas cum Heſychio, Κάνδυς, χιτὼν περσικός. Similiterque, inter propria Perſarum veſtimenta, Κάνδυς numeratur à Polluce lib. VII. cap. XIII. Philoſtrat. in Heroic. imagine Themiſtoclis transfugæ ad Perſas, οὐκ ἄξιοι ἐπαίρεσθαι ζωγράφος, εἰ Τιάραν καλῶς μεμίμηται, ἢ Καλάσιριν, ἢ Κάνδυν. Et Regium quidem CANDYN, ἁλιπόρφυρον fuiſſe, Pollux tradit: cuiuſmodi CANDYN, licet ἐσχισμένον, non licuiſſe priuato induere, Plutarchus in Artaxerxe, de Tyribaſo agens, docet. Procerum vero Candys purpureus erat: reliquorum, ſcorteus. hoc enim ſignificant Pollucis lib. VII. cap. XIII. verba hæc: ὁ δὲ Κάνδυς, ὁ μὲν βασίλειος, ἁλιπόρφυρος· ὁ δὲ τῶν ἄλλων, πορφυροῦς· ἔστι δ᾽ ὅτε καὶ ἐκ δερμάτων. Ac plane ſcorteam fuiſſe Perſarum veſtem, ex eo apparet, quod Sardanis Lydus expeditionem, aduerſus Perſas, quam Crœſus animo agitabat, diſſuadens, Perſas vocat ἄνδρας οἳ σκυτίνας μὲν ἀναξυρίδας, σκυτίνην δὲ τὴν ἄλλην ἐσθῆτα φορέουσι.

CANDYS vtique, quemadmodum Pollux, lib. VII. cap. XIII. tradit, χειριδωτὸς ἦν χιτὼν, κατὰ τοὺς ὤμους ἐναπτόμενος. Vnde apparet, Tunicas iſtas Perſicas, manulcatas fuiſſe, manicaſque habuiſſe, vt lib. I. diximus. A Medis autem, inter alia, ad Perſas manaſſe πορφυροῦς χιτῶνας, καὶ τοὺς Κάνδυς, Xenophon lib. I. παιδ. ſcribit. Perſarum enim, ante Medos ſubactos, vilia indumenta fuiſſe, Herodot. lib. I. & Xenophon lib. II. παιδ. teſtes ſunt. Poſtquam vero, Medis adempto Imperio, rerum potiti ſunt; à moribus antiquis deſciuerunt, & in eorum quos vicerant voluptatis caſtra transfugerũt, vt Strabo libro decimoquinto, ſcribit. Eoq; modo, vt ſcite quidam in diſſimili argumento cecinit, *Victores ſuos natio victa preſſit.* Quod & Romanis poſt Antiochum victum accidiſſe, Liuius lib. XXXIX. ſcribit. Luxuriæ enim peregrinæ originem in vrbem a deuictis gentibus inuectam, illic narrat. Verum aliquam inter principum virorum, & vulgi, Tunicas, differentiam interceſſiſſe, Strabo lib.. XV. tradit his verbis. ἐσθὴς δὲ, τοῖς ἡγεμόσι μὲν, χιτὼν χειριδωτὸς διπλοῦς, ἕως γόνατος ὁ ὑπενδύτης μὲν, λευκός. ἄνθινος δ᾽ ὁ ἐπάνω. ἱμάτιον, θέρους μὲν, πορφυροῦν ἢ ἄνθινον· χειμῶνος δ᾽, ἄνθινον. τοῖς δὲ πολλοῖς χιτὼν ἕως μεσοκνημίων, καὶ διπλοῦς. CANDYM autem,

etiam ab Ariſtophane in Veſpis Καυνάκην appellari, Pollux lib. VII. cap. XIII. notat. Perſicam etiam quandam Tunicam chiridotam, Καπύρην appellatam, idem ibidem adiicit. Præterea, eodem capite, ὁ δὲ, ait, Σαράγης, Μήδων τι φόρημα, πορφυροῦς, μεσόλευκος χιτών. Quarum duarum vocum, ſecundum auctorem, βεβαιωτὴν que nullum habeo. ac plane, quod ad poſtremam attinet, mendoſam eſſe ſcripturam, mihi facile perſuaſerim. apud Heſychium enim inuenio, Σάραπις, Περσικὸς χιτὼν μεσόλευκος: citatque hæc Cteſiæ, καὶ διαῤῥήξαμένη τὸν Σάραπιν, καὶ τὰς τρίχας καθειμένη, ἐτίλλετό τε καὶ βοὴν ἐποίει. ex quibus Cteſiæ verbis colligitur, tam virile quam muliebre hoc veſtis genus fuiſſe. Vſurparat & hanc vocem Democritus Epheſ. lib. I. de Epheſi phano; cuius verba, non minus ad Perſarum, quam Ionum in veſtitu luxum pertinentia, ſubiicere non grauabor: nec vero longa eſſe, quibus nihil eſt quod demere poſſis, iure quiſquam queri poterit: τὰ δὲ τῶν Ἰώνων, ait, ἰοβαφῆ καὶ πορφυρᾶ, καὶ κρόκινα ῥόμβοις ὑφαντά· αἱ δὲ κεφαλαὶ, κατ' ἴσα διειλημμέναι ζώοις, καὶ Σαράπεις μήλινοι καὶ πορφυροῖ, καὶ λευκοί· οἱ δὲ, ἁλουργεῖς· καὶ καλασίρεις κορινθιουργεῖς. εἰσὶ δὲ αἱ μὲν, πορφυραῖ τούτων· αἱ δὲ, ἰοβαφεῖς· αἱ δὲ, ὑάκινθοι. λάβοι δ' ἄν τις καὶ φλογίνας καὶ θαλασσοειδεῖς. ὑπάρχουσι δὲ καὶ Περσικαὶ καλασίρεις, αἵπερ εἰσὶ κάλλισται πασῶν. ἴδοι δ' ἄν τις φησὶ καὶ τὰς καλουμένας Ακταίας· ὅπερ ἐστὶ καὶ πολυτελέστατον ἐν τοῖς Περσικοῖς περιβλήμασι. ἔστι δὲ τοῦτο σταθμητὸν, ἰσχύος καὶ κουφότητος χάριν. καταπέπλασται δὲ χρυσοῖς κέγχροις. οἱ δὲ κέγχροι, νήματι πορφυρῷ πάντες εἰς τὸ εἴσω μοῖραν ἅμματ' ἔχουσιν ἀνὰ μέσον. Verum quas Democritus, Perſicas; Pollux, Ægyptias Calaſires facit, lib. VII. c. XVI. his verbis: Ἐκ δὲ λίνου, λινοῦς χιτὼν ὃν Ἀθηναῖοι ἐφόρουν ποδήρη, καὶ αὖθις Ἴωνες. Καλάσιρις χιτὼν θυσανωτὸς Αἰγύπτιος. Quod & Ariſtophanis Interpres confirmat, ad ea Ὀρνίθων verba, Ὁπόσοι νυν ἐν δ' ὀφθαλμίᾳ. Ait enim, ὁ δὲ Καλάσιρις, χιτὼν πλατύσημος. φησὶ δὲ Κηφισόδημος, ὅτι Αἰγυπτίων ἡ λέξις. Heſych. Καλάσιρις, χιτὼν πλατύσημος· ἢ μονοχιτὼν καὶ ἱππικὸς χιτών. ἔνιοι δὲ λινοῦν καὶ ποδηρῆ χιτώνιον. μέμνηται Ἀριστοφάνης Θεσμοφοριαζούσαις. Vnde emenda Suidam, apud quem Καλάσιρις χιτὼν πλατύς. οὕτως Αἰγύπτιοι. Sed vox quædam ex illo Democriti loco reſonans, adhuc meo gradu remoram facit. Nec enim Ακταίας veſtes ſilentio præ-

teruehi me, eximium earum pretium patitur: de quibus Euſtathij in lib. I. Odyſſ. obſeruationem adſcribam. ὡς δὲ, ait, θάλασσα, οὐ μόνον στοιχειακὸν ὄνομα ἦν, ἀλλὰ καὶ ἱματίου περισουφαίνετο, δῆλον ἐκ τοῦ εἰπόντος, πορφύρας περιβολὰς, καὶ ἰοβαφεῖς, καὶ ὑακινθίνας, καὶ φλογίνας, καὶ θαλασσοειδεῖς. ἴσως δὲ, καὶ ἀπὸ ἀκτῆς θαλασσίας, παρώνυμον ἦν τι φόρημα, ὡς δηλοῖ ὁ γράψας τὸ, Φοροῦντες δὲ καὶ Ακταίας, ἔστι δὲ φασὶ, τοῦτο ἀναθητὸν, ἰχθύος καὶ κυφότητος χάριν. εἰ μή που, ἐκ τοῦ ἄγω, τὸ κλῶ, ἡ εἰρημένη Ακταία, γίνεται· κατακλῶνται γὰρ τὰ ἀναθώμενα. Heſychius autem ἀκταῖον interpretatur παραθαλάσσιον.

Eandemque, *Thalaſſinam*, forte dixit Lucretius lib. IIII. hoc verſu, *teriturque Thalaſſina veſtis Aſſidue, & Veneris ſudorem exercita potat.*

Variam autem & Verſicolorem veſtem, quæque vario colorum genere fulgeret, Perſis placuiſſe, oſtendit Ammianus, illo quem nuper laudaui, loco, indumenta Perſarum *lumine colorum vario fulſiſſe* narrans: quod clare comprobat Æliani. lib. V. de Animalib. cap. XXI. de Pauone loquens hoc modo, δεικνὺς φιλοπόνως τὸ τῆς πτερώσεως πολύμορφον, ὑπὲρ τὴν τῶν Μήδων ἐσθῆτα, καὶ τὰ Περσῶν ποικίλματα, τὴν ἑαυτοῦ στολὴν ἐπιδεικνύμενος. Tertullianus lib. de habitu muliebri cap. VIII. de Parthis & Medis diſſerens, *Proinde & veſtium de coloribus honorem ſerui eorum ferant.* Perſas etiam χρώμασι πεποικιλμένας veſtes geſtaſſe, indicat Diodor. Sic. lib. VI. *Auro ac purpura diſtinctas* Perſarum *Veſtes*, Curtius lib. III. inter reliquam Damaſco exportatam prædam, memorat.

Eaque ratione crediderim Senecam in ludo de morte Claudij, dixiſſe, *Pictaque Medi Terga fugacis*, quod nimirum Medorum amicula verſicoloria eſſent. Illam enim Triumphalem veſtem, *quæ Toga Picta* nomen obtinuit, Halicarnaſ. lib. III. πορφυρᾶν ἐσθῆτα ποικίλην vocat. idemque ποικίλοις ἀλουργίσιν indutos Triumphantes ait. Ibidemque Hetruſcos, Regi Tarquinio, hæc quibus Reges ſuos ornare conſueuerant, inſignia attuliſſe refert: χιτῶνα πορφυροῦν χρυσόσημον, καὶ περιβόλαιον πορφυροῦν ποικίλον, οἷα Λυδῶν τε καὶ Περσῶν ἐφόρουν οἱ βασιλεῖς. Eodem etiam ſenſu, *Pictam Togam*, apud Propert. Eleg. IIII. lib. IIII. *Picta Strata*, apud Ouid. lib. VIII. Metamorphoſ. *Picta Tapeta*, apud Virgil.

Virgil. lib. VII. Æneid. accipere debemus. Cuiuſmodi veſtium luxum reprehendens Clemens Alexandrin. παιδαγωγ. lib. II. cap. X. τά τε χρυσῷ πεποιημένα, καὶ τὰ ἀλουργοβαφῆ. καὶ ζώων τε παρεσπαρμένον γέ τι τρύφημα τοῦτο· τόν τε μυροβαφῆ ἐκεῖνον χρυσωτὸν, καὶ τῶν ὑμένων τῶν περιόπτων τὰ πολυτελῆ καὶ ποικιλαιμάτα ἔχοντα. Pollux lib. VII. cap. XIII. ὁ δὲ κατάστικτος, χιτὼν ἐστιν, ὁ ἔχων ζῷα ἢ ἄνθη ἐνυφασμένα. καὶ ζωωτὸς δὲ χιτὼν ἐκαλεῖτο καὶ ζωδιωτός. Pantheam etiam viro in malitiam proficiſcenti dediſſe, χιτῶνα πορφυροῦν ποδήρη στολιδωτὸν τὰ κάτω, καὶ λόφον ὑακινθινοβαφῆ, Xenophon lib. VI. παιδ. narrat, id eſt tunicam quæ rugas & ſinus habebat. Στολίδες enim, vnde Στολιδωτῶν nomen manat, Pollux lib. VII. interpretatur τὰς ἐξεπίτηδες ὑπὸ δεσμοῦ γιγνομένας κατὰ τέλη τοῖς χιτῶσιν ἐπιπτυχάς, μάλιστα ἐπὶ λινῶν χιτωνίσκων.

Erat & Perſicæ veſtis genus CAVNACES. Ariſtophanes Veſpis, Οἱ μὲν καλοῦσι Περσίδ'· οἱ δὲ, Καυνάκην: ad quem verſum Scholiaſtes, Καυνάκης δὲ, χλαῖνα Περσικὴ ἀλεεινὴ, παρὰ τὸ ἀλεαίνεσθαι· ὁ δὲ Παλαμήδης φησὶν, Καυνάκης, ἐστὶ Περσικὸν ἱμάτιον ἔχον ἐκ τοῦ ἑτέρου μέρους μαλλούς· ἄλλως, Καυνάκης εἶδος ἱματίου ὅπερ καὶ Περσίδα καλοῦσιν. Quæ poſtrema verba, Suidas inde exſcripſit. Pollux lib. VII. Onomaſt. cap. XIII. Βαβυλωνίων δ' ἐστὶ Καυνάκης. Vnde Arrianum lib. VI. in eo quem lib. ſuperiore adduxi loco, vbi Καυάκας πορφυροῦς legitur, Καυνάκας ſcripſiſſe veriſimile eſt. Perſicas vero mulieres non fuiſſe Μονοχίτωνας, nec vlla ſui corporis parte nudas, aperte Diod. Sic. lib. XVII. πάθος δὲ ἦν δεινότατον περὶ τὰς αἰχμαλωτιζομένας γυναῖκας. αἱ γὰρ πρότερον, διὰ τρυφὴν, ἐπ' ἀπήναις πολυτελέσι μόλις κατακομιζόμεναι, καὶ γυμνὸν μέρος τοῦ σώματος οὐδὲν φαίνουσαι, τότε μονοχίτωνες, καὶ τὰς ἐσθῆτας περιρρήττουσαι, μετ' ὀδυρμῶν ἐκ τῶν σκηνῶν ἐξεπήδων, ἐπιβοώμεναι θεούς.

Perſæ etiam manus aduerſus frigora & aeris iniurias, Manicis ac Chirothecis muniebant. Xenoph. lib. VIII. παιδ. ἀλλὰ μὴν καὶ ἐν τῷ χειμῶνι οὐ μόνον κεφαλὴν καὶ σῶμα καὶ πόδας ἀρκεῖ αὐτοῖς ἐσκεπάσθαι, ἀλλὰ καὶ περὶ ἄκραις ταῖς χερσὶ χειρῖδας δασείας καὶ δακτυλήθρας ἔχουσιν.

Nec brachia tantum, ſed & crura, Perſæ velamentis tegebant, ex Semiramidis inſtituto, vt Iuſtinus lib. I. ſcribit.

Cuiuſmodi Crurum velamenta, Ἀναξυρίδας à Græcis vocari à Latinis Braccas, & Feminalia, iam notauimus. Vnde inter ea quæ τῶν Περσῶν ἴδια eſſe Pollux ait, Ἀναξυρίδας recenſet. Σκυτίνας autem (id eſt, ſcorteas) primum fuiſſe Perſarum Braccas, Herodotus lib. I. tradit. Poſtea, increſcente inualeſcenteque luxu, purpureis, ianthinis, coccineis, & aliis id genus Braccis vti cœpere. Perſæ ergo non ſubligaculis modo, aut Campeſtribus, pudenda velabant, ſed & crura ipſa ac tibias, Braccis ad genua vſque pertingentibus tegebant.

Mulieres vero latis & fimbriatis Zonis cinctas fuiſſe Scholiaſtes Æſchyli in Perſis tradit. Ideo enim βαθυζώνους Περσίδας ab Æſchylo appellatas tradit, διὰ τὸ Κροσσωτὰς ζώνας ἔχειν, id eſt, zonas fimbriis ſeu villis prætextas. Heſych. namque Κροσσοὺς eſſe dicit τὰ κάτω τῶν ἱματίων τὰ ῥαμματώδη & alias, Κροσσούς, τὰ κατώτατα τῶν ἱματίων. Suidæ vero Κροσσός, eſt ὁ μαλλός.

Poſtremum in veſtitu Perſico locum Calcei obtinent. Suum autem ac proprium gens Perſarum calceamentum habuit. Strabo lib. XV. ὑπόδημα eos habuiſſe κοῖλον, διπλοῦν, refert. Clemens Alexandr. lib. II. παιδαγωγ. cap. XI. χαίρειν οὖν ἐατέον τὰς ἐπιχρύσους καὶ διαλίθους τῶν σανδαλίων ματαιοτεχνίας, καὶ κρηπῖδας Ἀττικάς, καὶ τὰς Σικυωνίας, καὶ τοὺς κοθόρνους· Περσικάς τε καὶ Τυῤῥηνικάς. Vilibus autem ſoccis aut crepidis calceatos, ab initio, Perſas fuiſſe, omnes conſentiunt. Itaque Περσικὰς vilis calceamenti genus definit Stephanus de vrbibus, & muliebre fuiſſe videri, ita ait, Περσικαί, εἶδος εὐτελοῦς ὑποδήματος. ἔοικε δὲ γυναικεῖον εἶναι. Euſtath. in Dionyſ. de Situ orbis, αἱ παρονομαζόμεναι αὐτοῖς Περσικαὶ ἐμβάδες, ὥς τινες φασίν, ὑπόδημα εὐτελὲς ἦν. Heſychius, Περσικαί, εὐτελῆ ὑποδήματα. Suidas, Περσικαί, ὅτι Περσικαί εἰσι μὲν δένδρα· ἔστι δὲ καὶ ὑποδήματος εἶδος γυναικείου. quæ ille ſumpſit ex Scholiaſte Ariſtoph. Νεφέλαις.

Præter illum, quem recenſuimus, Veſtitum, etiam alia Perſæ ornamenta habebant. Nam & Torques collo, & Armillas brachiis geſtaſſe, ex his quæ libro ſuperiore diximus patet. Ac plane Xenophon lib. I. his quæ Perſæ à Medis mutuati ſunt adnumerat, στρεπτοὺς περὶ τῇ δέρῃ, καὶ τὰ ψέλλια

περὶ ταῖν χεροῖν. Nobiliores etiam Perſas geſtaſſe. Στρεπτοὺς περὶ τῷ τραχήλῳ, καὶ ψέλλια ἐπὶ τῶν χειρῶν, Xenophon lib. 1. Ἀναβάσ. ſcribit. Sed & inter ea quæ Panthea Abradatæ marito dona obtulit, καὶ περιβραχιόνια, καὶ ψέλλια πλατέα περὶ τοὺς καρποὺς τῶν χειρῶν, Xenophon lib. VI. παιδ. recenſet. Ammian. Marcellin. lib. XXIIII. *Armillis vti, monilibuſque aureis, & gemmis, præcipue Margaritis, quibus maxime abundant, adſuefacti, poſt Indiam victam & Crœſum.* Armillæ ergo, vt & Monilia non ex auro tantum erant, ſed ex gemmis, lapillis, Margaritis. Chares Mitylenæus lib. VII. de rebus ab Alexandro geſtis, referente Athenæo lib. III. Dipnoſophiſtar. de Margaritis loquens: Κατασκευάζουσι δ' ἐξ αὐτῶν ὁρμίσκους τε καὶ ψέλλια περὶ τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας, περὶ ἃ σπουδάζουσιν οἱ Πέρσαι καὶ Μῆδοι, καὶ πάντες Ἀσιανοί, πολὺ μᾶλλον τῶν ἐκ χρυσίου γεγενημένων. Vnde apparet Margaritas perforaſſe Perſas, vt pertuſis in linea vterentur. Ceterum quem alij Στρεπτὸν, auctor lib. III. Eſdræ cap. III. Μανιάκην περὶ τὸν τράχηλον vocat. Suidas μανιάκης ὁ περιαυχένιος κόσμος, citatque hæc vetuſti cuiuſdam auctoris verba, quæ forte de Parthis ſcripta erant, Μανιάκαις καὶ περιχείροις ἦσαν κεκοσμημένοι.

Quemadmodum autem Romæ Bullis aureis inſignitos fuiſſe prætextatos nemo neſcit, ita de Perſis, κοσμοῦνται δὲ οἱ παῖδες χρυσῷ, ait Strabo lib. XV.

In auribus etiam vſos Perſas ſupra docui. Diodorus Sic. lib. VI. de Inſulanis quibuſdam, Ἐκ δὲ τῶν ὤτων, παραπλησίως τοῖς Πέρσαις, ἐξηρτημένους κρίκους· ὑποδέσεσι δὲ κοιναῖς χρῶνται, καὶ τοῖς χρώμασι πεποικιλμένοις περιεργότερον. Huius rei gratia aures forare ſolebant: quod Lydis in more poſitum fuiſſe, Xenoph. lib. III. Ἀναβάσ. ita ſcribit: Ἐπεὶ ἐγὼ αὐτοῦ εἶδον, ὥσπερ Λυδῶν, ἀμφότερα τὰ ὦτα τετρυπημένα. Eodemque modo, Afros aureis foratas habuiſſe, ex Ciceronis loco quodam patet. Nam cum Octauius *qui natu nobilis videbatur, Ciceroni recitanti dixiſſet, Non audio quæ dicis, ille reſpondit: Certe ſolebas bene foratas habere aures.* Auctor eſt Macrobius lib. VII. Saturnalior. cap. III. qui hoc eo dictum fuiſſe ait, quia *Octauius Libys oriundus dicebatur, quibus mos eſt aurem forare.*

Perſis autem Gemmas & lapillos cordi fuiſſe, teſtatur Athenæus lib. III. qui ex Androſthenis lib. 1. τοῦ τῆς Ἰνδικῆς

παράπλου. Margarita apud Perſas ingenti pretio comparata ita ſcribit: γίνονται δὲ πορφύρα τε, καὶ ὀστρέων πολὺ πλῆθος τῶν λοιπῶν· ἐν δὲ ἴδιον, ὃ καλοῦσιν ἐκεῖνοι βέρβερι· ἐξ οὗ ἡ μαργαρίτης λίθος γίνεται. αὕτη δὲ ἐστὶ πολυτελὴς κατὰ τὴν Ἀσίαν, καὶ πωλεῖται περὶ Πέρσας τε καὶ τοὺς ἄνω τόπους, πρὸς χρυσίον.

Inter eos vero lapillos qui in Perſide in pretio erant, Ceraunium Plin. lib. XXXVII. cap. IX. numerat, *Parthorum*, vt ibidem ait, *Magis quæſitam, quoniam non aliubi inuenitur, quam in loco fulmine icto: Proximum Ceraunia nomen apud eos habet, quæ appellatur Iris.* Idem cap. ſequenti, *Arizoen neceſſariam fuiſſe Magis, Regem conſtituentibus. Zoroniſion*, etiam *Magorum gemmam* eſſe, *narrari*, ſcribit. Ibidemque, *Telicardios*, ait, *colore cordis, Perſis, apud quos gignitur, magnopere delectat: Maculamque appellant.*

Perſas autem crinitos & comatos fuiſſe, Herodot. lib. VI. indicat, qui Κομήτας eos, vocat. Eaque ratione βαθυχαιτήεντες appellantur in Epitaphio Æſchyli, quod Athenæus lib. XIIII. refert, i. denſa coma capillati. Perſæ etiam adſcititias capiti comas adcommodare, à Medis didicerunt, vt Xenophon lib. I. παιδ. docet. Inter ea enim quæ à Medis originem ducunt numerat κόμας προσθέτους. Plutarchus in Craſſo, de Surena, μηδικώτερον, ait, ἐσκευασμένος ἐντρίμμασι προσώπου, καὶ κόμης διακρίσει, τῶν ἄλλων Πάρθων ἔτι σκυθικῶς ἐπὶ τὸ φοβερὸν τῶν ἀνασίλλων κομώντων, vel (vt eſt apud Appianum in Parthicis) ἀνασιλλοκομώντων.

Perſas etiam faciem pigmentis fucaſſe, idque à Medis arripuiſſe, Xenoph. lib. I. παιδ. docet. Ex Medorum enim luxu, in Perſidem manaſſe ὀφθαλμῶν ὑπογραφὴν χρώματος ἔντριψιν, ibidem ait. Ea ſiquidem, vt ſubiicit, νόμιμα ἦν ἐν Μήδοις. Xenoph. lib. VIII. παιδ. de Cyro, ὑπογράφεσθαι δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς προσῄετο, ὡς εὐοφθαλμότεροι φαίνοιντο ἢ εἰσί· καὶ ἐντρίβεσθαι, ὡς εὐχροώτεροι ὁρῷντο ἢ πεφύκασιν. Perſicæ autem mulieres formæ & pulchritudinis præſtantia, à veteribus commendantur, Xenophon Ἀναβάσ. lib. III. καὶ Μήδων δὲ καὶ Περσῶν καλαῖς καὶ μεγάλαις γυναιξὶ καὶ παρθένοις ὁμιλεῖν. Plutarchus in Alexandro, τὰς δὲ ἄλλας αἰχμαλώτους ὁρῶν ὁ Ἀλέξανδρος κάλλει καὶ μεγέθει διαφερούσας, ἔλεγε παίζων, ὡς εἰσὶν ἀλγηδόνες ὀμμάτων αἱ Περσίδες. Ammianus Marcellin. lib. XXIII. *Ex virginibus*

*autem, quæ ſpecioſæ ſunt captæ, vt in Perſide, vbi feminarũ pulchritudo excellit, nec contrectare aliquam voluit, nec videri.*

Porro Perſicæ mulieres in ſummo mærore & luctu, Veſtes ſcindere, crineſque lacerare ſolebant. Indicat Diodorus Sicul. lib. XVII. vbi, poſt Darium victum, mulieres, τὰς ἐσθῆτας περιρρηττούσας, μετ' ὀδυρμῶν, ἐκ τῶν σκηνῶν exceſſiſſe refert. Curtius lib. III. *Ingens circa eam nobilium feminarum turba conſtiterat, laceratis crinibus, abſciſſaque veſte, priſtini decoris immemores Reginas.*

Idemque confirmatur Cteſiæ verbis, quæ ab Heſychio, in voce Σαράπις laudantur. Idem quoque, mæſtitiæ ſuæ, planctuſque documentum, viros dediſſe, teſtatur Herodotus lib. III. Πέρσαι δ', ὡς τὸν βασιλέα εἶδον ἀνακλαύσαντα, πάντες τά τε ἐσθῆτος ἐχόμενα εἶχον, ταῦτα κατηρείκοντό τε, καὶ οἰμωγῇ ἀφθόνῳ διεχρέωντο. idem lib. VIII. ἡ μὲν δὴ πρώτη ἐς Σοῦσα ἀγγελίη ἀπικομένη, ὡς ἔχοι Ἀθήνας Ξέρξης, ἔτερψε οὕτω δή τι Περσέων τοὺς ὑπολειφθέντας, ὡς τάς τε ὁδοὺς μυρσίνῃσι πάσας ἐστόρεσαν, καὶ ἐθυμίων θυμιήματα, καὶ αὐτοὶ ἦσαν ἐν θυσίῃσί τε καὶ εὐπαθίῃσι. Curtius lib. V. *poſt hanc vocem ſpado, gemitu, non modo tabernaculum, ſed etiam caſtra compleuit. Irrupere deinde alij, laceratisque veſtibus, lugubri & Barbaro vlulatu,* Regem deplorare cœperunt. Apud eundem libro quarto Spado Dario nuntium mortis vxoris ſuæ attuliſſe, gemens, veſte lacerata, eoque habitu in Tabernaculum Regis perductus eſſe, dicitur. Lugubria etiam induebant qui lugebant. Etenim πένθιμον ἐσθῆτα ſumpſiſſe mulierem Perſicam, narrat Diod. libro vndecimo, Curtius libro decimo, *Ad Darij quoque matrem celeriter perlata eſt. Abſciſſa ergo veſte qua induta erat, lugubrem ſumſit, laceratisque crinibus humi corpus abiecit.* Et alias eodem libro, *Perſæ comis ſuo more detonſis, in lugubri veſte cum coniugibus ac liberis, non vt victorem & modo hoſtem, ſed vt gentis ſuæ iuſtiſſimum Regem, vero deſiderio lugebant.*

Perſas quoque ob Maſiſtij, qui in acie Platæenſi, turmas equitum ducebat, cædem, præ luctu, & ſeipſos, & equos & iumenta totondiſſe, refert Herod. libro. IX. πένθος ἐποιήσαντο Μασιστίου πᾶσα ἡ στρατιὴ καὶ Μαρδόνιος μέγιστον, σφέας τε αὐτοὺς κείροντες, καὶ τοὺς ἵππους καὶ τὰ ὑποζύγια, οἰμωγῇ τε χρεώμενοι ἀπλέτῳ. Plutarch. in Ariſtide, ἐγράφη δὲ τοῦ κατορθώματος τὸ

μέγεθος τοῖς Ἕλλησιν, οὐκ ἀπὸ τῆς νεκρῶν τοῦ πλήθους· ὀλίγοι γὰρ οἱ πεσόντες ἦσαν· ἀλλὰ τῷ πένθει τῶν βαρβάρων. καὶ γὰρ ἑαυτοὺς ἔκειρον ἐπὶ τῷ Μασιστίῳ καὶ ἵππους, καὶ ἡμιόνους, οἰμωγῆς τε καὶ κλαυθμοῦ τὸ πεδίον ἐπίμπλασαν. Sic & poſt Hephæſtionis obitum, pro luctus argumento, Alexandrum Equos & Mulos tonderi, inſuper etiam propugnacula murorum euertiiuſſiſſe, Plutarchus in eiuſdem principis vita, ſcribit his verbis; οὐδενὶ λογισμῷ τὸ πάθος Ἀλέξανδρος ὑπέσχεν, ἀλλ' εὐθὺς μὲν ἵππους τε κεῖραι πάντας ἐπὶ πένθει, καὶ ἡμιόνους ἐκέλευσεν, καὶ τῶν πέριξ πόλεων ἀφεῖλεν τὰς ἐπάλξεις. Cuiuſmodi Barbaricos luctus ridens Cicero, li. III. Tuſculanar. quæſt. *hinc ille* (ait) *Agamemnon Homericus, & idem Accianus, ſcindens identidem inconſam comam: in quo facetum illud Bionis, perinde ſtultiſsimum Regem in luctu capillum ſibi euellere, quaſi caluitio mœror leuaretur.*

Mulieres autem non aliud magis in contumeliam accepiſſe, quam lanæ admouere manus, Curtius lib. III. teſtis eſt.

Ceterum, quod ad iudiciorum Perſicorum formam & ordinem attinet, vix quidquam habeo quod addam ad ea quæ & ſuperiore & hoc ipſo libro, iam diximus. Inde enim, vti iudicia, ſiue in pecuniariis ſiue in capitalibus cauſis redderentur, coniiciendi cuique poteſtatem facio. Cyrum conſtituiſſe, vt res controuerſiæque omnes ad Iudices deferrentur, nec ſibi cuiuſquam in re ſua Ius diceret Xenophon lib. VIII. παιδ. ita ſcribit, ὥστε νόμον κατεστήσατο ὁ Κῦρος, ὅτῳ διακρίσεως δέοιτο, εἴτε δίκῃ εἴτε ἀγωνίσματι, τοὺς δεομένους διακρίσεως συντρέχειν τοῖς κριταῖς. Tantum adiiciam Ammiani Marcellini de Perſicis Iudicibus libro XXIII. locum: *Ad iudicandum autem,* ait ille, *vſu rerum ſpectati deſtinantur, & integri, parum alienis conſiliis indigêtes. Vnde noſtram conſuetudinem rident, quæ interdum facundos, iuriſque publici peritiſsimos, poſt indoctorum collocat terga.*

Rei quidem, apud Perſas, in carcerem & vincula publica coniiciebantur. Et ita, Cteſias, multos coniurationis & conſpirationis aduerſus principem initæ reos, in carcerem coniectos, narrat. Q. Curt. libr. VI. *Otridates erat nobilis Perſes, à Dario capitali ſupplicio deſtinatus cohibebatur in vinculis.* Sic & Manem εἰς φυλακὴν & cuſtodiam coniectum & δέσμιον fuiſſe,

Epiphan.lib.II.cap.de Manichæis, Cyrillus Catech.VII.narrant: & quod è carcere euaſiſſet, Δεσμοφύλακας condemnatos, ibidem Cyrill.refert. In vinculis vero & aureis & argenteis interdum habitos reos, indicio eſt Crœſus à Cyro compedibus aureis vinctus, vt memorat Auſonius in Ludo ſeptem ſapientum, his verſibus:

*Vinctumque pedicis aureis ſecum iubet,*
*Reliquum quod eſſet vitæ, totum digeret.*

Ammian. libro XXVII. de Sapore Perſarum Rege, *captum*, ait, *Regem ipſum Arſacem, adhibitumque in conuiuium, iuſſit ad latentem trahi poſticam: eumque effoſſis oculis, vinctum catenis argenteis (quod apud eos honoratis, vanum ſupplicium, æſtimatur eſſe ſolatium) exterminauit ad caſtellum Agalanæ nomine.* Quo ſpectauit Tertullianus libro de habitu muliebri capite ſeptimo, cum ait, *Apud Barbaros quoſdam, quia vernaculum eſt aurum & copioſum, aureo vinctos, in ergaſtulis habent, & diuitiis malos onerant, tanto locupletiores quanto nocentiores: aliquando re vera inuentum eſt quomodo & aurum non ametur.* Aureis quoque compedibus, apud Æthiopas, vinctos reos, Herodot. libr. tertio, refert.

Fuiſſe vero poſtremis temporibus apud Perſas carcerem, cui Lethe nomen impoſitum, in quem nullus niſi capitali ſupplicio deſtinatus coniiciebatur, Procopius li. primo de Bello Perſic. ita ſcribit: οἱ δὲ, κτεῖναι ἄνδρα βασιλείου αἵματος, οὐδ' ὅλως ἔγνωσαν· ἀλλ' ἐν φρουρίῳ καθεῖρξαι, ὅπερ τῆς Λήθης καλεῖν νενομίκασιν. ἢν γὰρ τις ἐνταῦθα ἐμβληθεὶς τύχῃ, οὐκ ἔτι νόμος σφίσι μνήμην αὐτοῦ εἶναι· ἀλλὰ θάνατος τῷ ὀνόματι, ἡ ζημία ἐστί. διὸ δὴ καὶ τὴν ἐπωνυμίαν ταύτην πρὸς Περσῶν ἔλαχεν. ἅπαξ δὲ τῶν Ἀρμενίων ἱστορία φησὶ νόμου τοῦ ἀμφὶ τῷ Λήθης φρουρίῳ παραλελύσθαι τὴν δύναμιν Πέρσαις, τρόπῳ τοιῷδε. Hanc tamen Perſarum legem, Armenij cuiuſdam cauſa, Pacuuium Regem abrogare coactum fuiſſe, ibidem refert. Idem Procopius lib. I. de Romanis captis in prælio, δήσαντες, ait, τὸν ἅπαντα χρόνον ἐν σπηλαίῳ καθεῖρξαν.

Neminem vero indicta cauſa, aut indemnatum, capite punitum fuiſſe, teſtatur Heliodorus libro VIII. hiſtoriæ Æthiopicæ: vbi Cybele Arſacam Reginam ita affatur: πάντων γὰρ ἐν ἐξουσίᾳ σοι τυγχανούσῃ, τὸ ἀναιρεῖν δίχα κρίσεως

τῶν ἐν τέλει, Περσῶν, πρὸς τῶν νόμων ἀπηγόρευται. Ex quo loco præterea colligitur, iudicia de capite reddita, proceribus in conſilium adhibitis, & de conſilij eorum ſententia, quod & ſequentia eiuſdem auctoris verba declarant; quibus, de Charіclea agens, ait, τὴν δὲ διὰ θανάτου τιμωρίαν ὑπὸ κρίσει τῶν ἐν τέλει Περσῶν ὑφέξουσαν. & paulo poſt. τούς τε δυνάστας Περσῶν, οἳ τὸ βουλεύεσθαι ὑπὲρ τῶν κοινῶν, καὶ δικάζειν τε καὶ τιμωρίας ὁρίζειν, τὴν ἰσχὺν εἶχον, ἐπὶ τὴν κρίσιν εἰς τὴν ἑξῆς παρεκάλει.

Nunc genera Pœnarum nobis enumeranda ſunt, quibus nocentes adfici, patrio Perſarum more conſueuerant. Pœnæ vtique pro delictorum modo ſtatutæ erant. Quarum aliæ vitam adimebant, aliæ ciuitatem auferebant, aut exilium, aut coercitionem corporis continebant. Sontibus autem morti addictis, vita non vno modo adimebatur. Nam vel caput eis amputabant, vel cruci ſuffigebant, vel viuos exurebant, aut in terram defodiebant, vel pelle detracta necabant, vel lapidus obruebant. Itaque ſumma ſeu vltima ſupplicia apud Perſas, erant hæc, Decollatio, Crux, Crematio, Viui hominis ſepultura, Pellis detractio, Lapidatio: quæ ſingula exemplis vel teſtimoniis comprobanda ſunt. In primis, Capitis amputationem frequentatam in Perſide, ex Xenophonte libro VIII. παιδείας liquet. & ita, Phœnicibus caput præcidi, Xerxem iuſſiſſe, Herodotus lib. VIII. narrat, Tiſapherni etiam Regis magni iuſſu caput amputatum, Xenophon lib. III. Ἑλληνικῶν, & in Ageſilao, refert. Diodorus Siculus libr. XV. de Artaxerxe, παρέδωκε τὸν Θετταλίωνα τοῖς ὑπηρέταις, καὶ προσέταξεν ἀφελεῖν τὴν κεφαλήν. Atque hoc genere pœnæ nobiliores, & honeſto loco natos, adfici conſueuiſſe; Plebeiis vero, humiliориſque loci perſonis, non eundem honorem habitum, auctor eſt Xenoph. libr. II. Ἀναβάσ. cum de Menone loquens, ait μετὰ δὲ τὸν τῶν ἄλλων θάνατον στρατηγῶν, τιμωρηθεὶς ὑπὸ βασιλέως ἀπέθανεν, οὐχ ὥσπερ Κλέαρχος καὶ οἱ ἄλλοι στρατηγοί, ἀποτμηθέντες τὰς κεφαλάς, (ὅσπερ κάλλιστος θανάτων δοκεῖ εἶναι) ἀλλὰ ζῶν αἰκισθεὶς ἐνιαυτόν, ὡς πονηρός, λέγεται τελευτῆς τυχεῖν.

Nec tamen Gladio in eos animaduertebant, vel Securi, ſed ceruicibus caput Nouacula abſcindebant: vt ex Plutarcho

cho didici. Is enim ſumptum de Dario, ob coniurationem aduerſus Artaxerxem patrem, ſupplicium, ſic in Artaxerxis vita, narrat: τῷ δὲ Δαρείῳ μετὰ τῶν τέκνων ἀναχθέντι, καθίσας τοὺς βασιλέως δικαστὰς, οὐ παρὼν αὐτὸς, ἀλλ' ἑτέρων κατηγορησάντων, ἐκέλευσεν ὑπηρέτας, τὴν ἑκάστου γραψαμένους ἀπόφασιν, ὡς αὐτὸν ἐπανενεγκεῖν. ἀποφηναμένων δὲ πάντων ὁμοίως, καὶ καταγνόντων τοῦ Δαρείου θάνατον, οἱ μὲν ὑπηρέται συλλαβόντες αὐτὸν εἰς οἴκημα πλησίον ἀπήγαγον· ὁ δὲ δήμιος, κληθεὶς μὲν, ξυρὸν ἔχων, ᾧ τὰς κεφαλὰς ἀποτέμνουσι τῶν κολαζομένων· ἰδὼν δὲ τὸν Δαρεῖον, ἐξεπλάγη, καὶ ἀνεχώρει πρὸς τὰς θύρας ἀποβλέπων, ὡς οὐ δυνησόμενος οὐδὲ τολμήσων αὐτόχειρ γενέσθαι βασιλέως. ἔξωθεν δὲ τῶν δικαστῶν ἀπειλούντων, καὶ διακελευομένων, ἀναστρέψας καὶ τῇ ἑτέρᾳ χειρὶ δραξάμενος τῆς κόμης αὐτοῦ, καὶ κατάγων. ἀπέτεμε τῷ ξυρῷ τὸν τράχηλον.

Plerumque vero, Dextram cum Capite, Perſæ abſcindebant. Et ita qui Regi parere obtemperareque detrectaſſet, ἀποτμηθεὶς κεφαλὴν καὶ βραχίονα ἐρρίπτετο, ait Strabo lib. XV. Cyri quidem certe in bello cæſi, caput & dextram, Meſabates Eunuchus, Regis Artaxerxis iuſſu, præcidit. Xenophon libro I. Ἀναβάσ. ἐνταῦθα δὲ Κύρου ἀποτέμνεται ἡ κεφαλὴ, καὶ χεὶρ δεξιά. Plutarchus in Artaxerxe: λοιπὸς δ' ἦν τῇ Παρυσάτιδι σκοπὸς ὁ τὴν κεφαλὴν ἀποτεμὼν καὶ τὴν χεῖρα τοῦ Κύρου, Μασαβάτης ὁ βασιλέως εὐνοῦχος: ſed qui à Plutarcho Μασαβάτης, is in Cteſiæ fragmentis Βαγαπάτης appellatur, his verbis, τὰ περὶ Βαγαπάτου, τοῦ ἀποτεμόντος, προστάξει βασιλέως, τὴν κεφαλὴν ἀπὸ τοῦ σώματος Κύρου. Suidas in verbo Ξενοφῶν: Βασιλεὺς δὲ τὴν τοῦ Κύρου κεφαλὴν καὶ χεῖρα ἀποκόψας. Hoc vero Cyri caput, cum dextra ſimul, patibulo ſuffixum, Xenophon oſtendit libr. III. Ἀναβάσ. cum de Artaxerxe loquens, ait, ὃς καὶ ὁμομητρίου καὶ ὁμοπατρίου ἀδελφοῦ, καὶ τεθνηκότος ἤδη, ἀποτεμὼν τὴν κεφαλὴν καὶ τὴν χεῖρα, ἀνεσταύρωσεν. Cauſam huius dextræ amputationis hanc Cteſias adfert, quod miſſo dextra iaculo, Artaxerxem Cyrus traieciſſet. At Plutarchus hoc ſecundum legitimam iuris obſeruationem, factum, in Artaxerxe tradit, his verbis: ὡς δὲ ἐπέστη τῷ νεκρῷ, καὶ κατὰ δή τινα νόμον Περσῶν, ἡ δεξιὰ χεὶρ ἀπεκόπη καὶ ἡ κεφαλὴ τοῦ σώματος, ἐκέλευσε τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ κομισθῆναι· καὶ τῆς κόμης δραξάμενος οὔσης βαθείας καὶ λασίας, ἐπεδείκνυε τοῖς ἀμ-

φιδόξοισιν καὶ φεύγουσι. Ex hoc more, Craſſi caput cum dextra abſciſſum, ad Hyrodem Parthorum Regem, à Surena tranſmiſſum. Plutarchus in Craſſo refert.

Crucis etiam ſupplicium, apud Perſas vſu receptum fuiſſe patet, ex cap. VII. & VIII. Eſther, vbi Amanum Cruci ſuffixum & patibulo quod erat altitudine L. cubitorum, refertur. Eundem Amanum ἐκ σταυροῦ κρεμασθέντα ἀποθανεῖν iuſſiſſe Artaxerxē, Ioſeph. libro vndecimo, Antiquit. cap. VI. narrat. Artaxerxes Eſdræ cap. VI. lib. I. in ſanctione edicti ſui, Ἀπ' ἐμοῦ ἐτέθη γνώμη, ὅτι πᾶς ἄνθρωπος ὃς ἀλλάξει τὸ ῥῆμα τοῦτο, καθαιρεθήσεται ξύλον ἐκ τῆς οἰκίας αὐτοῦ, καὶ ὠρθωμένος παγήσεται ἐπ' αὐτοῦ· καὶ ὁ οἶκος αὐτοῦ τὸ κατ' ἐμὲ ποιηθήσεται. Cuiuſmodi pœna etiam ſumma dignitate ac poteſtate præditi adficiebantur. Polycratem namque Samium, ab Orœte Prætore Darij in Crucem actum, Cicero lib. V. de Finib. poſt Herodotum lib. III. ſcribit. Similiterque Artaphernes Sardium Præſes, & Harpagus, Hiſtiæum Mileſium, in crucem, ſed truncato prius capite, ſuſtulerunt. Herodotus lib. ſexto, Ἀρταφέρνης τε ὁ Σαρδίων ὕπαρχος, καὶ ὁ λαβὼν Ἅρπαγος, ὡς ἀπίκετο ἀγόμενος ἐς Σάρδις, τὸ μὲν αὐτοῦ σῶμα αὐτοῦ ταύτῃ ἀνεσταύρωσαν· τὴν δὲ κεφαλὴν ταριχεύσαντες, ἀνήνεικαν παρὰ βασιλῆα Δαρεῖον ἐς Σοῦσα. In Cteſiæ quoque fragmentis à Photio collectis; breuiter de Bagapate ſtringuntur hæc, ὃν τρόπον τὸ δέρμα περιαιρεθεὶς ἀνεσταυρώθη ὑπὸ Παρυσάτιδος. Sataſpem, quod virgini, Zopyri filiæ, vitium obtuliſſet, Cruci ſuffigendum; Mater, quæ Darij ſoror erat, ea pœna (tanquam grauiorem inflictura) liberari à Xerxe impetrauit: ea lege & conditione, vt omnem ille Africæ oram circumquaque legeret; donec ad Arabicum ſinum appelleret: cui decreto vt obtemperaret, bonam partem Africæ obijt, Herculis columnas prætereuectus: ſed emenſus plurimum maris, cum eum longioris nauigationis poſt complures menſes tædium cepiſſet, inſtituto curſu derelicto, in Ægyptum remeauit: & illinc ad regem Xerxem regreſſus, cauſam cur vlterius progredi non potuiſſet, minus probabilem reddidit. Ideoque, quod iniuncto ſibi labore defunctus non eſſet, in crucem ſublatus eſt: vt Herodotus lib. IIII. narrat. Idem Herodotus libro VII. Ἀρταΰκτην ἄνδρα Πέρσην

λαβόντες Σηςοῦ ὕπαρχον, ζῶντα πρὸς σανίδα προσδιεπασσάλευσαν. Ipſum etiam Leonidæ Spartanorũ Regis, qui ad Thermopylas occubuit, truncum, & à capite auulſum corpus, in crucẽ tolli, Xerxes & Mardonius eius Prætor iuſſerunt. Herodotus lib IX. Λεωνίδεα γὰρ ἀποθανόντες ἐν Θερμοπύλῃσι Μαρδόνιός τε καὶ Ξέρξης ἀποταμόντες τὴν κεφαλὴν ἀνεςαύρωσαν: Ideoque, vt ibidem refert, cum Pauſanias, victoria, apud Platæas, eodem Mardonio cæſo, potitus eſſet, extitit Æginetã nõn infimo inter ſuos loco, qui ſuaderet, vt par pari referens, Mardonij corpus in crucem ageret: at ille reſpondit, nõ recta ſuadere eum. Etenim bonis Spartanorum moribus nõ conuenire, in mortuum ſæuire, nec in ea re, barbarorum inhumanitatem, imitari ſe velle. Denique Alexandrum in Perſide multos, ac vel Satrapas ipſos, in crucem ſuſtuliſſe, Arrianus lib. VI. & Curtius lib. IX. teſtantur.

Viuos etiam interdum exuri conſueuiſſe facinoroſos, oſtendit Cteſias, in cuius fragmentis verba hæc reperiuntur, καὶ ἐμβάλλεται εἰς τὴν σποδὸν Ἀρτύφιος καὶ Ἀρσίτης. Et alias, ἄγουσι παρὰ βασιλέα· ὁ δὲ εἰς τὴν σποδὸν ἐνέβαλλεν, Τισαφέρνῃ δοὺς τὴν Πισούθνη Σατραπείαν. Ex hoc more, Heliodorus lib. VI. I. hiſtor. Æthiopic. de Chariclea agens, ait, πυρὶ καταναλωθῆναι κατέκρινεν. ἥρπαςο οὖν αὐτίκα πρὸς τῶν δημίων, καὶ μικρὸν τοῦ τείχους ἐκτὸς ἤγετο, κήρυκος, ὅτι ἐπὶ φαρμάκοις πρὰν ἄγοιτο, συνεχῶς ἐκβοῶντος.

Præterea Pellem cutemque quandoque viuis hominibus vltimo ſupplicio damnatis, Perſæ detrahebant. Ammian. Marcellin. lib. XXIII. de Perſis agens, *cutes viuis hominibus detrahunt, particulatim, vel ſolidas.* Hujc rei argumento eſt, quod de Cambyſe Herodot. lib. V. & valer. Maxim. lib. VI. cap. IIII. narrant, eum mali cuiuſdam Iudicis ex corpore pellem detractam ſellæ intendi, in eaque filium eius iudicaturum conſidere iuſſiſſe. Meſabatem quoque Eunuchum Paryſatis, eodem modo vlta dicitur: ſic enim de ea Plutarch in Artaxerxe loquitur, λαμβάνει τὸν Μεσαβάτην· οὐ γὰρ ἦν ἐν τοῖς ὑπεξῃρημένοις, καὶ πρὶν ἐν ὑποψίᾳ βασιλέα γενέσθαι τοῦ πράγματος, ἐγχειρίσασα τοῖς ἐπὶ τῶν τιμωριῶν, προσέταξεν ἐκδεῖραι ζῶντα· καὶ τὸ μὲν σῶμα πλάγιον διὰ τριῶν ςαυρῶν ἀναπῆξαι, τὸ δὲ δέρμα χωρὶς διαπατταλεῦσαι. Et hoc Perſico ſup-

plicio adfectum Manem hæreticum Cyrillus, Catecheſi VII. de Rege Perſarum loquens, ita ſcribit: κατέκρινε. καὶ διὰ τὸν τῶν δεσμοφυλάκων φόνον, ἐκδαρῆναι τὸν Μάνην Περσικῷ νόμῳ προσέταξε· καὶ τὸ μὲν λοιπὸν σῶμα, θηρίων παραδοθῆναι βοράν· τὸ δὲ τῆς κακίστης γνώμης δοχεῖον, τὸ δέρμα, θυλάκου δίκην πρὸ τῆς πυλῶν ἀναρτηθῆναι, ὅτι ὁ παράκλητος ἑαυτὸν λέγων, &c. Theodoretus lib. I. contra hæret. cap. vlt. συλληφθεὶς ὑπὸ τοῦ βασιλέως, τὴν Περσικὴν ὑπέμεινε τιμωρίαν· καὶ τοῦ δέρματος γυμνωθεὶς, παρεδόθη κυσί. Suidas in verbo Μάνης. ὁ Περσῶν βασιλεὺς ἐξέδειρε ζῶντα, ὡς αἴτιον θανάτου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ γενόμενον.

Nudatum ergo pelle, canibus obiectum, Theodoretus ait: At Socrates, pellem eius, in vtris modum palea impletam, pro portis vrbis ſuſpenſam, ſcribit: de Mane enim agens lib. I. Eccleſiaſt. Hiſtor. cap. XXII. μαθὼν τις, ait, αὐτὸν ὁ τῶν Περσῶν βασιλεὺς ἐκεῖ διατρίβειν, ἀνάρπαστον ποιήσας, ζῶντα ἐξέδειρεν· καὶ ἀχύρων τὴν δορὰν πληρώσας, πρὸ τῆς πύλης τῆς πόλεως προσέθηκε. Eodemque modo Baſilij à Magis damnati pellem detractam, & inde culeum ſeu vtrem factum, ſuſpenſumque è procera & in eximiam altitudinem edita arborẽ, Procop. lib. I. de Bello Perſico narrat: Παχούριος δὲ, Βασιλίου μὲν τὸ δέρμα ἐκδείρας, ἀσκόν τε αὐτὸ πεποιημένος, καὶ ἀχύρων ἐμπλησάμενος ὅλον, ἀπεκρέμασεν ἐπὶ δένδρου τινὸς ὑψηλοῦ λίαν. Idem & de Nachorage ſumptũ, more maiorum, ſupplicium, Agathias libr. III. refert. Ei enim, quod ex acie exceſſiſſet, Choſroes Perſarum Rex, à ceruice, ad imos vſque pedes, pellem detrahi, ita vt pudenda ac genitalia ipſa inuerterentur: ac deinde in vtris formam compactam, è ſcopulo quodam ſuſpendi iuſſit. Et hoc vtique ſupplicij genus Hormiſdas Regis Perſarum filius conuiuis comminatus dicitur, vt Zoſimus Hiſtor. lib. I. tradit: ἀγανακτήσας ἠπείλησε, τὸν Μαρσύου μόρον αὐτοῖς ἐπιθήσειν. οἱ μὲν οὖν πλείους ἠγνόησαν τὸν λόγον, οἷα δὴ οὐκ ἐπιχώριον ὄντα· Πέρσης δέ τις ἐπιδημήσας τῇ Φρυγίᾳ καὶ τὸ κατὰ τὸν Μαρσύαν ἀκηκοὼς διήγημα, τῆς ἀπειλῆς Ὁρμίσδου τὴν ἔννοιαν τοῖς παρακαθημένοις ἐξεῖπεν.

Interdum vero, facinoris conuictos, Perſæ viuos defodiebant: idque Perſarum moribus receptum, Ariſtides, Oratione contra proditores myſteriorum, ſcribit. Quod & Perſicum ſupplicium, Herodotus libr. VII. pronuntiat, his

verbis: Ἐννέα δὲ ὁδοὺς πυνθανόμενοι τὸν χῶρον τοῦτον καλέεσθαι, τοσούτους ἐν αὐτῷ παῖδάς τε καὶ παρθένους ἀνδρῶν τῶν ἐπιχωρίων ζώοντας κατώρυσσον. Περσικὸν δὲ, τὸ ζώοντας κατορύσσειν. Idem lib. III. de Cambyſe, ἑτέρωθι δὲ Περσέων ὁμοίους τοῖσι πρώτοισι δυώδεκα, ἐπ' οὐδεμιῇ αἰτίῃ ἀξιοχρέῳ ἑλὼν, ζώοντας ἐπὶ κεφαλὴν κατώρυξε. Et hanc, Apollonidem Coum medicum, quod Amytin Xerxis ex Amyſtre filiam, Megabyſi vxorem, quam ægram curabat, malis artibus illectam violaſſet, pœnam luiſſe Cteſias refert. Nam cum Amytis moriens, Amyſtri matri vltionem mandaſſet; illa Regis Artaxerxis permiſſu, prehenſum Apollonidem viuum defodi curauit. Cteſiæ verba ſunt: ἡ δὲ, (videlicet Amyſtris hæc) λαβοῦσα, ἔδησε τὸν Ἀπολλωνίδην, δεσμοῖσι κολάζουσα· ἐπὶ δύο μῆνας (?) ἑπτὰ ζῶντα κατώρυξεν, ὅτε καὶ Ἄμυτις ἀπέθανε. Idem Cteſias alibi. ἡ δὲ Παρύσατις, τὴν τε μητέρα τοῦ Τεριτούχμεω, καὶ τοὺς ἀδελφοὺς Μητρώστην καὶ Ἥλικον, καὶ τὰς ἀδελφὰς, δύο οὔσας χωρὶς τῆς Στατείρας, ζώσας ἐκέλευσε καταχῶσαι. Huius ſupplicij formam alta obliuio ſuppreſſit: credibile tamen eſt, ſcrobem defoſſam & capite demiſſo pronos obrutos. At quo ritu Veſtales olim defoderentur, explicant Dionyſius Halicarn. lib. II. & Plutarch. in Numa: qui lucem adferunt ſubterraneo illi cubiculo: in quod demiſſam Veſtalem, Domitiani temporibus, Plinius Epiſt. XI. lib. IIII. refert.

Lapidibus quoque obrui interdum nocentes ſolebant: & ita Bagoraſus, vt Cteſias refert, προστάξει βασιλέως, λιθόλευστος ἐγένετο. Idemque paſſum Pharnacyam Eunuchum, idem Cteſias ita ſcribit, κατελεύσθη δὲ καὶ Φαρνακύας, ὁ συνανελὼν Σεκυνδιανῷ, Ξέρξην. At quod Curtius in extremo lib. VI. ait, *omnes à Nicomacho nominati, more patrio, dato ſigno, ſaxis obruti ſunt*, caue accipias, more Perſico; immo, Macedonico, vt alias eodem libro ipſemet docet, cum ait, *& ceteris quidem placebat, Macedonum more obrui ſaxis.*

Veneficos vero apud Perſas, proprio quodam ſupplicio adfectos, Plutarchus in Artaxerxe docet. De Gige enim Paryſatidis ancilla, veneficij rea, ſcribit hæc: καὶ κατέγνω θάνατον. ἀποθνήσκουσι δὲ οἱ φαρμακεῖς ἐν Πέρσαις κατὰ νόμον οὕτως. λίθος ἐστὶ πλατύς· ἐφ' οὗ τὴν κεφαλὴν καθέντες αὐτῶν, ἑτέρῳ λίθῳ παίουσι καὶ πιέζουσιν, ἄχρις οὗ συνθλάσωσι τὸ πρόσωπον καὶ τὴν κεφαλήν. ἡ οὖν

Γίγις οὕτως ἀπέθανε.

Interdum & viuos ſecabant: & ita Paryſatim iuſſiſſe, τὴν Ῥωξάνην ζῶσαν κατατεμεῖν, Cteſias Perſicis refert.

Poſtremo, noui moris ſupplicium deſcribitur ab eodem Plutarcho, in eiuſdem Artaxerxis vita, his verbis: ἐκέλευσε γοῦν τὸν Μιθριδάτην ἀποθανεῖν, σκαφευθέντα. τὸ δὲ σκαφευθῆναι, τοιοῦτόν ἐστι· σκάφας δύο πεποιημένας ἐφαρμόζειν ἀλλήλαις, λαβόντες, εἰς τὴν ἑτέραν κατακλίνουσι τὸν κολαζόμενον ὕπτιον· εἶτα τὴν ἑτέραν ἐπάγοντες καὶ συναρμόζοντες, ὥστε τὴν κεφαλὴν καὶ τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας ἔξω ἀπολαμβάνεσθαι, τὸ δὲ ἄλλο σῶμα πᾶν ἀποκεκρύφθαι, διδόασιν ἐσθίειν τῷ ἀνθρώπῳ· κἂν μὴ θέλῃ, προσβιάζονται, κεντοῦντες τὰ ὄμματα. φαγόντι δὲ, πιεῖν μέλι καὶ γάλα συγκεκραμένον ἐγχέουσιν εἰς τὸ στόμα, καὶ κατὰ τοῦ προσώπου καταχέουσιν· εἶτα πρὸς τὸν ἥλιον ἀεὶ στρέφουσιν ἐναντία τὰ ὄμματα. καὶ μυιῶν προσκαθημένων πλῆθος, πᾶν ἀποκρύπτεται τὸ πρόσωπον. ἐντὸς δὲ ποιοῦντος ὅσα ποιεῖν ἀναγκαῖόν ἐστιν ἐσθίοντας ἀνθρώπους καὶ πίνοντας, εὐλαὶ καὶ σκώληκες ὑπὸ φθορᾶς καὶ σηπεδόνος ἐκ τοῦ περιττώματος ἀναζέουσιν· ὑφ' ὧν ἀναλίσκεται τὸ σῶμα, διαδυομένων εἰς τὰ ἐντός. ὅταν γὰρ ἤδη φανερὸς ᾖ τεθνηκὼς ὁ ἄνθρωπος, ἀφαιρεθείσης τῆς ἐπάνω σκάφης, ὁρῶσι τὴν μὲν σάρκα κατεδηδεσμένην· περὶ δὲ σπλάγχνα τοιούτων θηρίων ἑσμοὺς, ἐσθιόντων καὶ προσπεφυκότων. οὕτως ὁ Μιθριδάτης ἑπτακαίδεκα ἡμέρας φθειρόμενος, μόλις ἀπέθανε. Vere ergo Ammianus Marcellin. lib. xxx. Perſarum nationem, *ſuppliciorum varietates, ſemper exercuiſſe, crudam*, ait.

Atque hæ grauioribus atrocioribuſque delictis pœnæ impoſitæ erant. Mediocribus vero, minoribuſque, leuiores irrogabantur. Nam vel exiliis ſontes mulctabant, vel aliqua corporis parte mutilabant: Naſo, puta, Auribus, Manibus, Pedibus, truncantes. Exilij Relegationisve exemplum non aliunde quam à Megabyſo petam: cui capitis pœna, in Relegationem verſa eſſe narratur à Cteſia in Perſicis, his verbis, προσέταξε (de Artaxerxe loquitur) τὴν κεφαλὴν τοῦ Μεγαβύζου ἀποτμηθῆναι. Ἀμίστρις δὲ καὶ Ἀμύτις καὶ τῶν ἄλλων τῇ παραιτήσει, τοῦ μὲν θανάτου ῥύεται. ἀνάσπαστος δὲ γίνεται εἰς τὴν ἐρυθρὰν, ἔν τινι πόλει ὀνόματι Κύρται. Aliud paris pœnæ exemplum idem Cteſias ſubiicit, inquiens, ἐξορίζεται δὲ καὶ Ἀρτοξάρης ὁ εὐνοῦχος εἰς Ἀρμενίαν, ὅτι πολλάκις ὑπὲρ Μεγαβύζου βασιλεῖ ἐπαρρησιάσατο.

Sunt qui exiſtiment nocentes, interdum in Inſulas apud Perſas, relegatos: in quem errorem eos Latinus Herodoti Interpres induxit, perperam acceptis verbis iſtis lib. VII. τὰ δὲ νησιωτικὰ ἔθνεα, τὰ ἐκ τῆς Ἐρυθρῆς θαλάσσης ἑπόμενα· Νήσων δ' ἐν τῇσι τοὺς Ἀνασπάστους καλεομένους, κατοικίζει βασιλεύς. Sed longe alia Herodoto mens fuit, qui hoc in animo habuit, in eas inſulas, Cares quos Anaſpaſtos vocabant, velut in coloniam miſſos. Arrianus lib. III. καὶ Ἰνδοὶ καὶ Κᾶρες Ἀνάσπαστοι καλούμενοι. Quod autem ad Aurium, Narium, Manuum, Pedum, amputationes attinet, eas in Perſide vſurpatas, indicio eſt quod Curtius lib. X. Perſas, vario ſuppliciorum modo Græcos captiuos adfeciſſe narrat, Pedibus quoſdam, alios Manibus, Auribuſque, amputatis, inuſtiſque Barbarum litterarum notis, in longum ſui ludibrium reſeruaſſe. Similiterque Diod. Sicul. libro XVIII. occurriſſe illos Alexandro narrans, ἠκρωτηριασμένοι δὲ πάντες, οἱ μὲν χεῖρας, οἱ δὲ πόδας, οἱ δὲ ὦτα καὶ ῥῖνας. Iuſtinus lib. X. *Inter hæc, DCCC. admodum Græci, occurrunt Alexandro, qui pœnam captiuitatis truncata corporus parte tulerant: rogantes, vt, ſicuti Græciam, ſe quoque ab hoſtium crudelitate defenderent.* Curtius lib. III. *Nec dubitauere Perſæ, quin Iſſo relicta, quam ceperant, Macedones fugerent. Nam etiam ſaucij quidam & inualidi, qui agmen non poterant perſequi, excepti erant. quos omnes, inſtinctu purpuratorum barbara feritate ſæuientium, præciſis aduſtiſque manibus circumduci, vt copias ſuas noſcerent: ſatiſque omnibus ſpectatis, nuntiare quæ vidiſſent Regi ſuo iuſſit.* Seneca libro III. de Ira, cap. XX. *Sicut Rex Perſarum tertius populi nares recidit in Syria: inde Rinocolura loci nomen eſt.* Confirmat hunc Perſarum morem Zopyri hiſtoria, qui ἀποταμὼν ἑωυτοῦ τὴν ῥῖνα, καὶ τὰ ὦτα, καὶ τὴν κόμην κακῶς περικείρας, καὶ μαστιγώσας, ἦλθε παρὰ Δαρεῖον, ad Babylonios transfugit; quorum alliciendorum ineſcandorumque cauſa, à Dario ſe laceratum verberibus, nareſque & aures ſibi præciſas finxit, quemadmodum Herodotus libro III. & Iuſtinus lib. I. narrant. Iiſdem vterque libris Mago Cambyſem vtraſque aures præcidi iuſſiſſe commemorat. Alexandrum etiam iuſſiſſe Beſſum Darij percuſſorem tradi Oxatri Darij fratri, vt cruci adfixum mutilatis Auribus Naribuſque, Barbari ſagittis configerent, Curtius libro

VII. refert. Tacitus libro XII. Annalium, *Meherdates promiſſa Parrhacis paternis clientis ſecutus, dolo eius vincitur, traditurque victori. Atque ille, non propinquum, neque Arſacis de gente, ſed alienigenam & Romanum increpans, Auribus deciſis viuere iubet, oſtentui clementiæ ſuæ, & in nos dehoneſtamento.* Apud Perſas quoque *Aures, more regio, ſecari ſolitas pro delictis*, Ammianus Marcellinus lib. XXX. ſcribit. Denique Xenophon lib. I. Ἀναβάσ. iuſtitiam Cyri prædicans, Οὐ μὲν δὴ οὐδὲ τοῦτ' ἄν τις εἴποι, ὡς τοὺς κακούργους καὶ ἀδίκους εἴα καταγελᾶν· ἀλλ' ἀφειδέστατα πάντων ἐτιμωρεῖτο. πολλάκις δ' ἦν ἰδεῖν παρὰ τὰς στειβομένας ὁδοὺς, καὶ ποδῶν καὶ χειρῶν καὶ ὀφθαλμῶν στερουμένους ἀνθρώπους. Hinc Arrianus lib. III. βαρβαρικὴν eſſe τὴν ἀκρωτηρίαν τ̃ λώβην, ait.

Interdum & Oculos noxiis effodiebant, exſculpebantque. Proinde inter exempla pœnarum, quæ ſub imperio Cyri edebantur, vtriſque luminibus orbatos ponit Xenophon lib. I. Ἀναβάσ. & ita Arſacem captum, *effoſsis oculis*, in caſtellum quoddam Sapor Perſarum Rex relegauit, quemadmodum Ammianus Marcellinus, libro XXVII. refert. Porro, vti ſuis temporibus Oculi, iis qui hoc pœnæ genere mulctabantur, effoderentur, erueren turque, Procopius lib. I. de Bello Perſico, docet. Etenim, de Cabade qui Blaſen excæcauit: ἐξετύφλωσε, ait, τρόπῳ δὴ, ὅτῳ τυφλοὺς οἱ Πέρσαι ποιεῖν τοὺς κακούργους εἰώθασιν, ἔλαιον ἐψοῦντες καὶ αὐτὸ ὡς μάλιστα ζέον ἐς τοὺς ὀφθαλμοὺς οὔ τι μύοντας, ἐπιχέοντες· ἢ περόνην τινὰ σιδηρᾶν πυρακτοῦντες, καὶ ταύτῃ τῶν ὀφθαλμῶν τὰ ἐντὸς ξέοντες.

Ignominia etiam quandoque noxij notabantur; ſed & honoris inſignia eis detrahebantur. Sic Murrhani, ob rem male geſtam, ornamentum ex auro & gemmis, quo redimire crines conceſſum ei fuerat (cuiuſmodi crinale ſummo honori apud Perſas ducebatur) detractum Procop. lib. I. ſcribit, κόσμον ἀφείλετο αὐτὸν, ὃν δὴ ἀναδεῖσθαι τὴν ἐν τῇ κεφαλῇ τριχῶν εἰώθει, ἔκ τε χρυσοῦ καὶ μαργάρων πεποιημένον· ἀξίωμα δὲ τοῦτο ἐν Πέρσαις μέγα.

Publicatio etiam bonorum apud Perſas locum habebat. Confiſcari namque, & in fiſcum cogi bona conſueuiſſe eorum qui aduerſus Regia decreta quid feciſſent, oſtendit Cyri reſcriptum, quod à Ioſepho lib. XII, Antiquit. cap. I. refertur: in cuius ſanctione, iubet eos qui contra fecerint, in crucem

cem agi, καὶ τὰς οὐσίας αὐτῶν εἶναι βασιλικάς, id eſt fiſco vindicari. Idem Ioſeph. eiuſdem lib. Antiquitat. cap. IIII. de Cyro, τοὺς δὲ παραβάντας τι τῶν ἐπεσταλμένων, συλληφθέντας ἐκέλευσεν ἀνασταυρωθῆναι, καὶ τὰς οὐσίας αὐτῶν εἰς τὴν βασιλικὴν καταγῆναι κτῆσιν.

Iam quæſtionem de reis, per tormenta Perſas habuiſſe, teſtis eſt Epiphanius li. II. contra hæreſes cap. de Manichæis.

Plane dura lege viuebant Perſæ, apud quos vnius ob noxam plerumque propinqui omnes plectebantur. Ammianus Marcell. lib. XXIII. *Leges apud eos impendio formidatæ: inter quas, diritate exuperant latæ contra ingratos & deſertores, & abominandæ aliæ, per quas ob noxam vnius omnis propinquitas perit.* Atque ita cum Intaphernes, ex ſeptem Magicidis vnus, contra vetitum, Regiam ingredi, Rege cum vxore cubante, auſus, ianitori ac cubiculario, aditu eum prohibentibus, aures nareſque amputaſſet, Darius Rex ἔλαβε αὐτόν τε τὸν Ινταφέρνεα, καὶ τοὺς παῖδας αὐτοῦ, καὶ τοὺς οἰκηίους πάντας· ἐλπίδας πολλὰς ἔχων μετὰ τῶν συγγενέων μιν ἐπιβουλεύειν οἱ ἐπανάστασιν. συλλαβὼν δέ σφεας, ἔδησε τὴν ἐπὶ θανάτῳ: quemadmodum Herodotus, lib. III. ſcribit. Victum tamen vxoris Intaphernis precibus, fratrem eius, & liberorum natu maximum dimiſiſſe, ibidem Herodotus refert. Sic & in Epiſtola Artaxerxis, apud LXX. Interpretes cap. VIII. Eſther, de Amane, διὰ τὸ αὐτὸν ταῦτα ἐξεργασάμενον, πρὸς ταῖς Σούσων πύλαις ἐσταυρῶσθαι σὺν τῇ πανοικίᾳ, τὴν κατ᾽ ἀξίαν τοῦ τὰ πάντα ἐπικρατοῦντος θεοῦ, διὰ τάχους, ἀποδόντος αὐτῷ κρίσιν. Darium Artaxerxis filium, dum patri inſidias pararet, deprehenſum, cum ſociis, pœnas parricidij, Diis paternæ maieſtatis vltoribus, dediſſe: coniuges quoque omnium, cum liberis, ne quod veſtigium tanti ſceleris exſtaret, interfectas, Iuſtinus lib. X. narrat. Clementiam tamen Regum Perſicorum in liberos eorum qui ab ipſis defecerant, teſtatam reliquit Herodot. lib. III. his verbis, ἐπεὶ τιμῶσι ἐώθασι Πέρσαι τῶν βασιλέων τοὺς παῖδας· τῶν ἢν καὶ σφέων ἀποστέωσι, ὅμως τοῖσί γε παισὶ αὐτῶν ἀποδιδοῦσι τὴν ἀρχήν. Quod & exemplis aliquot ibidem adductis comprobat. Artaxerxis quoque Longimani, pæne omnium gentium litteris atque linguis celebrata eſt humanitas, qui, vt Ammian. Marcellin. lib. XXX. ſcribit, *Tiaras ad vicem capi-*

*tum, quibuſdam noxiis amputabat: & ne ſecaret Aures, more regio, pro delictis, ex galeris fila pendentia præcidebat:* Quod & libro ſuperiore notare me memini, & nunc Plutarchi teſtimonio ex lib. de ſera numin. vindic. confirmo; qui tamen hoc non vni Artaxerxi, ſed publicis Perſarum moribus, tribuere videtur; his verbis: ὡς γὰρ ἐν Πέρσαις τῶν κολαζομένων τὰ ἱμάτια καὶ τὰς Τιάρας ἀποτίλλουσι, καὶ μαστιγοῦσιν οἱ δὲ, παύσασθαι δακρύοντες ἀντιβολοῦσιν. Idemque in Apohthegmatis, φασὶ Περσῶν τοὺς ὁμοτίμους λαμβάνειν πληγὰς, ἀπὸ τοῦ σώματος, εἰς τὸν Κάνδυν.

Cadauera autem punitorum, & in quos capitali ſupplicio animaduerſum fuiſſet, non ſemper ſepulta fuiſſe, argumento eſt, quod de Charidemo quem recta ſibi conſilia dantem, Darius abſtrahi ad capitale ſupplicium iuſſit; Curtius lib. III. narrat in hunc modum: *Hæc vociferantem, quibus imperatum erat, iugulant. Sera deinde pœnitentia ſubiit Regem: ac vera dixiſſe confeſſus, ſepeliri eum iuſſit.*

Poſtremis vero Perſarum temporibus, qui Regem offenderant, ſtare ad Tripodem iubebantur, eoque loci exſpectare, quid de his ille decerneret: cuius rei formam Procopius lib. I. de bello Perſico deſcribit his verbis: θυμῷ τοίνυν ὁ Χοσρόης ἐχόμενος, στείλας τῶν οἱ ἑπομένων τινὰ, παρὰ τὸν τρίποδα τὸν Μεβόδην ἐκέλευεν ἰέναι. ὅ τι δὲ τοῦτό ἐστιν, αὐτίκα δηλώσω. Τρίποδος σιδηροῦς πρὸ τῶν βασιλείων ἀεὶ ἑστήκει. ἐπειδὰν οὖν τις τῶν Περσῶν πύθηται ὅτι δὴ αὐτῷ ὁ βασιλεὺς χαλεπῶς ἔχοι, τούτῳ δὲ οὔτε ἐς ἱερὸν καταφυγεῖν θέμις, οὔτε ἀλλαχόσε ἰέναι, ἀλλὰ παρὰ τοῦτον καθῆσθαι τὸν τρίποδα, τὴν βασιλέως προσδέχεσθαι ψῆφον τῶν πάντων, οὐδενὸς φυλάσσειν αὐτὸν ἀξιοῦντος ἐνταῦθα ὁ Μεβόδης ἐν σχήματι οἰκτρῷ ἐκάθητο ἡμέρας πολλάς. ἕως τις αὐτὸν, Χοσρόου ἐπαγγείλαντος, λαβὼν ἔκτεινεν.

Iſdigerdem etiam Perſarum Regem, Magos ob fallaciam & imposturam, qua ei illuſerant, decimaſſe, Socrates, hiſtor. Eccleſiaſticæ li. VII. cap. VIII. ſcriptum reliquit, περιοργὴς οὖν γενόμενος ὁ βασιλεὺς, τὸ τῶν μάγων γένος ἀπεδεκάτωσε. Porro fœdiſſimo conuicio, apud Perſas proſciſſum eum, qui muliere ignauior vocaretur, Herodot. lib. III. notat.

Grauiſſimam etiam habitam contumeliam apud Parthos, ſi quis nudo aſino impoſitus, duceretur, teſtis eſt Ioſephus.

Etenim lib. XVIII. Antiquit. cap. vlt. de Anilæo, qui Mithridatem bello ceperat, hæc ait: Μιθριδάτην δὲ ζωγρίᾳ λαβὼν, ἦγεν ὡς αὐτὸν, ἐπὶ ὄνον γυμνὸν ἀναθέμενος ὅπερ ἀτιμιῶν μεγίστη νομίζεται παρὰ Παρθυαίοις.

Perſæ religioſiſſime ſanctiſſimeque fidem datam obſeruabant, nefaſque, vel priuati quique, nedum Reges, fallere eam vel violare ducebant. Teſtis Xenoph. lib. VIII. παιδ. πρότερον μὲν, inquiens, βασιλεὺς, καὶ οἱ ὑπ' αὐτῷ, καὶ τοῖς τὰ ἔσχατα πεποιηκόσιν, εἴ τε ὅρκους ὀμόσαιεν, ἠμπέδουν· εἴ τε δεξιὰς δοῖεν, ἐβεβαίουν. Nec minor Parthis fidei ſemel datæ ſeruandæ cura: quam etiam, eodem quo Perſæ ſolebant modo, id eſt dextræ pignore ac vinculo, adſtringebant. Cuius rei exemplum Ioſephus lib. XVIII. Antiquitat. cap. vlt. ſuppeditat. Illic enim Artabanum Parthorum Regem, Aſinæi & Anilæi germanorum fratrum audacia obſtupefactum, ad eos armigerum & corporis cuſtodem fidiſſimum miſiſſe narrat, λέγοντα ὅτι βασιλεὺς Ἀρτάβανος, καίπερ ἠδικημένος, ὑφ' ὑμῶν ἐπιχειρήσεως αὐτοῦ τῇ ἀρχῇ γενομένης, ἐν ἐλάσσονι τῆς καθ' αὐτὸν ὀργὴν τῆς ὑμετέρας ἀρετῆς ποιησάμενος, ἀπέστειλέ με δεξιάς τε καὶ πίστιν δώσοντα ὑμῖν, συγχωρῶν ἄδειάν τε καὶ ἀσυλίαν ὁδῶν, χρῄζων ἐπὶ φιλίᾳ προσχωρεῖν πρὸς αὐτὸν, δόλου τε καὶ ἀπάτης χωρίς. Quibus promiſſis diffidens Aſinæus, ipſe ſubſtitit, fratrem vero ſuum Anilæum miſit, qui cum ſolus veniſſet, ſciſcitatus Artabanus cur non & Aſinæus vna cum eo veniſſet: vbi intellexit in cauſa fuiſſe metum, nequid ab eo mali pateretur, τούς τε πατρῴους θεοὺς ἐπώμνυτο, μηδὲν κακὸν δράσειν αὐτοὺς πίστει τῇ αὐτοῦ προσκεχωρηκότας· καὶ τὴν δεξιὰν ἐδίδου, ὅπερ μέγιστον παρὰ πᾶσι τοῖς ἐκείνῃ βαρβάροις παράδειγμα τοῦ θαρσεῖν γίνεται τοῖς ὁμιλοῦσιν. οὐ γὰρ ἂν ψεύσαιτό τις δεξιῶν ὑπ' αὐτοῦ δόσεως γενομένης, οὐδὲ πιστεύειν ἐνδοιάσειεν εἰ τοιᾶσδε ἀσφαλείας δόσις γένοιτο παρὰ τῶν ἐν ὑποψίᾳ ἀδικήσειν καθεστηκότων.

Honorem etiam Senibus habitum à Perſis, teſtatur Xenophon lib. VIII. παιδ. illic enim Cyrus in extremis conſtitutus hæc ad filios verba facit: ἐπαιδεύθην δὲ καὶ αὐτὸς οὕτως ὑπὸ τῆσδε τῆς ἐμῆς τε καὶ ὑμετέρας πατρίδος, τοῖς πρεσβυτέροις, οὐ μόνον ἀδελφοῖς, ἀλλὰ καὶ πολίταις, καὶ ὁδῶν καὶ θάκων καὶ λόγων ὑπείκειν. καὶ ὑμᾶς δὲ, ὦ παῖδες, οὕτως ἐξ ἀρχῆς ἐπαίδευον, τοὺς μὲν γεραιτέρους προτιμᾶν, τῶν δὲ νεωτέρων προτετιμῆσθαι. ὡς οὖν παλαιὰ

καὶ εἶδος μορφῆς καὶ ὄνομα λέγοντος ἐμοῦ, οὕτως ἀποδέχεσθε.

Perſis autem mos erat, floribus & odoribus vias quibus Rex incedebat ſternere. Herodot. lib. VII. de ponte quo Xerxes Helleſpontum continenti iunxit, θυμιήματά τε παντοῖα, ἐπὶ τῆς γεφύρας καταγίζοντες, καὶ μυρσίνῃσι στορνύντες τὴν ὁδόν. Ex hoc more, Bagophanem arcis Babylonicæ cuſtodem, obuiam Alexandro egreſſum, totum iter floribus coroniſque conſtrauiſſe, argenteis altaribus vtroque latere diſpoſitis, quæ non ture modo, ſed omnibus odoribus cumulauerat, Curtius lib. v. memorat. Idem Curtius lib. x. vicos per quos iter erat, floribus coroniſque ſterni iuſſiſſe Alexandrum ait.

Sed & pro lætitiæ publicæ argumento Coronis & floribus vias ſtratas fuiſſe, Herodot. lib. VIII. oſtendit. Nam cum eſſet Suſis nuntius allatus, Xerxem, Athenas in ſuam poteſtatem redegiſſe, tanto inde Perſas gaudio exiliiſſe refert, vt vias omnes Myrto ſternerent, odoreſque vicatim incenderent. Hic de his quæ à Perſis ad reliquas gentes manarunt, breuiter diſſeram: quo in numero eſt Nux, *Molluſca* Plauto appellata: quæ inde *Perſici mali* nomen inuenit Macrobius lib. III. Saturnalior. cap. XVIII. *Perſicum quod vulgo vocatur, & Molluſca nux dicitur, ſcilicet quod ceteris omnibus nucibus mollior ſit. Huius rei adſertor idoneus eſt Suenius vir longe doctiſſimus, in Eidyllio quod inſcribitur Moretum. Nam cum loquitur de hortulano faciente moretum, inter cetera quæ eo mittit, & hoc pomum mitti ait, his verbis:*

*Admiſce tu Acca baſilicis hac nunc partim,*
*Partim Perſica: quod nomen ſic denique fertur,*
*Propterea quod qui quondam cum rege potenti*
*Nomine Alexandro Magno, fera prælia bello*
*In Perſas tetulere, ſuo poſt inde reuentu*
*Hoc genus arboris in prælatis finibus Graiis*
*Diſſeruere, nouos fructus mortalibus dantes.*
*Molluſca hac nux eſt, ne quis forte inſcius erret.*

Nuces quoque iuglandes, non modo Κάρυα βασιλικὰ, ſed Περσικὰ, à quibuſdam vocari, Dioſcorides lib. I. cap. CXLI. tradit. Vnde Plinius lib. XV. cap. XXII. de Nucibus iuglandibus agens, *Et has*, inquit, *e Perſide à Regibus translatas, indicio*

*ſunt Græca nomina. Optimum quippe genus earum, Perſicum, atque Baſilicon vocant. Et hæc fuere nomina.*

Perſica quoqne mala, ipſa appellatio Perſidi accepta fert. Plin. lib. xv. capite XIII. *In totum quidem Perſica peregrina, etiã Aſiæ Græciaque eſſe, etiam ex nomine ipſo apparet, atque ex Perſide aduecta.* Et mox, *Perſicæ arbores, ſero & cum difficultate tranſiere, vt quæ in Rhodo nihil ferant, quod primum ab Ægypto earum fuerat hoſpitium. Falſum eſt venenata cum cruciatu in Perſis gigni, & pœnarum cauſa, à Regibus translata in Ægyptum, terra mitigata. Id enim de Perſea diligentiores tradunt; quæ in totum alia eſt, myxis rubentibus ſimilis, nec extra Orientem naſci voluit. Eam quoque eruditiores negauerunt ex Perſide propter ſupplicia translatam, ſed à Perſeo Memphi ſatam: & ob id Alexandrum, illa coronari victores ibi inſtituiſſe, in honorem atauí ſui.* Quibus verbis, Plinius eorum errorem refellit, qui Perſica mala, venenata in Perſide fuiſſe, ſoli vero mutatione mitigata, vim nocendi cum cælo mutaſſe credunt: hoc enim in Perſeam arborem cadere, nõ in eam quæ mala Perſica ferat: quanquam vulgi errorem ſequatur Columella lib. x. qui de cultu hortorum inſcribitur, his verſibus:

*Tunc præcox bifera deſcendit ab arbore ficus:*
*Armeniiſque, & cereoliis, pruniſque Damaſci*
*Stipantur calathi, & pomis quæ Barbara Perſis*
*Miſerat, (vt fama eſt) patriis armata venenis:*
*At nunc expoſiti paruo diſcrimine lethi*
*Ambroſios præbent ſuccos, oblita nocendi.*

Iſidorus quoque libro decimo ſexto Origin. capite ſexto, *Malum Perſicum*, ait, *vocatum, quod eam arborem primus in Ægypto ſeuerit Perſeus, à quo ſe oriundos Ptolemæi ferebant. Hæc in Perſide fructum generat interfectorum, apud nos autem iucundum ac ſuauem.* Enimuero Perſica arbor, quæ malum Perſicum fert, diuerſa eſt à Perſea, quam in Ægyptiis arboribus aut fruticibus numerant, copioſiſſimeque deſcribunt, Theophraſtus lib. IIII. de Hiſtor. plantar. cap. II. Plin. lib. XIII. cap. IX. qui & *Perſicam arborem* eo loci nominat, quam libro xv. cap. XIII. *Perſeam*. & quod ab eo, de Perſea, ex quorundam ſententia traditur, confirmatur à Dioſcoride & Galeno. Dioſcorides libro I. cap. CXLVI. Περσέα δένδρον ἐστὶν ἐν Αἰγύπτῳ

καρπὸν φέρον ἐδώδιμον, εὐστόμαχον, ἐφ᾽ οὗ καὶ τὰ λεγόμενα κρανοκόλαπτα φαλάγγια εὑρίσκεται· μάλιστα δὲ ἐν Θηβαΐδι. Et mox, τοῦτο δὲ ἱστόρησάν τινες, ἐν Περσίδι, ἀναιρετικὸν εἶναι· μετατεθὲν δὲ εἰς Αἴγυπτον, ἀλλοιωθῆναι καὶ ἐδώδιμον γενέσθαι. Galenus lib. II. de Facultatibus Alimentor. cap. περὶ Περσίου. Εἶδον καὶ τοῦτο τὸ φυτὸν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, τῶν μεγάλων ὂν καὶ αὐτὸ δένδρων. ἱστοροῦσι δὲ τὸν καρπὸν αὐτοῦ μοχθηρὸν οὕτως ὑπάρχειν ἐν Πέρσαις, ὡς ἀναιρεῖν τοὺς φαγόντας· εἰς Αἴγυπτον δὲ κομισθέντα, ἐδώδιμόν τε γενέσθαι, παραπλησίως ἐσθιόμενον ἀπίοις τε καὶ μήλοις, ὧν κατὰ τὸ μέγεθός ἐστι. Idem Galenus lib. II. περὶ συνθέσεως φαρμάκων τῶν κατὰ τόπους cap. περὶ καταπλασμάτων ἐν κεφαλαλγίᾳ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ μόνῃ τὸ τῆς Περσαίας δένδρον εἶδον· οὐ μὴν ἐν ἄλλῳ γέ τινι τῶν ὑπὸ Ῥωμαίοις ἐθνῶν. ἔνιοι δὲ Πέρσιον ὀνομάζουσιν αὐτὸ καὶ φασὶν ἐν Πέρσαις ὀλέθριον εἶναι τὸν καρπὸν τοῦ δένδρου τούτου, κατὰ δὲ τὴν τῶν Αἰγυπτίων χώραν, ἀβλαβὲς ὑπάρχειν. Extat Platonis Poetæ in quendam qui malorum Perſicorum ſatietate perierat, Epigramma huiuſmodi.

Ἐκ φονίων Περσῶν, φόνιον φυτὸν ἤγαγε Περσεὺς,
Παιδὶ Θεογνώστου τοῦ θανάτου πρόφασιν.

Medica vero mala, originem à Medis trahere, ipſa appellatio ſatis oſtendit. Virgil. libro ſecundo, Georgic. *Media fert triſtes ſuccos, tardumque ſaporem Felicis mali:* ad quæ poſtrema verba Seruius, *apud Medos naſcitur quædam arbor ferens mala, quæ Medica vocantur: quam per periphraſim oſtendit, eius ſupprimẽs nomen. Hanc plerique Citrum volunt: quod negat Apuleius in libris quos de Arboribus ſcripſit, & docet longe aliud eſſe genus Arboris. Tardum autem ſaporem dicit, vix intelligibilem; quod illi ad carnem mediam citri referunt: nam prima & inferior facile ſuum oſtendit ſaporem.* Dioſcorides libro primo, capite XXXI. τὰ δὲ Μηδικὰ μῆλα λεγόμενα, ἢ Περσικά, ἢ κεδρόμηλα, Ῥωμαϊστὶ δὲ Κίτρεα, πᾶσι γνώριμα. Galenus libro ſecundo, de Alimentor. Facultatibus, capite περὶ Κιτρίου. καὶ τοῦτο Μηδικὸν ὀνομάζουσι μῆλον, οἱ μηδὲν νοεῖν ἃ φθέγγονται προῃρημένοι, Plinius libro duodecimo, capite tertio, *Malus Aſſyria, quam alij vocant Medicã, venenis medetur:* & mox, *tentauere gentes transferre ad ſeſe, propter remedij præſtantiam, fictilibus in vaſis, dato per cauernas radicibus ſpiramento: qualiter omnia tranſitura longius, ſeri arctiſsime tranſferrique meminiſſe conueniet, ut ſemel quæque dicantur. Sed niſi*

*apud Medos & in Perſide,naſci noluit. Hæc eſt autem, cuius grana Parthorum proceres incoquere diximus eſculentis, commendandi halitus gratia. Nec alia arbor laudatur in Medis.* Cum autem Plin. ait,*diximus*,reuocat nos ad cap.LIII. libro.XI.quo de anima agens,ait, *Huius quoque tamen reperta pœna eſt: vt neque idipſum, quo viuitur,in vita iuuaret. Parthorum populis hoc præcipue,& à iuuenta,propter indiſcretos cibos:namque & vino fœtent ora nimio. Sed ſibi proceres medentur grano Aſſyrii mali,cuius eſt ſuauitas præcipua, in eſculenta addito.* Quod poſtremum, Plinio auctore, Seruiū in ſuis ad II. Georg. commentariis adnotaſſe credibile eſt. Inde certe illuſtratur quod Virgil.ait,

*Animas & olentia Medi*
*Ora fouent illo,& ſenibus medicantur anhelis.*

id eſt,vt Seruius interpretatur,δύσπνοιαι,ſeu pulmonis vitioſum anhelitum, & δυσωδίας oris. De hoc etiam Mediæ proprio malo, Solinus in Polyhiſtore,cap.XLIX.ſcribit hæc, *Hos terrarum ductus excipit Media,cuius arbor inclaruit,etiam carminibus Mantuanis.* & mox, *vſurpare ſibi nemora iſta optauerunt & aliæ nationes,per induſtriam tranſuecti germinis:ſed beneficium ſoli Mediæ datum, natura reſiſtente,terra alia non potuit maturari.*

Medica quoque herba,quæ in pecorum iumentorumque pabulis tantopere commendatur à Catone de re Ruſtica cap.XLI.Varro.lib.I.de re Ruſtica cap.XL. Virgil. I.Georgic. Columel libr.II.cap.XI.à Perſis,ſeu Medis,originem duxit. Plinius lib.XVIII.capite decimoſexto, *Medica externa etiam Græcia,vt à Medis aduecta per bella Perſarum, quæ Darius intulit: ſed vel in primis dicenda.* cuius dotes ibidem prædicat. Seruius in libro primo,Georg.ad verba, *Tunc te quoque,Medica,putres Accipiunt ſulci: Ad ipſam,ait,herbam* ἀποστροφὴν *facit: Hæc autem herba à Medis tranſlata eſt in Græciam,quo tempore eam inuaſerunt.* Suidas,Μηδικὴ πόα, ἡ τρίφυλλος λεγομένη. Vide & de ea Dioſcoridem lib.II.cap.CLXI.His & hęc adde,Suidas,Μηδικὸς ὄρνις, ὁ Ταώς.

Præterea Gallos Gallinaceos è Perſide primum prodiiſſe, indeq; in alias orbis terrarum regiones deuectos,Athenæus lib.XIIII.ex Menodoro Samio tradit.Vnde à Græcis, Gallus,Περσικὸς ὄρνις vocatur. Ariſtophanes in Auibus,

Ὄρνις ἀφ' ἡμῶν τοῦ γένους τοῦ Περσικοῦ.

Ὅστις λέγεται δεινότατος εἶναι πανταχοῦ,

Ἄρεως νεοττός. ad quem locum Scholiaſtes, μήποτε τὸν τὸν ἀλεκτρυόνα λέγει· Μῆδος γὰρ λέγεται· Ἄρεως δὲ νεοττός, ἐπεὶ ἄλκιμος καὶ μάχιμος. & mox ibidem, Ἄρεως νεοττός· νεοττοί τινες ἀλεκτρυόνες λέγονται, ὡς καὶ Μηδικοί. Heſ. Περσικὸς ὄρνις. ἀλεκτρυών. Suidas, Περσικὸς ὄρνις, ὁ ἀλέκτωρ, διὰ τὴν λοφίαν· ἢ ὅτι τὰ πολυτελῆ οἷς ὁ βασιλεὺς ἐχρῆτο, ἐκαλεῖτο Περσικά. καὶ μὴν παρὰ Ἀριστοφάνει, οὐκ ἴδιος ὄρνις Περσικός. Ex Media vero petitos Phaſianos τετράονας, quos Ptolemæus Rex Alexandrię in palatio alebat, Athenæus lib. XIIII. refert.

Ceterum Papyri & Chartarum, vel Parthis ipſis vſum incognitum, oſtendit Plin. libro decimo tertio, capite vndecimo, his verbis: *Nuper & in Euphrate naſcens circa Babylonem Papyrum, intellectu eſt eundem vſum habere chartæ. Et tamen adhuc malunt Parthi veſtibus litteras intexere.* Membranis vero vſos Perſas, argumento eſt quod res ab illis geſtę, quę litteris mādari conſueuerant, in Membranas redigebantur. Cuiuſmodi membraneis Regiorum Annalium codicibus, vſum ſe, in ſuis Perſicis conſcribendis, ipſemet Cteſias profeſſus erat, quemadmodum Diodor. Sic. libro ſecundo, ſcribit his verbis: οὗτος δὲ, de Cteſia loquitur, φησὶν ἐκ τῶν βασιλικῶν διφθερῶν (ἐν αἷς οἱ Πέρσαι τὰς παλαιὰς πράξεις κατά τινα νόμον εἶχον συντεταγμένας) πολυπραγμονῆσαι τὰ καθ' ἕκαστα, καὶ συνταξάμενος τὴν ἱστορίαν εἰς τοὺς Ἕλληνας ἐξενεγκεῖν.

Atque vt Perſicarum antiquitatum ſtudioſis, quoad eius fieri poterit, fiat ſatis, aliquid de Menſuris & Nummis Perſicis adſpergam. Perſæ itinera Paraſangis metiebantur. Plin. libro ſexto capite XXVI. *Inconſtantiam menſuræ, diuerſitas auctorum facit, cum Perſæ quoque Schœnis & Paraſangis, alia menſura determinent:* Feſtus. *Paraſangæ, apud Perſas, viarum menſura.* Παρασάγγης autem, vt Herodotus libro ſecundo rurſuſque libro quinto tradit, δύναται τριήκοντα στάδια. Idem lib. VI. Artaphernem Sardium præſidem, Ioniæ menſuram per Paraſangas, tributi imponendi cauſa, egiſſe ſcribit his verbis, τὰς χώρας σφέων μετρήσας κατὰ παρασάγγας, τοὺς καλέουσι οἱ Πέρσαι τὰ τριάκοντα στάδια. Heſychius, Παρασάγγης, μέτρον ὁδοῦ τριάκοντα σταδίους ἔχον. Suidas, Παρασάγγης, εἶδος μέτρου Περσικοῦ· ὅπερ ἐστὶ τριάκοντα στάδια, Xenophontiſq; verba ad

ba adducit. Idem & Agathias lib. II. Herodoti Xenophontiſque auctoritate tradit: additque, Gerulos ſeu Baiulos humeris onera portantes, apud Lazos, ſingulis Paraſangis confectis, onera poſuiſſe: aliiſque in eorum locum ſubeuntibus, pauliſper quieuiſſe: idque factitantes, eodem ſpatio, itinera metiri ſolitos, ſpatia tamen iſta non παρασάγγας, ſed ἀναπαύλας ab eis eſſe nominata. Schœnis quoq; menſurã egiſſe Perſas, Plinius, illo; lib. VI. cap. XXVI. quem paulo ante citaui, loco, docet. Callimachus apud Plutarchum, περὶ φυγῆς, Μὴ μετρεῖν Σχοίνῳ Περσίδι τὴν σοφίην.

Ea vero quæ menſura conſtabant, ACHANIS Perſæ admetiebantur. Heſychius, Ἀχάνης· τινὲς μὲν Περσικὰ μέτρα. Suidas, Ἀχάνη, μέτρον ἐστὶ Περσικὸν, ὥσπερ ἡ Ἀρτάβη παρὰ Αἰγυπτίοις. ἐχώρει δὲ μεδίμνους Ἀττικοὺς με΄, ὡς μαρτυρεῖ Ἀριστοτέλης. Euſtathius in II. Odyſſeæ. ἀλλ' αἱ Ἀχάναι, ὅ ἐστι κίσται, Περσικὰ μέτρα ἦσαν· ἐν οἷς ἀπετίθεντο ἐπισιτισμοὶ τοῖς θεωροῖς.. Qua de re ſe alibi dicturum pollicetur: quod præſtitit in eiuſdem Odyſſ. τ. vbi ait, καθάπερ ἡ χοίνιξ, οὕτω καὶ ἡ Ἀχάνη μέτρον Βοιώτιον, πολλῶν τινῶν φασὶ μεδίμνων. Περσικὰ δὲ, φασι, μέτρα αἱ Ἀχάναι, ἃς καὶ κίστας εἶπον τινὲς εἰς ἃς ἀπετίθεντο ἐπισιτισμοὺς οἱ ἐπὶ θεωρείας στελλόμενοι.

Porro Perſas Annum habuiſſe in CCCLXV. dies deſcriptum, Curt. lib. III. auctor eſt. Vernum quoq; Æquinoctium obſeruaſſe eos, nuptiarum ſtata tempora, quæ ex Strabone lib. XV. ſupra attigimus, demonſtrant.

Perſæ autem nummis aureis Darij forma percuſſis vtebantur: qui, quod eius Principis imaginem inſculptam haberent, inde *Daricorum* nomen traxerunt. Χαρακτῆρα enim Δαρεικὸν habuiſſe eos, Diodor. libro XVII. ait. Vnde venuſte Socratem dicere ſolitum βούλεσθαι Δαρειὸν ἔχειν μᾶλλον φίλον, ἢ τὸν Δαρεῖον, Plutarchus περὶ φιλαδελφίας, refert. Regi vtique Dario, quemadmodum Herodot. lib. IIII. tradit, curæ fuit, memoriam ſui, ad poſteros tranſmittere inſigni aliquo opere, quod ab alio nullo Regum factum eſſet. Eaque de cauſa, ex auro quam potuit purgatiſſimo monetam percuſſit. Quem æmulatus Aryandes Ægypti Prætor, idem ex argento fecit. verum ea re comperta, inſimulatum, quaſi rebellaret, nouaſque res moliretur, Darius morte adfecit.

Mm

Darici autem, ait Harpocration, erant χρυσοῖ στατῆρες, ἠδύνατο δὲ ὁ εἷς ταὐτὸ ὅσπερ καὶ ὁ χρυσοῦς παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς ὀνομαζόμενος. ἐκλήθησαν δὲ Δαρεικοὶ, οὐχ ὡς οἱ πλείους νομίζουσιν, ἀπὸ Δαρείου, τοῦ Ξέρξου πατρὸς, ἀλλ' ἀφ' ἑτέρου βασιλέως. λέγουσι δέ τινες δύνασθαι τὸν Δαρεικὸν ἀργυρᾶς δραχμὰς ὀκτώ. ὡς τοὺς πέντε Δαρεικοὺς δύνασθαι μνᾶν ἀργυρίου. Heſychius. Δαρεικοὶ, οἱ χρόνοι στατῆρες. ἐκλήθησαν δὲ (ὥς τινες φασὶν) ἀπὸ Δαρείου τοῦ τῶν Περσῶν βασιλέως. Verum illic mendum eſt in verbo χρόνοι: pro quo repone χρυσοῖ. Cui non omnino conſentit Suidas: non quidem primis ſed nouiſſimis verbis. Ait enim, Δαρεικός, νόμισμά τι ἦν χρυσοῦν, ὅσπερ Δαρεῖος πρῶτος ἐπενόησεν. Et mox, εἰσὶ μὲν χρυσοῖ στατῆρες οἱ Δαρεικοί. ἠδύνατο δὲ ἕκαστος αὐτῶν ὅσπερ καὶ ὁ παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς ὀνομαζόμενος χρυσός (emenda χρυσοῦς) οὐκ ἀπὸ Δαρείου τοῦ Ξέρξου πατρὸς, ἀλλ' ἀφ' ἑτέρου τινὸς παλαιοτέρου βασιλέως ὀνομάσθησαν. λέγουσι δέ τινες δύνασθαι τὸν Δαρεικὸν δραχμὰς ἀργυρίου εἴκοσι. ὡς τοὺς πέντε Δαρεικοὺς δύνασθαι μνᾶν ἀργυρίου. Et ita Daricos accipe apud Plutarchum in Artaxerxe, non ſemel, & Lucianum in Nauigio, ſeu votis, & in Toxari: item apud Athenæum lib. XIIII. cum Alcibiadem ait, Timæam Agidis Lacedæmoniorum Regis vxorem, miſſis Daricis mille, de ſtupro appellaſſe.

Perſarum etiam nummos Sagittarij nota ſignatos fuiſſe, docet Ageſilai iocus, qui Aſia decedens fertur amicis dixiſſe, ὡς τρισμυρίοις τοξόταις ἐξελαύνοιτο τῆς Ἀσίας ὑπὸ βασιλέως. τὸ γὰρ Περσικὸν νόμισμα, addit Plutarchus in Apophthegmat. τοξότην ἐπίσημον εἶχεν.

Poſterioribus vero temporibus Perſarum Regibus argenteum tantum, non item aureum nummum nota ſua ſignatum percutere licuiſſe, Procopius lib. III. de bello Gothico ſcribit: Καίτοι νόμισμα μὲν ἀργυροῦν ὁ Περσῶν βασιλεὺς, εἰ βούλοιτο, ποιεῖν εἴωθε. χαρακτῆρα δὲ ἴδιον ἐμβάλλεσθαι στατῆρι χρυσῷ οὔτε αὐτὸν θέμις, οὔτε δὲ ἄλλον ὄντινα οὖν βασιλέα τῶν πάντων βαρβάρων· καὶ ταῦτα, μᾶλλον ὄντα χρυσοῦ κύριον· ἐπεὶ οὐδὲ τοῖς ξυμβάλλουσι προΐεσθαι τὸ νόμισμα οὕτω οἷοί τε εἰσὶν, κἂν βαρβάρους τοὺς ξυμβάλλοντας εἶναι ξυμβαίνει.

Perſicos quoque nummos *Stateras* vocat Herodotus lib. III. vbi Democedi medico phialam *Stateribus* plenam do-

no à Darij vxoribus datam, refert: quo genere nummorum etiam Phocaenſes vſos Ælianus libr. XII. Variæ hiſtor. cap. I. indicat. *Stater* autem, vt Suidas exponit, erat τετράγωνον νόμισμα, καὶ τὸ ἑξάγιον, καὶ τὸ ζύγιον· ἢ εἶδος νομίσματος. Ἀριστοφάνης Πλούτῳ Στατῆρσι δ' οἱ θεράποντες ἁρπάζομεν: τουτέστι, νομίσματι παίζομεν ἄρτια ἢ περιττά. Verum apud Herodotum Staterum nomine Daricos intelligendos, eius ipſius indicio prodam. Sic enim lib. VII. Pythij Lydi opulentiã memorans, χρυσοῦ δὲ, ait, τετρακοσίας μυριάδας Στατήρων Δαρεικῶν.

Porro Perſica lingua cognitu difficilis habebatur à Gręcis. Vnde Themiſtius Oratio. H. χαλεπώτερον ἂν σωνῆς ἢ τῆς Περσικῆς διαλέκτου. ἐκείνου δὲ καὶ ἀμπελουργὸς ἀκούων καὶ σιδηρεὺς, εἶχεν ὅτι οἴκαδε ἀποφέροι Proinde ſummæ Themiſtoclis memoriæ tribuitur, quod vnum intra annum optime Perſice loqui didicerit, quemadmodum Quintilianus lib. XI. cap. III. ſcribit. Is enim, vt Valerius Maximus libr. VII. cap. VII. Diodor. Sicul. lib. XI. Plutarchus cum Æmilio Probo in eius vita, teſtantur, per ſummam iniquitatem patria pulſus, & ad Xerxem, quem paulo ante deuicerat, confugere coactus, priuſquam in conſpectum eius veniret, Perſico ſermoni ſe aſſuefecit: vt labore parta commendatione, Regiis auribus familiarem & aſſuetum ſonum vocis adhiberet. Alcibiadem quoque linguam Perſicam didiciſſe, Athenæus libro XII. auctor eſt. Peuceſtem etiam ex cuſtode corporis, Satrapem Perſidis ab Alexandro conſtitutum, Perſicam linguam didiciſſe narrat Arrian. libr. VI. Nomina autem Perſica fere omnia σ littera terminari, Herodotus libro primo; his verbis: τὰ οὐνόματά σφι ἐόντα ὅμοια τοῖσι σώμασι καὶ τῇ μεγαλοπρεπείῃ, τελευτῶσι πάντα ἐς τωὐτὸ γράμμα, τὸ Δωριέες μὲν σὰν καλέουσι, Ἴωνες δὲ σίγμα. ἐς τοῦτο διζήμενος εὑρήσεις τελευτῶντα τῶν Περσέων τὰ οὐνόματα, οὐ τὰ μὲν, τὰ δ' οὔ, ἀλλὰ πάντα ὁμοίως.

Sed enim non ingrata forte fuerit Perſicorum quorundam vocabulorum ex diuerſis coaceruata locis congeries. Perſica eſſe nomina, CANDYS, SARAPIS, GAZA, TYCTA, OROSANGÆ, MITHRA, MAGI, PARADISVS, SATRAPA, PISAGAE, ASTANDES, RYN-

DAX, CONDY, ARMAMAXA, GANGABÆ, PARASANGÆ, ſupra docui. His adde, CYRVM Perſico ſermone, Solem ſignificare. Auctor Cteſias, qui Paryſatidem Dario præter Artaxerxem, alium filium genuiſſe narrans, addit, καὶ τίθεται τὸ ὄνομα αὐτῷ ἀπὸ τοῦ ἡλίου Κῦρον. Plutarchus in Artaxerxe, ὁ μὲν οὖν Κῦρος ἀπὸ Κύρου τοῦ παλαιοῦ τοὔνομα ἔσχεν· ἐκεῖνον δ᾽ ἀπὸ τοῦ Ἡλίου γενέσθαι φασί. Κῦρον γὰρ καλεῖν Πέρσας τὸν Ἥλιον. Idem & Plethon in expoſitione eorum quæ in Magicis Zoroaſtris oraculis obſcurius dicũtur, ſcribit. Vnde apparet, toto quod aiunt cælo, Suidam in huius vocis Etymo errare. Sic enim ille, Κῦρος ὁ Περσῶν βασιλεὺς, οὕτως ἐκλήθη, διὰ τὸ ἐν τῇ βασιλίδι γεγενημένη παιδιᾷ, κυεκῦσαι τὴν ἡλίκων.

DARIVS, lingua Perſica, idem ſignificat quod Græce ἐρξίης, id eſt coercitus. XERXES, idem quod ἀρήϊος, id eſt martius, ſeu bellator. ARTAXERXES, idem quod μέγας ἀρήϊος, id eſt magnus bellator. Quod nos Herodotus lib. VI. docet. Ammianus Marcellin. lib. XIX, Perſas referr, in acie, Saporem appellaſſe, & ACHAEMENEM, & ARTAXERXEM, quod, *Regibus imperans*, *&*, *Bellorum victor*, interpretatur. ZOROASTREM Perſica lingua ἀστροθύτην ſignificare, Laertius ex Dinone, libr. V. hiſtoriar. ſcribit, in procœmio lib. de vitis Philoſophorum. Clemens vero, vt ſupra dixi, Zoroaſtrem *viuum ſidus* ſignificare, libro quarto, Recognitionum ait. Herodotus libro VII. οἱ δὲ Πέρσαι πάντας τοὺς Σκύθας καλέουσι Σάκας. Solinus in Polyhiſto. capite LII. *Scythas Perſæ lingua ſua* SACAS *dicunt*, *&* *inuicem Scytæ Perſas, Charſaros nominant.* Cyrillus Catecheſi VII. ἀντὶ Κυβρίκου, Μάνην ἑαυτὸν ἐπωνόμασεν· ὅσπερ κατὰ τὴν Περσῶν διάλεκτον τὴν ὁμιλίαν δηλοῖ· ἐπειδὴ γὰρ διαλεκτικὸς ἐδόκει τις εἶναι, Μάνην ἑαυτὸν ἐπωνόμασεν, οἱονεὶ ὁμιλητικόν τινα ἄριστον. Apud Babylonios, Spadones BAGOV vocari, Plinius libro XIIII. cap. IIII. ſcribit. A Medis, Canem SPACON appellari, Herodotus lib. I. & Iuſtinus lib. I. teſtantur. TIGRIS vero, Perſica lingua, Sagittam ſignificat: & deinde flumini nomen. Auctor Curtius lib. IIII. NARMALCHA amnem regum ſonat, interprete Ammiano Marcell. libr. XXIIII. GANGAMELA, Perſis, eſt Cameli domus, auctore Strabone libr. XV. & Plutarcho in Alexandro. CARDA, Perſica lingua τὸ ἀν-

δρώδης καὶ πολεμικὸν ſignificat, vt ait idem Strabo lib. XI. vnde & furto viuentes ait, CARDACES appellatos. MEGABYSOS etiam στρατηγοὺς τοῦ Περσῶν βασιλέως vocari, ait Heſychius. Idem Heſychius, Παρασαγγιλόγοι· οἱ Πέρσαι τοὺς διαγγέλλοντας οὕτω λέγουσι. Idem verba hæc. ἀβίλτακα, Ἀξαραπατεῖς, Ἀρταῖοι, Ἀρῶς, Perſica eſſe ait. Idem Heſ. ἀρξίφος ἀετὸς παρὰ Πέρσαις. idem Αὐλίσκοι, στόματα, Πέρσαι. Ac ruſus, Βίσαξ, ὁ βασιλεὺς παρὰ Πέρσαις. Item, Δαρεῖος, ὑπὸ Περσῶν, ὁ φρόνιμος. Sed & στρατόπεδον Περσῶν, eorum lingua PASARGADA dicebatur, vt auctor eſt Strabo, lib. XV. Perſicum gladium ACINACEM vocari Herodot. ait lib. VIII. Euſtathius in Odyſſ. τ Αἴλιος δὲ Διονύσιος λέγει ὅτι Περσικὸν ὄνομα καὶ ὁ Μαρδύης ἔοικε δὲ φησὶ φαινόλη. Piperis etiam nomen Perſicum eſſe, docet Hippocrates, lib. II. Γυναικείων, his verbis: τὸ Ἰνδικὸν ὃ καλέουσιν οἱ Πέρσαι πέπερι. καὶ ἐν τουτέῳ ἔνι στρογγύλον, ὃ καλέουσι Μυρτίδανον. Sed & ex Plauti Perſa, vocabula multa Perſica colligi poſſunt. De Perſicorum nominum varietate, vide Strabonem lib. XV. in extremo. Fere ad metam peruenimus. Reſtat enim aliud nihil, quam vt Perſarum corpora terra condamus: hoc vno præmiſſo, finem vitæ Perſarum longiſſimum, octuageſimum annum fuiſſe. Cambyſis enim legati, Regi Æthiopum interroganti, χρόνον ὁκόσον μακρότατον ἀνὴρ Πέρσης ζώη: reſponderunt, ὀγδώκοντα ἔτεα ζόης πλήρωμα ἀνδρὶ μακρότατον προκέεσθαι, quemadmodum Herodot. lib. III. refert.

Perſæ vero magno apparatu funera celebrabant. Teſtis Curtius lib. III. his verbis: *Alexander poſtero die cum cura ſepultis militibus, quorum corpora inuenerat, Perſarum quoque nobiliſſimis eundem honorem haberi iubet: Matrique Darij permittit, quot vellet, patrio more ſepeliret. Illa paucos arcta propinquitate coniunctos pro habitu præſentis fortunæ humari iuſſit, apparatum funerum, quo Perſæ ſuprema officia celebrarent, inuidioſum fore exiſtimans, cum victores haud pretioſe cremarentur.* Cyrum in vltima valetudine, mandaſſe quædam de funere ſuo Xenophon lib. VIII. παιδ. ſcribit, quem locum Suet. in Iulio, cap. LXXXVII. laudat. Apud Perſas autem cadauera humari, non cremari vel rogo imponi, conſueuiſſe, certum eſt. Apud Xenophontem lib. VIII. παιδ. Cyrus moriens filiis mandat hæc, τὸ δ'

ἐμὸν σῶμα, ὦ παῖδες, ὅταν τελευτήσω, μήτε ἐν χρυσῷ θῆτε, μήτε ἐν ἀργύρῳ μηδὲ ἄλλῳ μηδενί, ἀλλὰ τῇ γῇ, ὡς τάχιστα, ἀπόδοτε. Ignem enim numinis loco habebant, eumque pro Deo colebant, ac venerabantur: & ideo humana corpora voranda conſumendaque Deo obiicere, nefas atque impium cenſebant. Proinde Cambyſi vitio datum eſt, quod Amaſidis Ægyptij Regis cadauer, cremari, contra patrium Perſarum morem, iuſſiſſet. Hæc nos Herodotus lib. III. docet his verbis, Καμβύσης δὲ ἐπεὶ ἐσῆλθε ἐς τὰ τοῦ Ἀμάσιος οἰκία, αὐτίκα ἐκέλευε ἐκ τῆς ταφῆς τὸν Ἀμάσιος νέκυν ἐκφέρειν ἔξω, ὡς δὲ ταῦτα ἐπιτελέα ἐγένετο, μαστιγοῦν τὸν νέκυν ἐκέλευε, καὶ τὰς τρίχας ἀποτίλλειν, καὶ κεντοῦν, καὶ τἆλλα πάντα λυμαίνεσθαι ἐπείτε δὲ καὶ ταῦτα ἔκαμον ποιεῦντες, (ὁ γὰρ δὴ νεκρὸς, ἅτε τεταριχευμένος, ἀντεῖχέ τε καὶ οὐδὲν διεχέετο) ἐκέλευσέ μιν ὁ Καμβύσης κατακαῦσαι. ἐντελλόμενος οὐκ ὅσια. Πέρσαι γὰρ θεὸν νομίζουσι εἶναι τὸ Πῦρ, τὸ ὦν κατακαίειν τοὺς νεκροὺς, οὐδαμῶς ἐν νόμῳ οὐδετέροισι ἐστί. Πέρσῃσι μὲν, δι᾽ ὅπερ εἴρηται, θεῷ οὐ δίκαιον εἶναι λέγουσι νέμειν νεκρὸν ἀνθρώπου. Inter argumenta librorum Cteſiæ, refertur à Photio caput hoc, καὶ περὶ τοῦ θάψαντος τὸν πατέρα διὰ τοῦ Πυρὸς, παρὰ τὸν νόμον· ἐξ οὗ καὶ ἔλεγχος Ἑλλανίκου καὶ Ἡροδότου ὡς ψεύδονται. Magos etiam ἀνόσιον ἡγεῖσθαι πυρὶ θάπτειν, Diogenes Laert. in Prooemio tradit: quod & confirmat Strabo, lib. XV. cum de honore quem Pyropo Perſæ habebant, loquens, ait διὸ οὐδὲ νεκρὸν προσφέρουσι, καθάπερ οὐδὲ τὸ Πῦρ, κατὰ τιμήν. Itaque Paryſatidem, caput & dextram Cyri ſepeliiſſe, in Cteſiæ fragmentis legimus. Xenophon lib. VII. de Abradata mortuo, καὶ τοὺς μὲν εὐνούχους καὶ τοὺς θεράποντας αὐτοῦ, ὀρύττειν φασὶν ἐπὶ λόφου τινὸς θήκην τῷ τελευτήσαντι.

Quæ cum ita ſe habeant, mirum eſt quod Iuſtinus libro XXXVII. ſcribit, legatos à Dario Perſarum Rege Carthaginam miſſos, adferentes Edictum *quo Pœni humanas hoſtias immolare, & canina carne veſci, prohibebantur: mortuorum corpora cremare potius quam terra obruere, à Rege iubebantur: quibus cupide paruere.* Inter cætera vtique crimina quæ Scoſi obiecta fuere, Procopius lib. I. de bello Perſico, hæc narrat: Καινά τε γὰρ αὐτὸν δαιμόνια σέβειν, καὶ τελευτήσασαν ἔναγχος τὴν γυναῖκα θάψαι, ἀπεψηφισμένον τοῖς Περσῶν νόμοις γῇ κρύπτειν ποτὲ τὰ τῶν νεκρῶν σώματα. οἱ μὲν οὖν δικασταὶ, θάνατον τούτου ἀνακατέγνωσαν.

Cera vero oblita fuiſſe corpora, priuſquam humo mandarentur, oſtendit Herodotus, qui libro I. ait, κατακηρώσαντες δὲ ὦν τὸν νέκυν Πέρσαι γῇ κρύπτουσι. Strabo lib. XV. θάπτουσι δὲ, κηρῷ περιπλάσαντες τὰ σώματα. Cicero I. Tuſculana. *Condiunt Ægyptij mortuos, & eos domi ſeruant: Perſæ iam Cera circumlitos condiunt: vt quam maxime permaneant diuturna corpora.*

Alium vero à populi Perſici moribus diuerſum humandi ritum Magi obſeruabant. Etenim, vt Cicero lib. I. Tuſculanar. Quæſt. ſcribit, *Magorum mos erat, non humare corpora, niſi à feris eſſent ante laniata.* Herodotus lib. I. inter ea quæ vt parum ſibi liquido comperta & explorata, de Perſarum moribus ſcribit, ponit hæc, οὐ πρότερον θάπτεται ἀνδρὸς Πέρσεω ὁ νέκυς, πρὶν ἂν ὑπ᾽ ὄρνιθος ἢ κυνὸς ἑλκυσθῇ. μάγους μὲν γὰρ ἀτρεκέως οἶδα ταῦτα ποιέοντας· ἐμφανέως γὰρ δὴ ποιεῦσι. Strabo lib. XV. τοὺς δὲ Μάγους οὐ θάπτουσιν, ἀλλ᾽ οἰωνοβρώτους ἐῶσι. Quem morem poſtea Parthos vſurpaſſe docet Iuſtinus: de Parthis enim lib. XLI. loquens, *Sepultura vulgo, aut auium aut canum laniatus eſt. Nuda demum oſſa terra obruunt.* Idem etiam poſtremis Perſarum temporibus, in vſu fuiſſe, Procopius teſtatur. Apud eum enim, lib. I. de bello Perſico, Cabades Iberos Aſiam incolentes ad fidem deſerendam ſollicitans, αὐτίκα τῷ βασιλεῖ Γουργένῃ ἐπέστελλε τά τε ἄλλα ποιεῖν ᾗ Πέρσαι νομίζουσι, καὶ τοὺς νεκροὺς τῇ γῇ ὡς ἥκιστα κρύπτειν, ἀλλ᾽ ὄρνισί τε ῥιπτεῖν καὶ κυσὶν ἅπαντας.

Agathias autem libro II. hæc de Perſicæ ſepulturæ ritibus ſcribit: *Tunc demum Mermerois demortuum corpus, qui circa ſe erant, elatum, & extra vrbem deſtinato in loco depoſitum, ſolum nudumque reliquerunt, canibus, ſimul & auibus, vel eiuſmodi ceteris obſcænis & ſarcouoris animantibus laniandum & abſumendum. Hunc ex lege ſeruant Perſæ ſepulturæ ritum; nudata vt carnibus oſſa per campos diſperſa iaceant, velint. Apud hos namque in arcam vrnamve mortuos condere, vel terra obruere, haudquaquam fas eſt. Cadauer vero, ad quod non ſtatim dilacerandum aduolent aues, aut canes accedant, hominis fuiſſe adfirmant, qui inquinatis moribus fuerit, iniquiorisque animi, & dignus plane qui in barathrum detrudatur, in prauique Dæmonis ditionem vt veniat: & propinqui mortuum tunc maxime deflent, vt cui nihil putent ſpei*

A

*reliquum eſſe; nec parcæ melioris participes fore. Quod ſi quam celerrime mortuus deuoretur, beatum hunc & felicem dicunt, huiuſque animam & demirantur quam maxime, & Deo ſimilem faciunt, & dignam omnino quæ in campos Elyſios deferatur. Accedit etiam, quod ſi obſcuriores quidam & infimæ ſortis, intereà dum rem militarem exercent, grauiſſimo morbo acrius vrgeantur, vt vel ſpirantes adhuc & ſobrios offerant, & quodam depoſitis loco, panis fruſtum & aquam baculumque iuxta apponant, vt quamdiu cibum poterunt deguſtare, & virium aliquid his relinquitur, eo ſe baculo à belluis tueantur, & conuiuas hoc abigant ad ſe venientes. Sin vero vel ſpirantes adhuc vis morbi peruicerit, atque adeo, vt manus mouere nil queant; tum miſeros illos & ſemimortuos, incipienteſque animam exhalare, aues caneſque deuorant, & vitæ ſpem demunt, ſi qua tunc forte fuiſſet. Qui vero ea ex ægritudine conualeſcunt, & ſe domum receperunt, haud ſecus viſi aliis ſunt, vt in Tragœdicis fit tabernaculis, ac ſi tenebrarum è foribus prodiiſſent, & extenuati prorſus, oriſque colore alienato, obuiis timorem incuterent: unde vniuerſi hos auerſantur, & perinde vt omnium ſceleratiſſimos confeſtim defugiunt, & tanquam apud inferos adhuc fora agentes declinant: nec priſtinis & conſuetis ad vitam muneribus frui, prius hos ſinunt, quam per Magos admiſſa in ſe inquinatio expurgetur, quam perinde ex mortis expectatione contraxerant & quaſi reuiuere poſſint, poteſtatem recipiant.* Idem Agathias refert, Philoſophos quoſdam è Perſide in patriam redeuntes, incidiſſe in cadauer cuiuſdam inceſto matris coitu polluti: quod inſepultum abiectum, alitibuſque expoſitum, illi humanæ conditionis miſeratione, & patrio Græcorum more, terra obruere ſemel atque iterum, ſed fruſtra & incaſſum conati, cum ſemper è terra corpus exiſteret atque emineret: quod cum mirum illis videretur, vni tandem ex his ſpectrum ſeſe obtulit: & eum qui male illos habebat ſcrupulum exemit, hoc diſticho,

Μὴ θάψῃς τὸν ἄθαπτον· ἔα κυσὶ κύρμα γενέσθαι.
Γῆ πάντων μήτηρ, μητροφθόρον οὐ δέχετ᾽ ἄνδρα.

quod male quidam ſub Titulo parricidarum locant; & ad μητροφόνοις ſeu μητροκτόνοις referunt, quod de μητροφθόρῳ ſcriptum eſt. Sed has Agathiæ verbis Perſis in æternum claudamus lumina noctem.

DE

# DE REGIO PERSARVM PRINCIPATV LIB. III.

OPERI inſtituto tanquam faſtigium liber hic imponet: quo rem cognitione digniſſimam, & quæ in Perſicarum antiquitatum tractatione non infimum locum obtinet, deſcribendam exponendamque ſuſcepimus. Militarem nimirum Perſarum diſciplinam atque induſtriam: ex qua non modicam laudem ea gens olim adepta eſt. Ad eam certe multum ſtudij non priuati modo, ſed & Reges ipſi, adhibebant. Etenim *Γερσῶν βασιλέα τῶν πολεμικῶν ἔργων ἰσχυρῶς ἐπιμελεῖσθαι*, Xenóph. in Oeconomico ſcribit. Bellicæ vtique laudes, ſupra ceteras ſemper in populo Perſico eminuerunt: eximioque ac præcipuo honore, in Perſide, fortitudine præſtantes viri adficiebantur. Primas enim honoris & gloriæ partes, bellicæ virtuti tribuiſſe Perſas, Herodotus lib. I. ſignificat, cum ait, *ἀνδραγαθίη δ' αὕτη ἀποδέδεκται, μετὰ τὸ μάχεσθαι εἶναι ἀγαθὸν, ὃς ἂν πολλοὺς ἀποδέξῃ παῖδας*. Eaque vel maxime gratia, ab ineunte ætate, Equitare, Iaculari, Sagittareque diſcebant: Venatu etiam exercebantur. Hæc enim iuſti prælij quaſi præludia erant. Et ita laboribus militaribus tolerandis, pæne à pueris adſueſcebant. Amm. Marcell. lib. XXXI. de Alanis, *Iuuentus vero equitandi vſu à prima pueritia coaleſcens, incedere pedibus exiſtimat vile; & omnes militaris diſciplinæ prudentes, ſunt bellatores. Vnde etiam Perſæ, qui ſunt originales Scythæ, pugnandi ſunt peritiſsimi.* Eademque de cauſa, & natare diſcebant, æſtumque & frigus perpeti: *ἅμα καὶ μεγαλοφωνίαν, καὶ πνεῦμα καὶ πλευρὰν ἀσκοῦντες· καὶ πρὸς καῦμα δὲ καὶ πρὸς ψῦχος, καὶ ὄμβρους, καὶ χειμάῤῥων διαβάσεις, ὡς ἄβροχα φυλάττειν καὶ ὅπλα καὶ ἐσθῆτα*, quemadmodum Strabo lib. XV. & ex eo Euſtathius in Dionyſ. de Situ Orbis, memorant.

Quinetiam vel in alta pace, gladio ſemper accincti ambulabant, vt Ammianus Marcell. lib. XXIII. indicat his verbis, *Omnes tamen* (de Perſis loquitur) *promiſcue vel inter epulas feſtoſque dies, gladiis cincti cernuntur: quem Græcorum veterum*

*morem abieciſſe primos Athenienſes, Thucydides eſt auctor ampliſſimus.* Ioſephus etiam lib. XVIII. Antiquit. Iud. cap. III. Regem Parthorum inter epulas à ſuis cæſum obtruncatumque narrans, ſubiicit, μαχαιροφορεῖν γὰρ ἔθος ἅπασιν. Quod Romanis, qui non niſi in procinctu, & ſagis ſumptis, gladio accingebantur, Barbaricum videbatur. Vnde Ouidius lib. v. Triſt. Getas ſemper enſe accinctos, mordet.

Equis quoque adſidue hæſiſſe Perſas, nec vnquam, pharetras humeris ſuſpenſas poſuiſſe, Herodianus lib. v. teſtatur his verbis, Τόξοις δὲ καὶ ἵπποις οὐκ εἰς τὸ πολεμεῖν μόνον χρῶνται, ὥσπερ Ῥωμαῖοι· ἀλλ' ἐκ παίδων σὺν αὐτοῖς ἀνατρέφονται, καὶ θηρῶντες διαιτῶνται, οὔτε τὰς φαρέτρας ποτὲ ἀποθέμενοι, οὔτε τῶν ἵππων ἀποβαίνοντες, ἀεὶ δὲ αὐτοῖς χρώμενοι, ἢ κατὰ πολεμίων, ἢ κατὰ θηρίων.

Iam Perſæ, ex quo primum per ætatem arma ferre poterant, in numeros referebantur. A viceſimo vero anno ſtipendia merere cœpiſſe, Strabo lib. XV. docet his verbis, στρατεύουσι δὲ καὶ ἄρχουσιν ἀπ' εἴκοσιν ἐτῶν ἕως πεντήκοντα, καὶ πεζοὶ καὶ ἱππεῦς.

Nec vero vacationem militiæ quiſquam habebat. Ad Delectum itaque cuncti iuniores reſpondere, & nomina dare, Regemque in militiam euntem ſequi cogebantur. Atque adeo ægre indigneque ferebant Reges militiæ vacationem à ſe poſtulari cum in expeditionem proficiſcebantur.

Proinde Darius, qui primus poſt ablatum Medorum Imperium, Perſas & magnam partem Orientis obtinuit, cum bellum Scythis Orientem cingentibus indixiſſet, rogatus ab Oeobazo nobili ſene, vt ex tribus liberis, vnum, in ſolatium, Patri relinqueret, duorum opera vteretur: plus quam rogabatur, pollicitus, omnes ſe illi remiſſurum dixit: & occiſos, in conſpectu parentis abiecit: quemadmodum Herodotus libro IIII. & Seneca libro III. de Ira, cap. XVI. narrant. Xerxes quoque Pythio Lydo quinque filiorum patri, vnius vacationem petenti, quem vellet, eligere permiſit: deinde quem elegerat, in partes duas diſtractum, ab vtroque viæ latere poſuit, & hac victima luſtrauit exercitum, vt Herodotus libro VI. & Seneca eiuſdem libri III. de Ira, cap. XVII. memoriæ prodiderunt. Graue ergo & Regibus inuiſum

delictum erat, militiæ munus detrectare. Cum autem copiæ conſcribendæ erant, exercituſque cogendus, alicui ex Satrapis id negotij dediſſe Regem, ait Herodianus libro III. Idemque lib. V. Mercenario milite Perſas ætate ſua minime vſos tradit: ſed nec ſtatiuis caſtris exercitum habitum: verum omnem populi, ac vel ipſarum quandoque mulierum, multitudinem Regis Imperio cogi ſolitam: quæ mox bello peracto, ſuas protinus in ſedes dimittebatur, abſque aliis ſtipendiis, commodis, aut præmiis quam his, quæ cuique ex præda ſupererant. Verba Herodiani de Perſis loquentis ſunt: οὐ γὰρ δὴ μισθοφόροις χρῶνται στρατιώταις οἱ βάρβαροι ὥσπερ Ῥωμαῖοι, οὐδὲ στρατόπεδα ἔχουσι συνεστῶτα καὶ μένοντα, πολέμου τέχνας ἐγγεγυμνασμένα· ἀλλὰ πᾶν τὸ πλῆθος τὸ ἀνδρῶν, ἔσθ' ὅπῃ καὶ τὸ γυναικῶν, ἐπὰν κελεύσῃ βασιλεὺς, ἀθροίζεται. διαλυθέντος δὲ τοῦ πολέμου, ἕκαστος εἰς τὰ ἑαυτοῦ ἐπανέρχεται, τοσοῦτον ἀποκερδήσας ὅσα ἂν ἐξ ἁρπαγῆς αὐτῷ περιγένηται. Amm. Marcell. lib. XXIII. *Militari cultu ac diſciplina, præludiiſque continuis rei caſtrenſis & armaturæ, quam ſæpius formauimus, metuendi vel exercitibus maximis, equitatus virtute confiſi, vbi deſudat nobilitas omnis & ſplendor. Pedites enim in ſpeciem Mirmillonum contecti, iuſſa faciunt, vt calones: ſequiturque ſemper hæc turba tanquam addicta perenni ſeruitio, nec ſtipendiis aliquando fulta nec donis: & gentes plurimas præter eas quas abunde perdomuit, ſub iugum hæc natio miſerat, ita audax & ad pulueres Martios erudita, vt bellis ciuilibus externiſque adſidue vexaretur.*

Generaliter vero ad Perſarum armatura hæc Herodotus & Xenophon ſcribunt. Ille quidem lib. VII. exercitum Xerxis recenſens, Πέρσαι μὲν, ait, ὧδε ἐσκευασμένοι· περὶ μὲν τῇσι κεφαλῇσι εἶχον Τιάρας, καλεομένους πίλους ἀπαγέας· περὶ δὲ τὸ σῶμα κιθῶνας χειριδωτοὺς ποικίλους, λεπίδος σιδηρέης ὄψιν, ἰχθυοειδέος· περὶ δὲ τὰ σκέλεα Αναξυρίδας· ἀντὶ δὲ ἀσπίδων, γέρρα· ὑπὸ δὲ, φαρετρεῶνες ἐκρέμαντο. αἰχμὰς δὲ βραχέας εἶχον, τόξα δὲ μεγάλα, ὀϊστοὺς δὲ καλαμίνους· πρὸς δὲ, ἐγχειρίδια παρὰ τὸν δεξιὸν μηρὸν παραιωρεύμενα ἐκ τῆς ζώνης. Et paulo poſt, Μῆδοι δὲ τὴν αὐτὴν ταύτην ἐσταλμένοι ἐστρατεύοντο. Μηδικὴ γὰρ αὕτη ἡ σκευή ἐστι, καὶ οὐ Περσική. Xenophon vero lib. VII. παιδείας: ὡπλισμένοι δὲ πάντες ἦσαν, οἱ περὶ τὸν Κῦρον, τοῖς αὐτοῖς Κύρῳ ὅπλοις, χιτῶσι φοινικοῖς, θώραξι χαλκοῖς, κράνεσι χαλκοῖς, λόφοις

λευκοῖς, μαχαίραις, παλτῷ κρανείνῳ ἑνὶ ἕκαστος. οἱ δὲ ἵπποι, προμετωπιδίοις καὶ προστερνιδίοις καὶ παραπλευριδίοις χαλκοῖς· τὰ δ᾽ αὐτὰ ταῦτα καὶ παραμηρίδια ἦν τῷ ἀνδρί. τοσοῦτο δὲ μόνον διέφερον τὰ Κύρου ὅπλα, ὅτι τὰ μὲν ἄλλα ἐκέχριστο τῷ χρυσοειδεῖ χρώματι. τὰ δὲ Κύρου ὅπλα, ὥσπερ κάτοπτρον ἐξέλαμπεν. Vulgaria tamē Perſarum Arma, ſiue ad nocendum, ſiue ad tegendum; erant hæc, Acinaces, Copis, Sagaris, Lorica, Gerra, Pelta, Tela, Iacula, Arcus, Sagittæ, Fundæ: de quibus ſingillatim dicam. Sane vulgarem Perſicum gladium ACINACEM appellatum nemo ignorat. Herodot. lib. VII. Περσικὸν ξίφος, τὸ Ἀκινάκην καλέουσι. Vnde Polemon in Epitaphio Callimachi Ἀκινάκην Μηδικὸν dixit.

Acinaces autem Perſarum breues fuiſſe, declarat Ioſephus, dum ſicariorum gladiolos adſimiles facit Acinacibus Perſarum. Sic enim lib. XX. Antiquitat. de ſicariis loquens, χρώμενοι ξιφιδίοις, παραπλησίοις μὲν τὸ μέγεθος τοῖς τῶν Περσῶν Ἀκινάκαις, ἐπικαμπέσι δέ. Herodotus lib. VII. dum Perſarum armaturam deſcribit, habuiſſe eos, ait, ἐγχειρίδια παρὰ τὸν δεξιὸν μηρὸν παραιωρεύμενα ἐκ τῆς ζώνης. Moſcopulus ἐν ἐκλογῇ, Ἀκινάκης τοῦ Ἀκινάκου· ἔστι δὲ ἐγχειρίδιον βαρβαρικὸν ὃ φασὶν οἱ Ἕλληνες παραμαχαίριδιον. Vnde apparet pugiones, ex zona aut baltheo appenſos habuiſſe, qui incumbebant in dextrum femur: cum ex altera parte ſagittæ & pharetræ penderent. Plutarchus in Artaxerxe, de coniuratis qui Artaxerxi cædem inferre moliebantur, ὡς δὲ εἶδεν ἐσπασμένους τὰ ἐγχειρίδια καὶ προσφερομένους. Alexandrum etiam, priore contra Darium prælio, in femore vulneratum ἐγχειριδίῳ, Plutarchus in Alexand. narrat & certe, vt Curtius ait lib. III. *ſumma dumtaxat cutis in ſemine perſtricta* non prohibuit eum intereſſe conuiuio. Darius vero, cum animaduertiſſet, multum priore prælio, ad victoriam obtinendam adiumenti, longitudinem Gladiorum, Haſtilium, Spiculorumque attuliſſe, τὰ μὲν ξίφη, vt Diodorus Sicul. lib. XII. narrat, καὶ τὰ ξυστὰ πολὺ μείζω τῶν προγεγενημένων ἐποίησε.

Breuiores quoque fuiſſe Perſarum gladios, indicio eſt quod Diodorus lib. XVII. de Dario ad Iſſum bello victo, narrat, τὰ ξίφη, καὶ τὰ ξυστὰ, πολὺ μείζω τῶν προγεγενημένων ἐποίησε, διὰ τὸ δοκεῖν διὰ τούτων πολλὰ τὸν Ἀλέξανδρον ἐν τῇ περὶ

Κιλικίας μάχῃ πεπλεονεκτηκέται. Vaginam autem Acinacis Perſicam ab eodem Dario, in eam formam qua Græci vtebantur, mutatam fuiſſe, Q. Curtius libro tertio, ſcribit. ACINACEM tamen Heſychius, Suidas, & Etymologici auctor, non ſolum Περσικὸν ξίφος, verum etiam μικρὸν δόρυ interpretantur.

COPIDEM Perſas dextra geſtaſſe, Xenophon lib. III. παιδ. docet. Etenim arma Perſarum recenſens ait, Κοπὶς δὲ ἢ Σάγαρις, τὴν δεξιάν. Idem Xenophon lib. VIII. παιδ. καὶ οἱ πεζοὶ ἔχουσι μὲν γέῤῥα, καὶ Κοπίδας, καὶ Σαγάρεις, ὥσπερ ἐπὶ Κύρου, τὴν μάχην ποιησάμενοι. Copidem etiam vt gladij Perſici genus, Plutarchus in Alexandro memorat. Idem in Ariſtide, Perſas in Platæenſi pugna Copidibus vſos oſtendit, καὶ περὶ τὰς, inquiens, ξιφουλκίας οὐκ ἀργῶς, ἀλλὰ ταῖς Κοπίσι καὶ τοῖς ἀκινάκαις χρώμενοι. Polemon in epitaphio Callimachi, οὐ Κοπίδι Περσικῇ, οὐκ αἰχμῇ Βαβυλωνίᾳ, οὐ πελέκει Φοινικῷ. Κοπίδα autem & μάχαιραν pro eodem vſurpat Polybius in arte equeſtri: traditque, ſublimi & edito loco plagam violentius Copide, quam enſe, infligi. Copidas vero fuiſſe gladios falcatos, & leuiter curuatos, declarat. Q. Curt. lib. VIII *Copidas vocant, Gladios leuiter curuatos, falcibus ſimiles, queis amputabant belluarum manus.*

SAGARI quoque vſos in præliis, & hæc illis communia cum Amazonibus arma fuiſſe, inuenio. Xenoph. Ἀναβάσ. lib. IIII. ἔχοντα τόξον Περσικὸν καὶ φαρέτραν, καὶ Σάγαριν οἵαν περ αἱ Ἀμαζόνες ἔχουσιν. Heſychius πελέκιον exponit, & μονόστομον. Sagarim tamen, Copidem, & μάχαιραν, vt ſynonyma ponit Xenoph. lib. II. παιδ. his verbis, μάχαιραν δὲ ἢ Σάγαριν, ἐν τῇ δεξιᾷ. & alias eodem lib. Κοπὶς δὲ, ἢ Σάγαρις, εἰς τὴν δεξιάν.

Præterea Perſas milites loricatos fuiſſe, thoraceque ſquamis aſpero, corpus texiſſe & muniſſe, Herodot. lib. VII. docet. Illic enim eorum arma deſcribens habuiſſe ait, περὶ τὸ σῶμα κιθῶνας χειριδωτοὺς ποικίλους, λεπίδος σιδηρέης, ὄψιν ἰχθυοειδέος. Idem libro nono, de Maſiſtio Perſa qui in Platæenſi acie cecidit, ἐντὸς, ait, θώρηκα εἶχε χρύσεον λεπιδωτόν· κατύπερθε δὲ τοῦ θώρηκος, κιθῶνα φοινίκεον ἐνεδεδύκεε. τύπτοντες δὲ εἰς τὸν θώρηκα αὐτοῦ, ἐποίευν οὐδέν. Xenophon libro ſecundo, παιδ. Κύρ.

Cyrum iiſdem armis Perſas induiſſe narrans, quibus Homotimi vtebantur, in his ponit, θώρακα περὶ τὰ στέρνα. Idem lib. IIII. Ἀλλὰ μὴν καὶ οἷς γε δεῖ ἄνδρα ἱππέα χρῆσθαι, ἔχομεν θώρακας μὲν, ἐρύματα τῶν σωμάτων. Fuiſſe vero Perſarum Loricam ſquameam aut ſquamoſam, ſeu ſquamis conſertam, indicant Herodotus & Strabo: quorum hic, κιθῶνα λεπιδωτόν: ille χιτῶνα φολιδωτόν, vocat: quæ duo idem valent, Nam quæ in Reptilibus, φολίς, ea in Natantibus λεπὶς dicitur. Ac plane, Loricæ ſquamas tribuit Virgil. Æneid. lib. IX. cum ait, *quam nec duo taurea terga.*

*Nec duplici ſquama Lorica fidelis & auro,*
*Suſtinuit.* Sic & Siluius lib. V.
*Loricam induitur: tortos huic nexilis hamos*
*Ferro ſquama rudi permiſtoque aſſerat auro.*

Quinetiam θώραξ, à Poſſidippo, apud Athen. lib. IX. φολιδωτὸς appellatur. Priſcis vero temporibus lineas fuiſſe loricas tradit Xenophon libro VI. παιδ. his verbis, ἐπεὶ δ᾽ ἔμελλε τὸν λινοῦν θώρακα, ὃς ἐπιχώριος ἦν αὐτοῖς, ἐνδύεσθαι, προσφέρει αὐτῷ ἡ Πάνθεια χρυσοῦν κράνος. Alexandrum nouiſſimo contra Darium prælio, θώρακα διπλοῦν λινοῦν geſtaſſe, ἐκ τῶν ληφθέντων ἐν Ἰσσῷ, Plutarch. in eius vita refert. Et ita armatum fuiſſe Aiacem Oileum, Homerus libro II. Iliad. docet, λινοθώρηκα vocans. Cuiuſmodi Loricas Iphicratem Athenienſem ducem probaſſe, Æmilius Probus in eius vita ſcribit, his verbis: *Idem, genus Loricarum mutauit: & pro ferreis atque æneis, Lineas dedit: quo facto expeditiores milites reddidit. Nam pondere detracto, vt æque corpus tegerent, & leues eſſent, curauit.* Poſtea ex ære & ferro cudi, apud Perſas, Loricæ cœpere. Xenophon lib. VII. Pæd. ὡπλισμένοι δὲ πάντες ἦσαν οἱ περὶ τὸν Κῦρον θώραξι χαλκοῖς. Parthos etiam Plutarchus in Craſſo ait in acie conſtitiſſe φλογοειδεῖς, κράνεσι καὶ θώραξι, τοῦ Μαργιανοῦ σιδήρου στίλβοντος ὀξὺ καὶ περιλαμπὲς, narrat. Plenius vero Suidas equitis Parthi Thoracem deſcribit hoc modo: Θώραξ· τὸ μὲν αὐτοῦ πρόσω, στέρνα τε καὶ μηρούς, καὶ χεῖρας ἄκρας, καὶ κνήμας, καλύπτει· τὸ δὲ ὄπισθεν, νῶτά τε καὶ τὸν αὐχένα καὶ τὴν κεφαλὴν ἅπασαν. περόναι δέ εἰσι πρὸς ταῖς πλευραῖς πεποιημέναι αἷς ἑκάτερον τῶν μερῶν συμπορπηθὲν, ὅλον σιδηροῦν ποιεῖ φαίνεσθαι τὸν ἱππέα. κωλύει δὲ οὐδὲν ὁ σίδηρος οὔτε τὰς ἐκτάσεις τῶν,

μελῶν, οὔτε τὰς συςολάς. οὕτως ἀκριϐῶς πρὸς τὴν τῶν μελῶν φύσιν πεποίηνται. Thoracem vero Perſarum Ammianus Marcellinus libro XXV. ita deſignat: *Radiantes Loricæ niueis limbis circundatæ, ferrei & corruſci Thoraces, longe proſpecti, adeſſe Regis copias indicabant.* Ex quibus apparet Perſis, continuum ferri tegimen fuiſſe; de qua poſteriorum temporum armatura infra dicam. Ab Ægyptiis autem Thoracas mutuatos eſſe Perſas Herodotus libro I. indicat. Eos enim peregrina inſtituta facile ſibi adſciuiſſe ait: ξεινικὰ δὲ νόμαια Πέρσαι προσίενται, ἀνδρῶν μάλιςα. καὶ γὰρ δὴ τὴν Μηδικὴν, ἐσθῆτα νομίσαντες τῆς ἑωυτῶν εἶναι καλλίω, φορέουσι· καὶ ἐς τοὺς πολέμους, τοὺς Αἰγυπτίους θώρακας. Σπολάδα etiam pro Thorace, quoſdam geſtaſſe, Pollux libro VII. cap. decimoquinto, ex Xenophonte refert.

Præterea Perſæ GERRA, id eſt è cratibus contexta ſcuta, clypeorum vice, geſtabant. Et quidem ἀντὶ Ἀσπίδων, Γέῤῥα habuiſſe eos, Herodotus lib. VII. auctor eſt. Harpocration. Περσικὰ μέν τινὰ ὅπλα τὰ Γέῤῥα ἐστί. Suidas, Γέῤῥα, Περσικὰ ἐστὶ κυρίως ὅπλα. Et alibi, Γέῤῥα, Ἀσπίδες Περσικαὶ ἐκ λύγων. Et mox, τινὰ δὲ Δερμάτινα σκεπάσματα καὶ Περσικὰ, οἷς ἀντ' ἀσπίδων ἐχρῶντο. Similiter Strabo lib. XV. de Perſis verba faciens, ὁπλίζονται, ait, γέῤῥῳ ῥομϐοειδεῖ. Scuta quoque Perſica, GERRA appellata, notat Ælius Dionyſius: ex quo Euſtathius in lib. XXII. Odyſſ. hæc deſcripſit, Γέῤῥα, ἀσπίδες Περσικαὶ, ἐκ λύγων, καὶ οἰσύϊνοι. Vnde apparet fuiſſe è vimine textas crates, quibus Clypeorum ſeu ſcutorum loco vtebantur. Et quidem Gerra hæc, ῥομϐοειδῆ fuiſſe, Strabo ait libro XV. id eſt figura quadrilatera: quæ æquilatera quidem, ſed non rectangula. At ῥομϐοειδὲς, Mathematicis eſt, Quadrilaterum, quod neque æquilaterum eſt, neque rectangulum: habet autem oppoſita latera, & angulos inter ſe æquales. Sic enim ῥομϐοειδὲς definitur ab Euclide lib. primo Elementorum: τετράπλευρον ὃ οὔτε ἰσόπλευρον οὔτε ὀρθογώνιον, ἔχει δὲ τὰς ἀπεναντίον πλευράς τε καὶ γωνίας ἴσας. Ea vero GERRA, grandiora fuiſſe Scutis Romanorum & Gallicis ſimilia, Pauſanias in Phocicis ſcribit. Ac plane totum corpus operuiſſe ea, ac ad pedes pertinuiſſe, pertigiſſeque, indicio mihi eſt Xenophon, qui lib. VIII. παιδ. μεγάλα ὁπλῖτας Γέῤῥα

habuiſſe ait. Apertiuſque libro VI. σὺν ἀσπίσι ταῖς ποδήρεσι, Perſas pugnaſſe & in acie conſtitiſſe ſcribit. Apud Suidam Γερροφόροι exponuntur, οἱ τὰ γέρρα, ἤτοι ξυλίνας καὶ ποδήρεις ἀσπίδας, φοροῦντες. Hinc eſt quod Ammianus libro XXIII. de Perſis, *Pedites*, ait, *in ſpeciem Mirmillonum contecti iuſſa faciunt.* Repugnat tamen ſuperioribus Diod. Sicul. qui Perſas ſcutis & Peltis breuioribus vſos, leuioriq; armatura tectos li. XVII. ita ſcribit, τῶν δὲ Ἑλλήνων ὑπερεχόντων ταῖς ἀρεταῖς, καὶ τῷ μεγέθει τῶν ἀσπίδων, μόγις ἐνέδωκαν οἱ Μῆδοι. Et mox de Ciſſijs & Sacis, κλινόμενοι δ᾽ ὑπὸ τῶν περὶ τὸν Λεωνίδην, καὶ βιασθέντες, ὑπεχώρησαν. Ἀσπίσι γὰρ καὶ πέλταις μικραῖς οἱ βάρβαροι χρώμενοι, κατὰ μὲν τὰς εὐρυχωρίας ἐπλεονέκτουν, εὐκίνητοι γενόμενοι. κατὰ δὲ τὰς στενοχωρίας, τοὺς μὲν πολεμίους οὐκ εὐχερῶς ἐτίτρωσκον, συμπεφραγμένους, καὶ μεγάλαις ἀσπίσι σκεπαζομένους ὅλον τὸ σῶμα· αὐτοὶ δὲ διὰ τὰς κυφότητας τῶν σκεπαστηρίων ὅπλων ἐλαττούμενοι, πυκνοῖς τραύμασι περιέπιπτον. Quæ verba vt Scutorum Græcorũ amplitudinem longitudinemque, ita ex contrario, Perſicorum breuitatem declarant. Clypeos certe Græcorum, ante Iphicratis tempora, maximos fuiſſe, idem Diodorus libro XIII. docet, de Iphicrate loquens, in hunc modum: τῶν γὰρ Ἑλλήνων μεγάλαις ἀσπίσι χρωμένων, καὶ διὰ τοῦτο δυσκινήτων ὄντων, συνεῖλε τὰς ἀσπίδας, καὶ κατεσκεύασε πέλτας συμμέτρους· ἀμφοτέρων εὖ στοχασάμενος τοῦ τε σκέπειν τὰ σώματα, καὶ τοῦ δύνασθαι τοὺς χρωμένους ταῖς πέλταις, διὰ τὴν κουφότητα, παντελῶς εὐκινήτους ὑπάρχειν. Quorum verborum interpretationem faciet Æmilius Probus, qui in Iphicratis vita, præclarum illum Atheniẽſem Imperatorem pedeſtria arma mutaſſe refert. *Nam cum ait ille, ante illum Imperatorem; maximis Clypeis, breuibuſque Haſtis, minutis Gladiis, vterentur: ille, contrario, Peltam pro Parma fecit, à quo poſtea Peltaſtæ pedites appellantur: vt ad motus concurſuſq; eſſent leuiores.*

Inter Perſarum arma, numerantur & *Palta*. Aliud autem eſt *Pelta*, aliud *Paltum*. *Pelta* enim, vt Liuius lib. XXVIII. tradit, *Cetræ haud diſsimilis* erat. Seruius in I. Æneid. *Peltas*, interpretatur *ſcuta breuiſsima, in modum Lunæ iam mediæ.* Vnde & *Lunatas Peltas* Virgilius appellat. Non. Marcell. *Cetra ſcutum breue: Virgil. lib. VII. Læuas Cetra tegit. Peltæ, ſcuta Amazonica.* Ac plane Plin. lib. duodecimo cap. V. *Peltam Ama-*

*xonicam* dixit. Cuiuſmodi ſcutis armati, *Cetrati* & *Peltaſtæ* vocantur; Liuius libr. xxxi. *Noctu, Cetratos, quos Peltaſtas vocant, loco opportuno inter bina caſtra in inſidiis abdiderat.* Quorum Peltaſtarum originem ad auctorem Iphicratem Athenienſem, referunt Diodor. Sicul. lib. xiii. & Æmilius Prob. in Iphicrate. Suidas in Καταπέλτης: Πέλτη, γὰρ ἀσπὶς μικρὰ μὴ ἔχουσα ἰμάντα. καὶ καταπελτάσται, οἱ ταῦτα πέμποντες. Moſchopul. ἐν ἐκλογῇ, ex Æliano de Inſtruendis aciebus, οἱ δὲ πελτασταὶ μέσην πως κέχρηνται σκευῇ ἡ γὰρ πέλτη, μικρά τις ἐστὶν ἀσπίδισκη καὶ κούφη καὶ τὰ δόρατα πολὺ τῶν ὁπλιτῶν λειπόμενα.

Ad *Paltum*, iaculi ſeu haſtilis genus eſt, Suidas Παλτά, τὰ δόρατα. ὁ δὲ Κῦρος ἀναβὰς ἐπὶ τὸν ἵππον, τὰ παλτὰ ἐπὶ τὰς χεῖρας ἔλαβε. Ξενοφῶν· καὶ Ἀρριαιός, ἐξηκόντιζον εἰς τοὺς προμαχομένους τοῦ τείχους οἱ μὲν, παλτά. οἱ δὲ, τοξεύματα, ἐν δὲ τῇ δεξιᾷ ἔχων παλτὸν ὡς ἑξάπηχυ, ἔμπροσθεν μὲν λόγχην ἔχον, ὄπισθεν δὲ αὖ τοῦ ξύλου σφαιροειδές. Heſych. Παλτὰ, ἀκόντια, λόγχαι· Παλτῶν, ἀκοντίων. Ἀκόντιον autem idem, δοράτιον καὶ μικρὰν λόγχην exponit, id eſt haſtile, ſpiculum. Et huiuſmodi Paltis armati Adoleſcentes, venatum proficiſcebantur, vt Xenophon libr. I. παιδ. ſcribit. Hiſceque *Paltis* vſos Perſas, vbi manus cum hoſte conſerebant, idem libr. VII. παιδ. indicat. Rurſuſque lib. VIII. cominus, hiſce Paltis, pugnatum, ex Cyri inſtituto, docet his verbis, Κῦρος τοὺς μὲν ἀκροβολίζεσθαι ἀποπαύσας, θωρακίσας δὲ καὶ αὐτοὺς καὶ ἵππους, καὶ ἓν παλτὸν ἑκάστῳ δοὺς εἰς χεῖρα, ὁμόθεν τὴν μάχην ἐποιεῖτο. Proinde quod eod. libr. ſcribitur, ἐφαίνοντο δὲ οἱ περὶ αὐτὸν Σκηπτοῦχοι, ἐφ' ἵππων κεκοσμημένοι σὺν τοῖς πελτοῖς, an rectum ſit, in dubium vocari poteſt. Nam peltatos aut cetratos fuiſſe Sceptuchos, quod aliquando probaui, nunc non placet: ac forte παλτοῖς ſcripſiſſe Xenophontem, primo aſpectu facile ſibi quiſque perſuaſerit. Verum Peltam etiam πέλτον à Græcis vocari Suidas docet: ait enim, πέλτον, θωρακικὸν ὅπλον, καὶ ἀσπὶς ἴτυν μὴ ἔχουσα. Quod autem ait ἴτυν, ab Heſychio illuſtratur, apud quem ἴτυς dicitur eſſe ἡ ἐσχάτη ἁψίς, ἡ περιφέρεια τῆς ἀσπίδος καὶ τοῦ τροχοῦ, καὶ παντὸς περιφεροῦς τὸ τελευταῖον μέρος. Idem Suidas, Peltas & Palta confundit in hunc modum; Πέλται, λόγχαι καὶ ἀσπίδες τετράγωνα, καὶ καταπέλται. Sed & Heſychius Πέλτη, εἶδος ὅπλου, δόρου· ἡ μικρὰ ὅπλα. Πέλτη,

Totis vero lacertis ac viribus, validos arcus intendebant Plutarchus in Craſſo, οἱ δὲ Πάρθοι, διαστάντες, ἐκ μήκους ἤρξαντο τοξεύειν ἅμα πανταχόθεν, οὐ τὴν ἀκριβῆ τοξείαν (ſic enim pro τάξιν emenda ex Appiani Parthicis) ἡ γὰρ συνέχεια καὶ πυκνότης τῶν Ῥωμαίων. οὐδὲ τῷ βουλομένῳ διαμαρτάνειν ἀνδρὸς παρεῖχεν· εὐτόνους δὲ τὰς πληγὰς καὶ βιαίους διδόντες, ἀπὸ τόξων κραταιῶν καὶ μεγάλων, καὶ τῇ σκολιότητι τῆς καμπῆς, ἠναγκασμένον τὸ βέλος ἀποστελλόντων. Nec peditibus modo, ſed & ipſis equitibus ſuſpenſæ ab humeris ſagittæ pendebant. Ouidius lib. II. Faſtor.

*Nunc petit Armenius pacem: quum porrigit Arcum*
*Parthus eques.*

Quinetiam non tantum in aciem aduerſus hoſtes conſiſtentes, verumetiam terga vertentes, fugamq; capientes, ſagittas aduerſus inſequentes emittere notant. Plutarchus in Craſſo, ὑπέφευγον γὰρ ἅμα βάλλοντες οἱ Πάρθοι καὶ τοῦτο κράτιστα ποιοῦσι μετὰ Σκύθας καὶ σοφώτατόν ἐστιν ἀμυνομένους ἐπὶ τῷ σώζεσθαι, τῆς φυγῆς ἀφαιρεῖν τὸ αἰσχρόν. ἄχρι μὲν οὖν ἤλπιζον αὐτοὺς ἐκχεαμένους τὰ βέλη, σχήσεσθαι μάχης, ἢ συνάψειν εἰς χεῖρας, ἐκαρτέρουν. Vnde Virgilius lib. III. Georgic. *Fidentemque fuga Parthum, verſisque ſagittis*: ad quem locum Seruius, *Bene*, ait, *Fidentem: tunc enim melius iaculantur ſagittas.* Inde & Horatius Ode II. libro I. *Verſis animoſum equis Parthum* appellat: vbi interpres *Verſis ait, id eſt, verſis in fugam.* Sic, *Et miſſam Parthi poſcunt in terga ſagittam.* Atq; hinc Ouidius *Parthos fugaces* lib. I. de Remed. Amor. dixit. Leo Imperator in Tactico, cap. XVIII. num. XXXVIII. *Quidam enim ex hoſtibus, vt Perſæ, cum aciem diſſoluere nolint, facile terga ſua obiiciunt iis qui contra eos conuerſi ſunt, & quaſi fugiendo pugnant.*

Procopii autem ætate Perſæ licet ſupra ceteras gentes arcus paulo momento tendere, adductis cornibus celeriter flectere, à pueris, didiciſſent, remiſſius tamen eos intendebant: atque ita deſtinata mollius feriebant: adeo vt nec ſcuta nec loricas traiicerent. Procopii lib. I. de bello Perſ. verba ſunt hæc: Πέρσαι τοξόται σχεδόν τι εἰσὶν ἅπαντες καὶ πολὺ θᾶσσον ἢ ἄλλοι ξύμπαντες ἄνθρωποι, ποιεῖσθαι τὰς βολὰς ἐκδιδάσκονται. ἐκ δὲ τόξων μαλθακῶν τε καὶ οὐ λίαν ἐντεταμένων βαλλόμενα, θώρακι ἴσως ἢ κράνει, ἢ καὶ ἀσπίδι ἐντυχόντα. Ῥωμαίου ἀνδρὸς, ἀπο-

καυλίζετό τι, καὶ λυπεῖν τῶν προσπιπτόντων οὐδαμῇ εἶχε. Ῥωμαίων δὲ τὰ τοξεύματα, βραδύτερα μὲν ἐς ἀεὶ εἰσίν· ἅτε δὲ ἐκ τόξων σκληρῶν τε ὑπεράγαν καὶ δεινῶς ἐντεταμένων βαλλόμενα. προσθείη δὲ ἄν τις καὶ πρὸς ἀνδρῶν ἰσχυροτέρων πολλῷ ἔτι μᾶλλον ἢ οἱ Πέρσαι· οἷς ἂν ἐντύχοιεν, εὐπετῶς σίνονται, ὅπλου οὐδενὸς ἐμποδὼν αὐτῶν γινομένου τῇ ῥύμῃ. Sagittarios vero ſui ſæculi priſcis heroicorum temporum Sagittariis longe præſtitiſſe, idem Procopius initio eius libri prædicat hoc modo: οἱ δὲ τανῦν τοξόται, ἴασι μὲν ἐς μάχην τεθωρακισμένοι τε καὶ κνημῖδας ἐναρμοσάμενοι, μέχρι ἐς γόνυ· ἤρτηται δὲ αὐτοῖς ἀπὸ μὲν τῆς δεξιᾶς πλευρᾶς, τὰ βέλη· ἀπὸ δὲ τῆς ἑτέρας, τὸ ξίφος. εἰσὶ δὲ οἷς καὶ δόρυ προσαποκρέμαται, καὶ βραχεῖά τις ἐπὶ τῶν ὤμων ἀσπὶς, ὀχάνου χωρὶς. ῥέα τά τε ἀμφὶ τὸ πρόσωπον καὶ αὐχένα ἐπικαλύψειεν. ἱππεύονται δὲ ὡς ἄριστα· καὶ θέοντος αὐτοῖς ὡς τάχιστα τοῦ ἵππου, τὰ τόξα τε οὐ χαλεπῶς ἐντείνειν οἷοί τε εἰσὶν ἐφ' ἑκάτερα, καὶ διώκοντάς τε βάλλειν τοὺς πολεμίους καὶ φεύγοντας. ἕλκεται δὲ αὐτοῖς κατὰ τὸ μέτωπον ἡ νευρά, παρ' αὐτὸ μάλιστα τῶν ὤτων τὸ δεξιόν, τοσαύτης ἀλκῆς ἐμπιπλῶσα τὸ βέλος, ὥστε τὰ εἰς προσπίπτοντα κτείνειν, οὔτε ἀσπίδος ἴσως, οὔτε θώρακος ἀποκρούεσθαί τι δυναμένου τῆς ῥύμης.

Suis quoque temporibus vti ex ſagittarum numero, eorum qui in acie ceciderant, numerum inirent Perſæ, docet Procopius libr. I. his verbis: νόμος ἐστὶ Πέρσαις, ἡνίκα ἐπὶ τῶν πολεμίων τινὰς στρατεύεσθαι μέλλουσι, τὸν μὲν βασιλέα ἐπὶ θρόνου τοῦ βασιλείου καθῆσθαι· κοφίνους δὲ οἱ πολλοὺς ἐνταῦθά πῃ εἶναι· καὶ παρεῖναι μὲν τὸν στρατηγὸν, ὃς δὴ τῷ στρατῷ ἐπὶ τοὺς ἐναντίους ἐξηγήσεσθαι ἐπίδοξος ἐστί· παριέναι δὲ τὸ στράτευμα τοῦτο ἐς τοῦ βασιλέως τὴν ὄψιν, κατ' ἄνδρα ἕνα· καὶ αὐτῶν ἕκαστον, βέλος ἓν ἐς τὰς ταρπὰς ῥιπτεῖν· μετὰ δ', αὐτὰς μὲν τῇ βασιλέως σφραγῖδι κατασεσημασμένας φυλάσσεσθαι· ἐπειδὰν δὲ εἰς Πέρσας ἐπανήκοι τὸ στράτευμα τοῦτο, τῶν στρατιωτῶν, ἕκαστον ἐκ τῶν ἀρρίχων ἓν ἀφαιρεῖσθαι βέλος. ἀριθμοῦντες οὖν τῶν βελῶν ὅσα πρὸς τῶν ἀνδρῶν οὐχ ἥρηνται, οἷς ἐπίκειται ἡ τιμὴ αὕτη, ἀγγέλλουσι τῷ βασιλεῖ τὸ πλῆθος τῶν οὐκ ἐπανηκόντων στρατιωτῶν· ταύτῃ τε ὅσοι ἐν τῷ πολέμῳ τεθνήκασιν ἔνδηλοι γίνονται. οὕτω μὲν οὖν Πέρσαις ὁ νόμος, ἐκ παλαιοῦ ἔχει. Atque ita ex ſagittarum vacantium numero, Cadmeam fuiſſe eam victoriam quam de Belliſario reportaſſe ſe Ezaretaus gloriabatur, ibidem ait.

Sed & Diuus Ambroſius, de Sagittariis ſuorum temporum Perſis, deque eorum pugnandi ratione hæc lib. VI. Hexaemeron, cap. V. ſcribit. *Inde gens Perſarum, ferox bellis, valida ſagittis, omniumque telorum iactu, quia de ſuperioribus ad inferiora validiore niſu tela torquentur. Acies eorum velut gradientibus turribus ſepta, procedit. In mediis campis, tanquam de muro dimicant, & velut in arce quadam & ſpecula collocati, ſpectant magis bella, quam ſubeunt. Ita alieni à periculo videntur, tuti molibus beſtiarum.* Verum, vt ad priſcos Perſas regrediar, ex hac ſagittandi adſiduitate, Perſis *Pharetrata* dicitur à Virgilio lib. IIII. Georgic. & Suſa, *Pharetrata*, à Claudiano, de bello Gildonico. Veteres quoque Perſas ſagittas Equis, etiam fugæ ſeſe dantes, aduerſus hoſtes (quod à Parthis factitatum ſupra diximus) emiſiſſe, teſtatur Xenophon, lib. III. Ἀναβάσ. his verbis, οἱ δὲ βάρβαροι ἱππεῖς, καὶ φεύγοντες ἅμα ἐτίτρωσκον, εἰς τοὔπισθεν τοξεύοντες ἀπὸ τῶν ἵππων. Cuius generis Equites, ſagittis ex equis vtẽtes, Græci ἱπποτοξότας vocant: quod nomen, ciuitatis Romanæ iure Hirtius lib. de bello Afr. donauit. Huius autem rei peritiam, vti Perſæ adſequerentur, Lucianus in Hermotimo docet his verbis: ἀλλ' οὐ Πέρσαι γε οὕτω ποιοῦσιν, οὐδὲ Σκυθῶν ὅσοι τοξόται· ἀλλὰ πρῶτον μὲν αὐτοὶ κινούμενοι, ἀφ' ἵππων ὡς τὸ πολὺ τοξεύουσιν. ἔπειτα δὲ καὶ τὰ τοξευόμενα κινεῖσθαι ἀξιοῦσιν, οὐχ ἑστῶτα, οὐδὲ περιμένοντα τὸ βέλος, ἔστ' ἂν ἐμπέσῃ· ἀλλὰ διαδιδράσκοντα ὡς ἔνι μάλιστα. θηρία γέ τοι ὡς τὸ πολὺ κατατοξεύουσι, καὶ ὀρνίθων ἔνιοι τυγχάνουσι. ἢν δέ ποτε καὶ ἐπὶ σκοποῦ δέῃ πειραθῆναι τὸν τόνον τῆς πληγῆς, ξύλον ἀντίτυπον ἢ ἀσπίδα ὠμοβοΐνην προθέμενοι, διελαύνουσι, καὶ οὕτω πιστεύουσι καὶ διὰ τῶν ὅπλων σφίσι χωρῆσαι τοὺς ὀϊστούς. Parthorum vtique τὴν διὰ τόξων εὔστοχον ἐμπειρίαν, prædicat Antoninus in ſuis ad Artabanum litteris, apud Herodianum lib. IIII. In eoq; ludo à teneris quod aiũt vnguiculis edoctos Parthos, indicat Seneca Epiſt. XXXVI. inquiens, *ſi in Parthia natus eſſet, arcum infans ſtatim tenderet.* Cui & adſtipulatur Herodianus li. VI. τόξοις τε καὶ ἵπποις οὐκ εἰς τὸ πολεμεῖν μόνον χρῶνται, ὥσπερ Ῥωμαῖοι· ἀλλ' ἐκ παίδων σὺν αὐτοῖς ἀνατρέφονται, καὶ θηρῶντες διαιτῶνται, οὔτε τὰς φαρέτρας ποτὲ ἀποτιθέμενοι οὔτε τῶν ἵππων ἀποβαίνοντες, ἀεὶ δὲ αὐτοῖς χρώμενοι, ἢ κατὰ πολεμίων, ἢ κατὰ θηρίων.

Fundis quoque Perſæ vtebantur, vt Strabo lib. XV. docet.

Inermem enim multitudinem, edoceri Fundis lapides iaculari, Cyrus inſtituit. Xenophon παιδ. VII. πάντας δὲ τοὺς ἀόπλους τῶν ὑποχειρίων γενομένων, σφενδονᾶν ἠνάγκαζε μελετᾶν. νομίζων τοῦτο τὸ ὅπλον δουλικώτερον εἶναι. Idem ibidem, Funditores, qui ſoli per ſe, nulli vſui eſſent, ita demum iuuare, & emolumenti aliquid adferre ait, ſi aliis copiis adiungantur: σὺν μὲν γὰρ ἄλλῃ δυνάμει, μάλα ἔστιν ἔνθα ἰσχυρῶς ὠφελοῦσι Σφενδονῆται παρόντες. αὐτοὶ δὲ καθ' ἑαυτοὺς, οὐδ' ἂν οἱ πάντες Σφενδονῆται μείνειαν πάνυ ὀλίγους ὁμόσε ἰόντας σὺν ὅπλοις ἀγχεμάχοις. Fundis autem ſaxa ingentia, & quæ mole ſua manum implerent, Perſæ intorquebant: ideoque non poterant, Fundarum Perſicarum rotatu miſſa, procul ferire, longeque pertingere. At Rhodii qui fundis plumbeas glandes iaculabantur longius feriebant. Alexander apud Curtium lib. IIII. *Intuetur Barbarorum inconditum agmen alium nihil præter iaculũ habere, alium Funda ſaxa librare, paucis iuſta arma eſſe.* Atque ita vt funditoribus Cretenſibus Perſici ſuperiores erant, ita Rhodiis inferiores. Xenophon lib. III. Αναβάσ. ἀκούω δὲ εἶναι ἐν τῷ στρατεύματι ἡμῶν Ῥοδίους ὧν τοὺς πολλούς φασιν ἐπίστασθαι σφενδονᾶν, καὶ τὸ βέλος αὐτῶν καὶ διπλάσιον φέρεσθαι τῶν Περσικῶν σφενδονῶν· ἐκεῖναι γὰρ διὰ τὸ χειροπλήθεσι τοῖς λίθοις σφενδονᾶν ἐπὶ, βραχὺ ἐξικνοῦνται, οἱ δέ γε Ῥόδιοι, καὶ ταῖς μολυβδίσιν ἐπίστανται χρῆσθαι. Et alias eodem lib: μακρότερον γὰρ οἵ τε Ῥόδιοι τῶν Περσῶν ἐσφενδόνων, καὶ τῶν πλείστων τοξοτῶν. Rurſus ibidem mox, εὑρίσκετο δὲ καὶ νεῦρα πολλὰ ἐν ταῖς κώμαις, καὶ μόλιβδος, ὥστε χρῆσθαι εἰς τὰς σφενδόνας. Fundis quoq; excuſſos lapides à Perſis, Curtius lib. V. narrat. ac ſicuti Rhodiam, ita & Balearicam fundam, plumbum ieciſſe ait, Ouid. lib. II. Metamorphoſ.

Iam Perſæ Galeis in prælio non vtebantur, ſed ſolas in capite Tiaras geſtabant. Herodot. lib. VII. de Perſis, περὶ μὲν τῇσι κεφαλῇσι εἶχον τιάρας, καλεομένους πίλους, ἀπαγέας, Apud eundem lib. V. de Perſis ſcriptum eſt, ἔρχονται εἰς τὰς μάχας, ἔχοντες κυρβασίας ἐπὶ τῇσι κεφαλῇσι. Strabo quoq; li. XV. armaturam Perſarum deſcribens, περὶ τῇ κεφαλῇ πίλημα πυργωτὸν habuiſſe eos tradit. Galeatos etiam in acie non fuiſſe Perſas, ſed Pileatos, & tam domi quam militiæ, vnum idemque capitis tegmen habuiſſe, indicio eſt, quod Plutarchus in vita Artaxerxis, Tiaram capite Cyri pugnantis de-

cidiſſe ſcribit. Et hoc eſt quod Xenophon lib. I. Ἀναβάσ. ait, Κῦρος δὲ ψιλὴν ἔχων τὴν κεφαλὴν, εἰς τὴν μάχην καθίστατο λέγεται δὲ καὶ τοὺς ἄλλους Πέρσας ψιλαῖς ταῖς κεφαλαῖς ἐν τῷ πολέμῳ διακινδυνεύειν. Herodotus tamen lib. VII. Perſarum quoſdam, ænea ferreaque capitis tegumenta in bello habuiſſe, ſcribit his verbis. Πέρσαι μὲν τὴν αὐτὴν ἐσκευασμένοι, καὶ ὁ πεζὸς αὐτῶν πλὴν ἐπὶ τῇσι κεφαλῇσι εἶχον ἔνιοι αὐτέων καὶ χάλκεα, καὶ σιδήρεα ἐξεληλαμένα ποιήματα. Xenophon quoq; lib. VII. παιδ. eos qui Cyrum ſequebantur, armatos fuiſſe, Κράνεσι χαλκοῖς, λόφοις λευκοῖς, ſcribit.

Enimuero περὶ τὰ σκέλεα ἀναξυρίδας, ſeu Braccas etiam in prælio geſtaſſe Perſas, Herodotus lib. VII. tradit. Apud eum etiam lib. V. Ariſtagoras Mileſius, de Perſis hæc renuntiat, Ἀναξυρίδας τε ἔχοντες ἔρχονται ἐς τὰς μάχας. Sed & tunicas ſuas purpureas, Loricis ſuperinduiſſe Perſas, argumento eſt, quod de Maſiſtio Herodotus lib. IX. ſcribit κατύπερθε τοῦ θώρηκος κιθῶνα πορφυρεοῦν ἐνεδεδύκεε. Perſas etiam qui cum Cyro in militiam ibant, indutos fuiſſe χιτῶσι φοινικοῖς, θώραξι χαλκοῖς, κράνεσι χαλκοῖς, Xenophon libro VII. παιδ. narrat. Plutarchus in Artaxerxe, ὡς δὲ μόλις συνεῖδον τὰ περιθωρακίδια φοινικᾶ, λευκοῖς χρωμένων τῶν βασιλικῶν ἁπάντων, ἔγνωσαν πολεμίους ὄντας.

Perſæ porro equitatu plurimum valebant, & præcipuum eorum robur, in eo poſitum erat. Ammian. Marcellin. lib. XXIII. *Tentoriis fixis prouidit ſollicite, ne caſtra repentino equitatus Perſici turbarentur accurſu, cuius fortitudo in locis patentibus immane quantum gentibus eſt formidata.* Hieronym. in Hierem. cap. XII. *iuxta hiſtoriam omnis Perſis & vniuerſa Chaldæa, & regionum illarum exercitus, gaudet equitatu.* Ac proinde cum apud eos Equitandi laus vigeret, pæne à pueritia, in equos aſcendere, in equis ſedere, equos flectere, iis vehi, ex equis pugnare, iaculari, ſagittasque mittere, diſcebant. Magiſtros etiam qui eos in equos tollerent, habebant. Xenophon in Hipparchico. τούς γε μὴν πρεσβυτέρους τὸν Περσικὸν τρόπον ἀναβάλλεσθαι ὑπ᾽ ἀλλήλων προσεθίσαις, καὶ τούτους ὠφελήσαις ἄν. Idem περὶ ἱππικῆς: ἀγαθὸν δὲ τὸ ἱπποκόμον καὶ ἀναβάλλειν ἐπίστασθαι τὸν Περσικὸν τρόπον, ὅπως αὐτός τε ὁ δεσπότης, ἤν ποτε ἀῤῥωστήσῃ, ἢ πρεσβύτερος γίγνηται, ἔχῃ τὸν εὐμετῶς ἀναβιβάζοντα.

Atq;adeo(quod licet iam dictum,ſermone tamen repetito, iterare nos res ipſa cogit)Iter,vel longum,vel breue, acturi Perſæ,numquam id pedibus ingrediebantur:ſed equũ conſcẽdebant. Nec temere eorum quiſquam pedeſter cõſpiciebatur:ſed equo inſidens, vt equitatui aſſueſceret,& ſuccuſſatoris ac ferocis equi motus,equeſtremq;laborem ferre & tolerare diſceret. Xenophon li. VIII. παιδ. πρόσθεν μὲν ἦν ἐπιχώριον αὐτοῖς μὴ ὁρᾶσθαι πεζῇ πορευομένοις· οὐκ ἄλλου τινὸς ἕνεκα ἢ τοῦ ὡς ἱππικωτάτους γίγνεσθαι. Idem Xen. lib. IIII. ᾧ ἔτι καὶ νῦν ἐξ ἐκείνου ἔτι χρῶνται Πέρσαι, καὶ οὐδεὶς ἂν τῶν καλῶν κἀγαθῶν ἑκὼν ὀφθεὶς Περσῶν οὐδαμοῦ πεζός. Eadem & de Parthis, qui Perſarum veſtigijs inſtiterunt, Iuſtin. lib. XLI. ſcribit, *Equis omni tempore vectabantur, Illis bella, illis conuiuia, illis publica ac priuata officia obibant: ſuper illos ire, conſiſtere, mercari, colloqui: deniq; liberi non niſi equis incedebant.* Equitum etiam militarem decurſionem Cyrus, pręmio victoribus propoſito, inſtituit. Sic enim de eo Xenophon li. VIII. παιδ. καλοῦ δ' ὄντος τοῦ χωρίου, ἔδειξε τέρμα, ὡς ἐπὶ πέντε σταδίων χωρίου· καὶ εἶπε κατὰ φυλὰς ἀνὰ κράτος ἐνταῦθα ἀφεῖναι τοὺς ἵππους. σὺν μὲν οὖν τοῖς Πέρσαις αὐτὸς ἤλασε, καὶ ἐνίκα πολὺ μάλιστα· γὰρ ἐμεμελήκει αὐτῷ ἱππικῆς.

Refrixiſſe tandem ac deferbuiſſe priſcum illud Equitandi ſtudium, Xenophon lib. VIII. παιδ. docet: τὸ μέντοι τὰ ἱππικὰ μανθάνειν καὶ μελετᾶν ἀπέσβηκε, διὰ τὸ μὴ ἰέναι ὅπου ἂν ἀποφαινόμενοι εὐδοκιμοῖεν. Aſidua etiam illa & continua equorum vectatio, in luxum mollitiemque verſa eſt. Etenim non tam ornatus gratia, quam vt molliter inſiderent, minuſque ſuccuterentur, Equos ſtragulis inſternere, apud eos inualuit: eoque res progreſſa eſt, vt pluribus Equi ſtratis, quam Lecti, ſternerentur. Xenophon libr. VIII. παιδ. νῦν δὲ στρώματα πλείω ἔχουσιν ἐπὶ τῶν ἵππων, ἢ ἐπὶ τῶν εὐνῶν· οὐ γὰρ τῆς ἱππείας οὕτως ὥσπερ τοῦ μαλακῶς καθῆσθαι, ἐπιμέλονται. Et hoc Perſico exemplo Virgilius, *pictis Tapetis inſtratos alipedes*, dixit lib. VII. Æneid. Addit ibidem Xenophon, in turmas & cohortes, à proceribus & præfectis, Cubicularios, Cocos, Obſonatores, Balneatores, & alios quos in vrbano miniſterio habebãt, relatos: cũ prius Equites ex ſtrenuis prouinciæ cuiuſque incolis legerentur, conſcriberenturq; Verba eius auctoris ſunt hæc: τά γε μὴν πολεμικὰ πῶς, οὐκ εἰκότως

νῦν τῷ

νῦν τῷ παντὶ χείρους, ἢ πρόσθεν, εἰσίν, οἷς ἐν μὲν τῷ παρελθόντι χρόνῳ ἐπιχώριον (οἶμαι) ὑπῆρχε, τοὺς μὲν τὴν γῆν ἔχοντας, ἀπὸ ταύτης ἱππότας παρέχεσθαι, οἳ δὴ καὶ ἐστρατεύοντο· τοὺς δὲ φρουροῦντας, εἰ δέοι στρατεύεσθαι περὶ τῆς χώρας, μισθοφόρους εἶναι· νῦν δὲ τούς τε θυρωροὺς καὶ τοὺς σιτοποιοὺς, καὶ τοὺς ὀψοποιοὺς, καὶ οἰνοχόους, καὶ λυτροχόους, καὶ παρατιθέντας καὶ ἀναιροῦντας, καὶ κατακοιμίζοντας καὶ ἀνιστάντας, καὶ τοὺς κοσμητὰς οἳ ὑποχρίουσί τε καὶ ἐντρίβουσιν αὐτοὺς, καὶ τὰ ἄλλα ῥυθμίζουσι, τούτους πάντας ἱππέας οἱ δυνάσται πεποιήκασιν, ὅπως μισθοφορῶσιν αὐτοῖς.

Non tantum autem pretioſa veſte Stragula, Stratiſque magni pretij, verum etiam Aureis frenis Equos adornatos fuiſſe iam ante notauimus. Vnde Dionyſius de ſitu Orbis, Perſidem, vt Plinius loquitur, in luxum diuitem eſſe, hoc potiſſimum argumento probat, quod aureos Equorum frænos, & Talaria aurea haberent. Hoc enim ille canit his verſibus:

Μουσοὶ δ' ἄσπετον ὄλβον ἐνὶ μεγάροισιν ἔθεντο,
Ὅπποτε Μηονίην καὶ Σάρδεις ἐξαλάπαξαν.
Χρύσεά τοι κείνων μὲν ἐπὶ χροῒ τεύχεα φωτῶν,
Χρύσεα δ' αὖθ' ἵπποισιν ἐπὶ στομάτεσσι χαλινὰ,
Χρυσῷ δ' ἀμφὶ πόδεσσιν ἐκοσμήσαντο πέδιλα.
Τόσσος γάρ σφισιν ὄλβος ἀπείριτος.

Ac vel in præliis ipſis, Equos huiuſmodi frænis inſtructos conſcendebant. Teſtimonio eſt Maſiſtius in Platæenſi pugna, Equatus Perſici præfectus, de quo Herodot. lib. IX. ſcribit hæc: ὡς οὖν κατέβαινον οἱ Ἕλληνες εἰς τὸ πεδίον, πέμπει ἐπ' αὐτοὺς πᾶσαν τὴν ἵππον τῆς ἱππάρχεε Μασίστιος, εὐδοκιμέων παρὰ Πέρσῃσι (τὸν Ἕλληνες Μακίστιον καλέουσι) ἵππον ἔχων Νισαῖον χρυσοχάλινόν τε καὶ ἄλλως κεκοσμημένον καλῶς.

Illo autem Equitandi, vt & Sagittandi ſtudio. Perſas à Medis (à quibus lautitias deliciaſque omnes ſuas hauſerunt) incenſos, diſciplinaque imbutos fuiſſe, Strabo lib. XI. ita ſcribit: ἡ γὰρ νῦν λεγομένη Περσικὴ στολὴ, καὶ ὁ τῆς τοξικῆς καὶ ἱππικῆς ζῆλος, καὶ ἡ περὶ τοὺς βασιλέας θεραπεία, καὶ κόσμος καὶ σεβασμὸς θεοπρεπὴς παρὰ τῶν ἀρχομένων, ἐς τοὺς Πέρσας παρὰ τῶν Μήδων ἀφῖκται· καὶ ὅτι τοῦτ' ἀληθὲς, ἐκ τῆς ἐσθῆτος μάλιστα δῆλον. Τιάρα γάρ τις καὶ κίδαρις καὶ πῖλος, καὶ χειριδωτοὶ χιτῶνες καὶ ἀναξυρίδες, ἐν μὲν τοῖς ψυχροῖς τόποις καὶ προσβορείοις, ἐπιτήδεια

ἐπὶ φορήματα, οἷοί εἰσιν οἱ Μῆδοι· ἐν δὲ τοῖς νοτίοις ἥκιστα. Ac plane Perſarum, pedeſtres copiæ erant; Medorum, Equeſtris militia. Nam vt Xenophon lib. I. παιδ. ait, ἐν Πέρσαις, διὰ τὸ χαλεπὸν εἶναι καὶ τρέφειν ἵππους, καὶ ἱππεύειν ἐν ὀρεινῇ οὔσῃ τῇ χώρᾳ καὶ ἰδεῖν ἵππον πάνυ σπάνιον ἦν.

Enimuero quæ illos Equitare docuit regio, eadem & Equos ſuppeditabat. Illos enim *Niſæos*, ſiue *Neſæos* Equos, (vtrumque enim ferri poteſt) veterum ſcriptis nobilitatos, non alia quam Medica tellus ferebat. Herodot. lib. VI. Νισαῖοι δὲ καλέονται ἵπποι ἐπὶ τοῦδε. ἔστι πεδίον μέγα τῆς Μηδικῆς, τῷ οὔνομά ἐστι Νισαῖον, τοὺς ὦν δὴ ἵππους τοὺς μεγάλους φέρει τὸ πεδίον τοῦτο. Stephanus de Vrbibus, Νισαῖον πεδίον, ἀφ' οὗ παρὰ Μήδοις οἱ Νησαῖοι ἵπποι. Amm. Marcell. lib. XXIII. de Medis loquens, *Sunt apud eos prata virentia, fœtus equorum nobilium, quibus (vt ſcriptores antiqui docent, noſque vidimus) ineuntes prœlia viri, ſummi vi vehi, exultantes ſolent: quos Neſæos appellant.* Suidas, Νισαῖον, τὸ τοῖς Πέρσαις· ἔνθα ἵπποι ἄριστοι γίνονται, Νισαῖοι λεγόμενοι. οἱ δὲ, ὅτι πεδίον μέγα τῆς Μηδείας, τῷ ὄνομα ἐστὶ Νισαῖον· τοὺς οὖν δὴ ἵππους τοὺς μεγάλους φέρει τὸ πεδίον τοῦτο. Idem Suidas, Ἵππος Νισαῖος. μεταξὺ τῆς Σουσιανῆς καὶ τῆς Βακτριανῆς, τὸ τοῖς ἐπὶ καταστροφὰ. ὥσπερ Ἑλλάδι γλώσσῃ Νῖσος καλεῖται. ἐνταῦθα ἵπποι διάφοροι γίνονται. οἱ δὲ, ἀπὸ ἐρυθρᾶς θαλάσσης· εἶναι δὲ ξανθὰς πάσας. ὁ δὲ Ἡρόδοτος, τῆς Μηδείας τὸν τόπον εἶναι Νισαῖον. ὁ δὲ Πολέμων, καλῶς φησὶ λευκοὶ ἵπποι Νισαῖοι. ἐν δὲ δικτυῖ Ὀρφεὺς λέγει. ἡ Νῖσα τόπος ἐστὶν ἐν Ἐρυθρᾷ κείμενος. Euſtathius in Dionyſium de ſitu orbis, Ἰστέον δὲ ὅτι καὶ τὸ ᾀδόμενον Νισαῖον πεδίον ἐκεῖ που περὶ τὴν Μηδικὴν χώραν ἦν, φέρον ἵππους μεγάλους τοὺς λεγομένους Νισαίους. Vnde & Mediam εὐιπποτάτην, id eſt, bonorum & præſtantium equorum feraciſſimam, vocat Max. Tyr. Sermo, XI. Idem Sermo. III. ἐπιόντος αὐτοῖς βαρβαρικοῦ στόλου, ἵππου Μηδικῆς, ἁρμάτων Περσικῶν. Arrian. lib. VI. ἵπποι βασιλικοὶ τῶν Νισαίων. Themiſtius Oratio. V. de Rege Perſarum verba faciens, χρυσᾶ ἅρματα αὐτῷ περιεπέμπετε Νισαίων ἵππων. Lucian. in lib. de hiſtoria conſcribenda, ἐλπίζει Κάνδυν πορφυροῦν, καὶ στρεπτὸν χρυσοῦν, καὶ ἵππον τῶν Νισαίων λήψεσθαι μισθὸν τῶν ἐν τῇ γραφῇ ἐπαίνων. Philoſtratus lib. I. de vita Apollonij, λευκὸν δὲ ἄρα ἵππον, τῶν σφόδρα, Νισαῖον, καταθύειν ἔμελλε τῷ Ἡλίῳ. Idem in Rhodogynæ Perſicæ icone, περιγέ-

ἐγκαπαι δὲ αὐτῇ καὶ Νισαία ἵππος μέλαινα, ἐπὶ λευκοῖς. Huiuſmodi Niſæo Equo Maſiſtium, Perſici Equitatus præfectum, in Platæenſi pugna inſediſſe, Herodot. lib. IX refert.

Niſæos autem Equos procero corpore fuiſſe, indicat Herodotus lib. III. Illic enim Indiam quadrupedes longe grandiores quam ceteras regiones ferre ait, exceptis equis. Nam ab equis Medicis, qui Niſæi vocantur, equos Indicos magnitudine ſuperari, ſcribit his verbis: ἐν ταύτῃ (de India loquitur) τά ἔμψυχα τετράποδά τε καὶ τὰ πετεινά, πολλῷ μέζω ἢ ἐν τοῖσι ἄλλοισι χωρίοισί εἰσι, παρὲξ τῶν ἵππων. οὗτοι γὰρ ἑσσοῦνται ὑπὸ τῶν Μηδικῶν, Νισαίων καλευμένων, ἵππων.

Nec magnitudine modo, ſed & velocitate, Niſæi Equi cõmendantur, vt Suidas oſtendit, qui ὠκίστους vocat, & Amm. Marcell. qui eiuſmodi Equis, *ſumma vi vectos* Perſas ait.

Parthicos etiam Equos velocitate præſtitiſſe, Strabo lib. III. docet, qui in ea re Celtiberorum Equos Parthicis adſimilat, his verbis: ἐοίκασι δὲ τοῖς Παρθικοῖς· καὶ γὰρ ταχεῖς εἶναι καὶ εὐδρόμους μᾶλλον τῶν ἄλλων.

Equites vtiquæ Perſæ, propter grauitatem tegumentorum armorumque, ingentibus & fortibus Equis opus habebant. Vnde, Perſarum Equos, quod ſeſſores graui armatura inſtructos ferrent, laboraſſe, & ſub pondere gemuiſſe, Arrianus lib. II. ſignificat: οἵ τε, inquiens, τῶν Περσῶν ἵπποι ἐν τῇ ἀναχωρήσει ἐκακοπάθουν, βαρέως ὡπλισμένους τοὺς ἐμβάτας σφῶν φέροντες. *Equos* etiam Perſarum, pariter atque *Equites*, *ferie laminarum graues* fuiſſe, Curtius, lib. III. ait. Non tantum enim Equites Loricatos fuiſſe, ſed & ipſos Loricis tectos Equos, Xenophon lib. VIII. παιδ. docet his verbis, Κῦρος τοὺς μὲν ἀκροβολίζεσθαι ἀπέπαυσε, θωρακίσας δὲ καὶ αὐτοὺς, καὶ ἵππους. Equitibus quoque Perſis, *Equiſque tegumenta fuiſſe ex ferreis laminis, ſerie inter ſe connexis*, Curtius lib. IIII. ſcribit: vel *operimentis ſcorteis*, vt Marcell. lib. XXIIII.

Equos etiam Cyri temporibus, Frontalibus, & Pectoralibus armatos fuiſſe, ac præterea, ſingulares equos, Feminalibus, ſeu Femoralibus, id eſt, femorum ſiue feminum tegumentis: eos vero qui curribus iungebantur, Laterariis ſiue Lateralibus, laterumve tegminibus, tectos, Xenophon lib. VI. παιδ. auctor eſt: ὥπλιζον δὲ, ait, καὶ ἵππους προμετωπιδίοις

καὶ περιστερνιδίοις. καὶ τοὺς μὲν μονίπποις, παραμηριδίοις. τοὺς δ' ἐπὶ τοῖς ἅρμασι, παραπλευριδίοις. Idem lib. VII. παιδ. οἱ δὲ ἵπποι (videlicet ὡπλισμένοι ἦσαν) προμετωπιδίοις καὶ προστερνιδίοις, καὶ παραπλευριδίοις χαλκοῖς. Pollux vtique libro II. Onomaſt. παραπλευρίδια, interpretatur τὰ παρὰ ταῖς τῶν ἵππων πλευραῖς ὅπλα. idem Xenophon libro I. Ἀναβάσ. Οἱ δ' ἵπποι ἅπαντες οἱ μετὰ Κύρου, εἶχον καὶ προμετωπίδια καὶ προστερνίδια εἶχον δὲ καὶ μαχαίρας οἱ ἱππεῖς ἑλληνικάς. Diodor. lib. XVII. de Alexandro, καὶ τοῖς ἵπποις Περσικὰς σκευὰς περιέθηκε. Vnde ἐπισάξαι τὸν ἵππον dixit Xenoph. libro III. Ἀναβάσ. Frontalia autem Equis adhiberi, moris fuiſſe in Orientis regionibus, indicio eſt quod Plin. lib. XXXVII. cap. XII. *Cochlidas proceræ magnitudinis olim extitiſſe, vt Equis Regum in Oriente, Frontalia, atque pro phaleris, penſilia facerent.*

Igitur non Equitum modo corpora, à calce ad verticem vſque capitis, Thorace ita muniebantur, ſed & Equi ipſi eodem modo tegebantur: fruſtra enim tam diligenter & accurate armati fuiſſent, niſi & Equis eodem genere cauiſſent. Quod Suidas, eodem loco, ita exponit, ὁπλίζουσι δὲ καὶ τὸν ἵππον ὁμοίως σιδήρῳ πάντα μέχρι τῶν ὀνύχων· διότι οὐδὲν αὐτοῖς ὄφελος ἂν εἴη τῶν ἰδίων ὅπλων, εἰ ὁ ἵππος αὐτοῖς παραπόλοιτο. Cuiuſmodi Equites *Cataphractos* appellatos Seruius adnotat in lib. XI. Æneid. ad hos verſus, *Spumantemque agitabat equum, quem pellis ahenis In plumam ſquamis auroque inſerta tegebat*: *Cataphractum*, ait, *eum fuiſſe ſignificat. Cataphracti autem Equites dicuntur, qui & ipſi muniti ferro ſunt, & equos ſimiliter munitos habent.* Athenæus lib. V. πλευταία δ' ἦν ἡ κατάφρακτος ἵππος οἰκείως τῇ προσηγορίᾳ, τῶν ἵππων καὶ τῶν ἀνδρῶν ἐσκεπασμένων τοῖς ὅπλοις. Suidas ex Æliano, τοῦ δὲ χρείας ἱππικοῦ τὸ μὲν ἐστι κατάφρακτον, ὁ καὶ τοὺς ἵππους καὶ τοὺς ἱππέας πεφραγμένους παρέχεται· τὸ δὲ, ἀκατάφρακτον. Liuius lib. XXX . *Equitum innumerabilem vim tranſit Helleſponto in Europam, partim Loricatos, quos Cataphractos vocant.* Propert. libro III. Eleg. XI. *Neve tua Medæ lateantur cæde ſagittæ: Ferreus aurato nec Cataphractus Equo.* Parthicum quoque equitatum Cataphractum fuiſſe, & Equites Parthos eodem quo Perſæ modo armatos, docet Plutarchus in Craſſo, ἐκπεπληγμένων δὲ τῶν Ῥωμαίων διὰ τὸν ἦχον, ἐξαίφνης τὰ προκαλύμματα τῶν ὅπλων

καταβαλόντες, ὤφθησαν αὐτοί γε φλογοειδεῖς, κράνεσι καὶ θώραξι τοῦ Μαργιανοῦ σιδήρου σίλβοντος ὀξὺ καὶ περιλαμπές. οἱ τ' ἵπποι κατάπεφραγμένοι χαλκοῖς καὶ σιδηροῖς σκεπάσμασι: ſic enim ex Appiani Parthicis emendandum eſt, non, vt vulgo legitur, ὑφάσμασι. Iuſtinus lib. XIIII. de Parthis loquens, *Munimenta ipſis equiſque, Loricæ plumatæ ſunt: quæ vtrumq; toto corpore tegunt* Huiuſmodi vero Cataphractos equites, *Clibanarios* poſteriora tempora appellarunt. Alexandrum, Lampridius in eius vita ſcribit, deuictis à ſe Perſis ad ſenatum ſcripſiſſe, *Centum & viginti Equitum millia fudimus Cataphractarios, quos illi Clibanarios vocant, decem millia in eo bello interemimus.* Ammianus Marcell. lib. XV. *Sparſique Cataphracti equites, quos Clibanarios vocant Perſæ, Thoracum muniti teguminibus, & limbis ferreis cincti, vt Praxitelis manu polita crederes ſimulacra, non viros: quos laminarum circuli tenues, apti corporis flexibus, ambiebant per omnia membra deducti: vt quocumque artus neceſſitas commouiſſet, veſtitus congrueret iunctura coherenter apta.* Nazarius Rhetor in Panegyrico Conſtantino dicto, *Quæ illa fuiſſe dicitur ſpecies, quam atrox viſu? quam formidoloſa? Operimento ferri, Equi atque homines pariter obſepti (Clibanariis in exercitu nomen eſt) ſuperne omnibus tectis equorum pectoribus; demiſſa loricâ, & crurum tenus pendens, ſine impedimento greſſus, à noxa vulneris vindicabat.* Leo Imp. Tacticon. capite ſexto, num. XXXI. *Armabant autem Cataphractum equitem vndique, tum ipſum, tum equum* Loricis, *id eſt Galeis: Clibaneis, id eſt Thoracibus:* Parameniis, *id eſt Macharis, vel ferreis, vel ex cornibus intextis. Equos muniebant Lateralibus, & Frontalibus, id eſt latera & capita, & ceruices equorum, Thoracibus & Galeis, & alia certa materia tegebant.* Idemque eiuſdem capitis num. quarto, Clibaniorum nomen vſurpat, & Thoraces interpretatur. Dixi & de Clibanariis quædam, libro III. de verborum quæ ad ius pertinent ſignificatione. Verum Clibanariorum armaturam, nullus Heliodoro accuratius, clarius copioſiuſque expreſſit: cuius integrum, ex libr. IX. Æthiopic. locum ſubiicere prolixitate ipſa non grauabor. verba ſic habent: καὶ γὰρ οὖν (de cataphracto equitatu loquitur) καὶ ἔστι ἤδε ἡ φάλαγξ Περσῶν ἀεὶ τὸ μαχιμώτατον, καὶ οἱονεὶ τεῖχος ἀρραγὲς τοῦ πολέμου προβαλλόμενον. τρόπος δὲ αὐτοῖς πανοπλίας τοιόσδε. Ἀνὴρ ἔκκριτος, καὶ σώματος ἰσχὺ

ἐπίλεκτος, κράνος μὲν ὑπέρχεται, συμφυές τε καὶ μονήλατον καὶ ὄψιν ἀνδρὸς εἰς ἀκρίβειαν, ὥσπερ τὰ προσωπεῖα, σοφιζόμενον. τούτῳ δὲ, ἐκ κορυφῆς εἰς αὐχένα, πάντα, πλὴν τῶν ὀφθαλμῶν εἰς τὸ διοπτεύειν σκεπόμενος, τὴν μὲν δεξιὰν, κοντῷ μείζονι λόγχας ὁπλίζει, τὴν λαιὰν δὲ εἰς τὸν χαλινὸν ἀσχολεῖ. κοπίδα δὲ ὑπὸ τὴν πλευρὰν παρηρτημένος, οὐ τὰ στέρνα μόνον, ἀλλὰ καὶ σῶμα τὸ ἄλλο ἅπαν, τεθωράκισται. ἐργασία δὲ τοῦ θώρακος τοιάδε. Σκυτάλας χαλκᾶς τε καὶ σιδηρᾶς, ὅσον σπιθαμιαίας, πάντοθεν εἰς σχῆμα τετράγωνον ἐλάσαντες, καὶ ἄλλην ἐπ' ἄλλην κατ' ἄκρα τῶν πλευρῶν ἐφαρμόσαντες, ὡς τῇ κατωτέρᾳ τὴν ὑποκειμένην ἀεὶ, καὶ τῇ πλαγίᾳ τὴν παρακειμένην ἀεὶ κατὰ τὸ συνεχὲς ἐπιβαίνειν· καὶ ῥαφαῖς ὑπὸ τὰς ἐπιπτυχὰς τὴν συμπλοκὴν ἀγκιστρώσαντες, χιτῶνά τινα φολιδωτὸν ἀπεργάζονται. προσαπτόμενον μὲν ἀλύπως τῷ σώματι καὶ πάντῃ περιφυόμενον, περιγράφοντα δὲ μέλος ἕκαστον, καὶ πρὸς τὸ ἀκώλυτον τῆς κινήσεως συστελλόμενόν τε καὶ συνεκτεινόμενον. ἔστι γὰρ χειριδωτὸς, ἀπ' αὐχένος εἰς γόνυ καθειμένος, μόνοις τοῖς μηροῖς, καθ' ὃ τῶν ἱππείων νώτων ἐπιβαίνειν ἀνάγκη, διεστελλόμενος. ὁ μὲν δὴ θώραξ, τοιοῦτος, ἀντίτυπόν τι βελῶν χρῆμα, καὶ πρὸς πάσας τρώσεις ἀπομαχόμενον· ἡ κνημὶς δὲ, ἀπ' ἄκρων ταρσῶν εἰς γόνυ διήκει, συνάπτουσα πρὸς τὸν θώρακα. παραπλησίᾳ δὲ σκευῇ καὶ τὸν ἵππον περιφράττουσι, τούς τε πόδας κνημῖσι περιδέοντες, καὶ προμετωπιδίοις τὴν κεφαλὴν δι' ὅλου σφηκοῦντες· ἐκ νώτου τε ἐπὶ γαστέρα, κατ' ἑκατέραν πλευρὰν, σκέπασμα σιδηρόπλοκον ἀπαιωροῦντες, ὡς ὁπλίζειν τε ἅμα. καὶ τῇ λαγαρότητι ἐμποδίζειν τοὺς δρόμους. οὕτως ἐσκευασμένος καὶ οἷον ἐμβεβλημένος, περιβαίνει τὸν ἵππον, οὐκ αὐτὸς ἐφαλλόμενος, ἀλλ' ἑτέρων διὰ τὸ ἄχθος ἀνατιθεμένων. κἀπειδὰν ὁ καιρὸς ἥκει τῆς μάχης, ἐφεὶς τῷ χαλινῷ τὸν ἵππον, καὶ μυωπίσας, παντὶ τῷ ῥοθίῳ κατὰ τῶν ἐναντίων ἵεται· σιδηροῦς τις ἀνὴρ φαινόμενος, ἢ καὶ σφυρήλατος ἀνδριὰς κινούμενος. ὁ κοντὸς δὲ τὰ μὲν πρὸς τῇ αἰχμῇ κατὰ πολὺ καὶ εἰς εὐθὺ προβέβληται, δεσμῷ πρὸς αὐχένα τοῦ ἵππου ἀνεχόμενος. τὸν οὐρίαχον δὲ βρόχῳ πρὸς τοῖς ἱππείοις μηροῖς ἐξήρτηται, μὴ εἴκων ἐν ταῖς συμβολαῖς, ἀλλὰ συνεργῶν τῇ χειρὶ τοῦ ἱππέως, εὐθυνούσῃ μόνον τὴν βολήν. αὐτοῦ δὲ ἐπιτείναντος, καὶ πρὸς τὸ σφοδρότερον τῆς τρώσεως ἀντερείδοντος, τῇ ῥύμῃ διαπείρει πάντα τὸν ὑποπίπτοντα, καὶ μιᾷ πληγῇ, δύο περιφέρει πολλάκις ἀναρτήσας. Quo loci verba hæc, καὶ πρὸς τὸ ἀκώλυτον τῆς κινήσεως. ſic interpretor, *vtque nihil obſtet motui*, vel, *quo motus ſit ſolutior, & abſque impedimento con-*

*trahitur & ſimul extenditur.* & pro ἀχολῇ emenda, ἀχολεῖ, id eſt *occupatus eſt & verſatur.* Præterea, pro ὡς τῇ κατωτέρᾳ τὴν ὑποκειμένην, legendum cenſeo, τὴν ἐπικειμένην: id eſt, *ita vt ſemper ſuperior inferiori ſibi ſubiectæ & obliquæ, et quæ ipſi in continuum ſemper eſt apposita, ſuperſtet.* Item vbi ἐπισάξαι ἀνάγειν abſque vllo inciſo medio lege, id eſt, *qua parte tergum equi conſcendere neceſſe eſt, dilatatur vel aperitur.*

Equos autem Perſæ vinciebant, ac etiam pedicis impediebant, ne forte ruptis capiſtris effugerent, vt Xenophon Κυρ. παιδ. libr. III. docet: eaque de cauſa ad nocturnas pugnas minus habiles & paratos fuiſſe ait: propterea quod nec ſolui, nec frænari, nec inſterni confeſtim equi poſſent: nec Loricatis facilis eſſet eorum aſcenſus. Quod ille ſignificat his verbis: πονηρὸν γὰρ νυκτός ἐστι στράτευμα Περσικόν. οἵ τε γὰρ ἵπποι αὐτοῖς δέδενται, καὶ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ πεποδισμένοι εἰσί, τοῦ μὴ φεύγειν ἕνεκα, εἰ λυθείησαν. ἐάν δέ τις θόρυβος γίγνηται, δεῖ ἐπισάξαι τὸν ἵππον Πέρσῃ ἀνδρί, καὶ χαλινῶσαι δεῖ, καὶ θωρακισθέντα ἀναβῆναι ἐπὶ τὸν ἵππον. ταῦτα δὲ πάντα χαλεπὰ νυκτός, ἔτι καὶ θορύβου ὄντος, ποιεῖν.

Ceterum Curribus quoque Equos Perſæ in bello iungebant: nec ex ſingulis ſolum equis, verumetiam ex quadrigis pugnabant. Cyrum quidem ipſum Curru in prælio vectum, oſtendit Xenophon, apud quem libro III. παιδ. Cyrus ἐφ' ἅρματος παρελαύνων milites cohortatur. Sed & Xerxem in ſua aduerſus Græcos expeditione curru ſublimem eminuiſſe, indeque vbi commodum videbatur in Harmamaxam tranſiiſſe, Herodotus libro. VII. ita ſcribit: τούτου δὲ ὄπισθεν αὐτὸς Ξέρξης ἐφ' ἅρματος ἵππων Νισαίων· παρεβεβήκεε δέ οἱ ἡνίοχος, τῷ οὔνομα ἦν Πατιράμφης Ὀτάνεω παῖς ἀνδρὸς Πέρσεω. ἐξήλασε μὲν δὴ οὕτω ἐκ Σαρδίων Ξέρξης, μετεκβαίνεσκε δέ, ὅκως μιν ὁ λόγος αἱρέοι, ἐκ τοῦ ἅρματος ἐς ἁρμάμαξαν. Ex curru quoque pugnaſſe Darium aduerſus Alexandrum, teſtis eſt Diodorus Siculus lib. XVII. de Dario loquens hoc modo, αὐτὸς μὲν ἐφ' ἅρματος ἀγωνιζόμενος, ἠκόντιζεν εἰς τοὺς ἐπιφερομένους. Eundem Darium Curt. lib. IIII. *Triumphantis magis, quam dimicantis more, Curru ſublimem,* iniiſſe prælium, ait. Sed & libro quinto, *Darius,* inquit, *ſigno ad eundum dato,*

*currum priſtino more conſcendit.* cui & Arrianus lib. II. conſentit. Quadriiugum vero fuiſſe Darij currum, indicat Diodorus lib. XVII. τεθρίππου ζυγὸν, appellans. Regum autem Aurigæ ante ipſos ſedentes, Equos regebant, habeniſque moderabātur: quibus manus admouere, Reges, Perſica lege vetabantur, ne Regiam maieſtatem minuerent. Darius tamē in Iſſiaco contra Alexandrum prælio, in extremum diſcrimen adductus, equis frænos excutientibus, eumque in confertos hoſtes rapientibus, ipſemet eorum inhibendorum retrahēdorumque cauſa, habenas ſuis manibus indecore adprehēdere coactus eſt, quemadmodum idem Diodorus libr. XVII. narrat his verbis: οἱ δὲ τὸν τοῦ Δαρείου τεθρίππου ζυγὸν ἐπέχοντες ἵπποι, τραυματιζόμενοι πυκνῶς, καὶ διὰ τὸ πλῆθος τῶν περὶ αὐτοὺς σωρευομένων νεκρῶν πλυρόμενοι, τὰ μὲν χαλινὰ διεσείοντο παρ' ὀλίγον δὲ καὶ αὐτὸν τὸν Δαρεῖον εἰς τοὺς πολεμίους ἐξῆνέγκαι. διὸ καὶ κινδυνεύων ἐσχάτως ὁ βασιλεὺς, αὐτὸς ἥρπασε τοὺς ῥυτῆρας, συναναγκαζόμενος λῦσαι τὴν σεμνότητα τῆς περιστασίας, καὶ τὸν παρὰ Πέρσαις τοῖς βασιλεῦσι κείμενον νόμον ὑπερβῆναι. At priore prælio, cum equi qui Darium vehebant, confoſſi haſtis, & dolore efferati, iugum quatere, & Regem curru excutere cœpiſſent, ille veritus ne viuus in hoſtium poteſtatem veniret, deſiliiſſe, & in equum, qui ad hoc ipſum ſequebatur, impoſitus fuiſſe fertur, inſignibus imperij, ne fugam proderent, turpiter abiectis, quemadmodum Curtius libro IIII. narrat.

Currus autem Perſicos interdum auro argentoque adornatos apud Perſas teſtimonio eſt Curtius lib. X. qui Orſinem Alexandro cum muneribus occurriſſe memorat: additque, *equorum domiti greges ſequebantur, curruſque argento & auro adornati.* Illud prætereundum non videtur, Xerxis ſellam argenteis pedibus, in qua conſidens Naumachiam ſpectauit, poſt eius fugam, in poteſtatem Athenienſium veniſſe: quam αἰχμαλώτου nomine, in Parthenone Mineruæ collocarunt, vnde ab omnibus viſebatur. Harpocration. Ἀργυρόπους δίφρος ὁ Ξέρξου. ὃς αἰχμάλωτος ἐπεκαλεῖτο· ἐφ' οὗ καθεζόμενος, ἐθεώρει τὴν ναυμαχίαν· ἀνέκειτο δὲ εἰς τὸν παρθενῶνα τῆς Ἀθηνᾶς. Quæ verba ex eo deſcripſit Suidas in Ἀργυρόπεζα.

Erant

Erant & bellici, alterius generis, Currus. Cyrus enim priſcis Curribus exploſis, vt exſtat apud Xenophontem lib. VI. παιδ. πολεμιστήρια κατεσκεύασεν ἅρματα τροχοῖς τε ἰσχυροῖς, ὡς μὴ ῥᾳδίως συντρίβηται, ἄξοσί τε μακροῖς· ἧττον γὰρ ἀνατρέπεται πάντα τὰ πλατέα. τὸν δὲ δίφρον τοῖς ἡνιόχοις ἐποίησεν, ὥσπερ πύργον, ἰσχυρῶν ξύλων, ὕψος δὲ τούτων ἐστὶ μέχρι τῶν ἀγκώνων, ὡς δύνονται ἡνιοχεῖσθαι οἱ ἵπποι ὑπὲρ τῶν δίφρων. τοὺς δ' ἡνιόχους ἐθωράκισε πάντα, πλὴν τῶν ὀφθαλμῶν. προσέθηκε δὲ καὶ δρέπανα σιδήρεα ὡς διπήχεα, πρὸς τοὺς ἄξονας, ἔνθεν καὶ ἔνθεν τῶν τροχῶν, καὶ ἄλλα κάτω ὑπὸ τῷ ἄξονι εἰς γῆν βλέποντα, ὡς ἐμβαλούντων εἰς τοὺς ἐναντίους τοῖς ἅρμασιν. ὡς δὲ τότε Κῦρος ταῦτα κατεσκεύασεν, οὕτω καὶ ἔτι νῦν τοῖς ἅρμασι χρῶνται καὶ οἱ ἐν τῇ βασιλέως χώρᾳ. Cyrus ergo primus currus cum falcibus in prælia induxit: cuiuſmodi currus Græci, & in his Plutarchus in Lucullo, & Arrianus lib. II. ἅρματα δρεπανηφόρα. Latini, *Falcatos currus vocant*: Curtius etiam, lib. IV. nec non Veget. lib. III. cap. XXIIII. *Falcatas quadrigas*. Huiuſmodi c urruum deſcriptionem ex Xenophonte, Diodoro, Curtio, Suida, ſubiiciam. Xenophon. li. I. Αναβάσ. πρὸ δ' αὐτῶν, ἅρματα διαλείποντα συχνὸν ἀπ' ἀλλήλων τὰ δρεπανηφόρα λεγόμενα· εἶχον δὲ τὰ δρέπανα ἐκ τῶν ἀξόνων εἰς πλάγιον ἀποτεταμένα, καὶ ὑπὸ τοῖς δίφροις εἰς γῆν βλέποντα, ὡς διακόπτειν ὅτῳ ἐντυγχάνοιεν. ἡ δὲ γνώμη ἦν ὡς εἰς τὰς τάξεις τῶν Ἑλλήνων ἐλώντων καὶ διακοψόντων. Diodorus Siculus lib. XVII. de Dario, κατεσκεύασε δὲ καὶ ἅρματα δρεπανηφόρα διακόσια πρὸς κατάπληξιν καὶ φόβον τῶν πολεμίων εὐθέτως ἐπινενοημένα. τούτων γὰρ ἑκάστου παρ' ἑκάτερον τῶν σειροφόρων ἵππων ἐξέκειτο προσηλωμένα τῷ ζυγῷ ξυστὰ παραμήκη τριασπίθαμα, τὴν ἐπιστροφὴν τῆς ἀκμῆς ἔχοντα πρὸς τὴν κατὰ πρόσωπον ἐπιφάνειαν. πρὸς δὲ ταῖς καταχλίσεσι τῶν ἀξόνων ἐπ' εὐθείας ἄλλα δύο, τὴν μὲν τομὴν ὁμοίαν ἔχοντα πρὸς τὴν κατὰ πρόσωπον ἐπιφάνειαν τοῖς πρότερον, τὸ δὲ μῆκος μείζω καὶ πλατύτερα. συνήρμοστο δὲ ταῖς τούτων ἀρχαῖς δρέπανα. Curtius lib. IV. *Ingensque, vt crediderat, hoſtium terror, ducentæ Falcatæ quadrigæ, vnicum illarum gentium auxilium, ſecutæ ſunt: ex ſummo temone, haſta perfixa ferro, eminebant, vtrinque à Iugo ternos direxerant gladios, & inter radios rotarum plura ſpicula eminebant. In aduerſum aliæ deinde falces ſummis rotarum orbibus hærebant, & aliæ in terram demiſſæ: quicquid obuium concitatis equis fuiſſet amputare.* Suidas, Δρε-

Qq

πανηφόρα τέθριππα. ἦν δὲ τῷ Δαρείῳ ὑπ' Ἀλεξάνδρου πολεμουμένῳ τέθριππα δρεπανηφόρα, κατεσκευασμένα τῷδε τῷ τρόπῳ. τῶν τροχῶν ἦσαν εἰς τὴν κύκλον περικεχαλκευμένα δρέπανα συνεχῆ τε ἐπεξεχόμενα τὰς τάξεις ἀναιρεῖσθαι, καὶ τοὺς ἐμπίπτοντας οἰκτρῶς ἀπόλλυσθαι. ἐλαυνομένων γὰρ τῶν δρεπάνων, οἱ μὲν, τῶν ποδῶν. οἱ δὲ, τῶν χειρῶν. οἱ δὲ, ἐκ τῶν ὅπλων κρατούμενοι ἐσύροντο ἐπὶ πολὺ καὶ ἀνῃροῦντο. Ac poſtea ex Xenophonte citat hæc, τὰ δὴ δρεπανηφόρα καλούμενα, ἔχον δρέπανα ἐκ τῶν ἀξόνων εἰς πλάγιον ἀποτεταμένα, καὶ ὑπὸ τοῖς δίφροις εἰς γῆν βλέποντα, ὡς διακόπτειν ὅτῳ ἐτύγχανον. Auctor libelli de Rebus bellicis, qui Notitiæ imperii ſubiicitur. Falcatum currum, quem *Currodrepanum* vocat, ita deſcribit: *Huiuſmodi pugnacis vehiculi genus, quod armis præter morem videtur inſtructum, reperit parthicæ pugnæ neceſſitas: ſed hoc, ſingulis bene munitis inuecti equis, duo viri, veſtitu & armis, ferro diligenter muniti, citato curſu in pugnam rapiunt: cuius poſterior ſupra currum pars cultris in ordinem extantibus communitur: videlicet ne facilis à tergo cuiquam præbeatur aſcenſus. Falces vero acutiſſimæ axibus eiuſdem currus aptantur, in lateribus ſuis anſulas habentes: quibus innexi funes, pro arbitrio duorum equitum, laxati quidem explicant, repreſſi autem erigunt falces. Qualia vero huiusmodi machinæ funera hoſtibus immittant, , vel quas turbatis ordinibus ſtrages efficiant, dicent melius qui vſu bella cognoſcunt.* Currus etiam iſtos, *haſtas, multum vltra temonem eminentes, &, ab vtroq; latere demiſſas falces*, habuiſſe, ideoque immiſſos in hoſtes, obuia corpora fœde laceraſſe, ordines etiam valde turbaſſe, Curtius lib. IV. oſtendit: quos idcirco Darium, ſecundo aduerſus Alexandrum prælio, ante ſe locauiſſe, idem memorat.

Aurigæ vero quadrigis hiſce impoſiti ſigno dato, laxatis habenis in confertam hoſtium aciem currus effundebant: quorum minime prouiſo impetu, multi obterebantur, diſtractisq; & auulſis membris miſere lacerabantur. Diodorus libro. XVII. ἐπεὶ δὲ (videlicet ἅρματα Δρεπανηφόρα) τῇ βίᾳ τῆς ῥύμης φερόμενα, καὶ ταῖς τῶν σιδήρων ἀκμαῖς ἐνεργῶς χρώμενα, πολλὰς καὶ ποικίλας διαθέσεις θανάτων ἀπειργάζετο. τοιαύτη γὰρ ἦν ἡ ὀξύτης καὶ βία τῶν κεχαλκευμένων πρὸς ἀπώλειαν ὅπλων, ὥστε πολλῶν μὲν βραχίονας σὺν αὐταῖς ταῖς ἀσπίσιν ἀποκόπτεσθαι, οὐκ ὀλίγων δὲ τραχήλους διατέμνεσθαι, καὶ τὰς κεφαλὰς

πίπτειν ἐπὶ τὴν γῆν βλεπόντων ἔτι τῶν ὀμμάτων καὶ τῆς τε προσώπου διαθέσεως διαφυλαττομένης· ἐνίων δὲ τὰς πλευρὰς ἐπιχειρίοις τομαῖς ἀναῤῥιπτόντων, καὶ θανάτους ὀξεῖς ἐπιφερόντων. Plutarchus in Artaxerxe, ὡς δὲ κατὰ τοὺς Ἕλληνας ἔταξε τῶν Δρεπανηφόρων τὰ ῥωμαλεώτατα, πρὸ τῆς ἑαυτοῦ φάλαγγος, ὡς, πρὶν ἐν χερσὶν γενέσθαι, διακόψοντα, τὰς τάξεις, βίᾳ τῆς εἰσελάσεως. Verum Falcatos hoſce currus, non quidem in deſuetudinem in totum abiiſſe, verum negligentius habitos Aurigarumq; imperitia plus plerumq; damni quam adiumenti attuliſſe, Xenophon lib. VIII. παιδ. ita ſcribit : οὐδὲ γε τοῖς Δρεπανηφόροις ἅρμασιν ἔτι χρῶνται ἐφ' ᾧ Κῦρος αὐτὰ ἐποιήσατο. ὁ μὲν γὰρ, τιμαῖς αὐξήσας τοὺς Ἡνιόχους, καὶ ἀγαθοὺς ποιήσας, εἶχε τοὺς εἰς τὰ ὅπλα ἐμβαλοῦντας. οἱ δὲ νῦν, οὐδὲ γιγνώσκοντες τοὺς ἐπὶ τοῖς ἅρμασιν, οἴονται σφίσιν ὁμοίους τοὺς ἀνασκήτους τοῖς ἠσκηκόσιν ἔσεσθαι. οἱ δὲ, ὁρμῶσι μὲν, πρὶν δὲ ἐν τοῖς πολεμίοις εἶναι, οἱ μὲν, ἑκόντες ἐκπίπτουσιν. οἱ δ', ἐξάλλονται. ὥστε ἄνευ ἡνιόχων γιγνόμενα τὰ ζεύγη, πολλάκις πλείω κατὰ τοὺς φίλους ἢ τοὺς πολεμίους ποιεῖ. Darium tamen ducentos falcatos currus aduerſus Alexādrū duxiſſe, Diodorus lib. XVII. & Curtius lib. IV. narrant. itemq; Plutarchus in Parallelis, Δαρεῖος ὁ Πέρσης ἐπὶ Γρανικῷ πολεμήσας Ἀλεξάνδρῳ, καὶ ἑπτὰ Σατράπας ἀποβαλὼν καὶ ἅρματα δρεπανηφόρα δύο καὶ πεντακόσια, συμβάλλειν ἔμελλε τῇ ἑξῆς. Vnde apud Curtium in ſua ad milites Oratione idem Darius, hoſtium paucitatem comtemnens, contemplationeq; tanti ac tam ornati ſui exercitus gloriabūdus, *obteri*, ait, *mehercule equorū vngulis poſſunt, etiam ſi nil præter* Falcatos Currus *emiſero*. Longe plures currus huius generis Semiramidem in prœliū aduerſus Bractrianos duxiſſe, Diodorus aliena Cteſiæ, quem auctorem laudat, fide lib. II. ſcribit : habuiſſe enim eam ait, ἅρματα Δρεπανηφόρα μικρὸν ἀπολείποντα τῶν μυρίων ἑξακοσίων. qui locus Curruum Ealcatorum inuentum, quod Ciro Xenophon adſtruere videtur, Aſſyriis Regibus vindicat. Fallitur ergo Heſychius cum ait, Δρεπανηφόρα ἅρματα. τοὺς Μακεδόνας φασὶ πρώτους χρήσασθαι. Verum Semiramidem in horum Curruum numero ſuperauit Artaxerxes, Perſarum Rex, quem Imperator Alexander Seuerus bello vicit fuditque: ſi vera ſunt, quæ de eo Lampridius in Alexandro prædicat. Ad bellum enim veniſſe eum, cum *ſeptingentis*

*Elephantis, Falcatisque mille & octingentis curribus*, refert.

Militares autem Currus octiiugos, ſeu octo Temones habentes, quibus ligneæ turres imponebantur, Cyrum in vſum inuexiſſe, Xenoph. lib. VI παιδ. tradit his verbis, Κῦρος δὲ ἰδὼν τὸ τετράρρυμον Ἀβραδάτου ἅρμα, κατενόησεν ὡς οἷόν τε εἴη καὶ ὀκτάρρυμον ποιήσασθαι, ὥστε ὀκτὼ ζεύγεσι βοῶν ἄγειν τῶν μηχανῶν τὸ κατώτατον οἴκημα. ἦν δὲ τοῦτο τριώρυγον μάλιστα ἀπὸ τῆς γῆς σὺν τοῖς τροχοῖς. τοιοῦτοι δὲ πύργοι σὺν τάξει ἀκολουθοῦντες, ἐδόκουν αὐτῷ μεγάλη μὲν ἐπικουρία γενέσθαι τῇ αὑτοῦ φάλαγγι, μεγάλη δὲ βλάβη τῇ τῶν πολεμίων τάξει. ἐποίησε δὲ ἐπὶ τῶν οἰκημάτων καὶ περιδρόμους καὶ ἐπάλξεις. ἀνεβίβαζε δὲ ἐπὶ τὸν πύργον ἕκαστον ἄνδρας εἴκοσιν. Et alio eiuſdem lib. loco, οἵτε ἵπποι εἰσὶ κατατεθωρακισμένοι οἱ ἐν τοῖς ἅρμασιν. οἵ τε ἡνίοχοι ἐν πύργοις ἑστᾶσι ξυλίνοις, τὰ ὑπερέχοντα ἅπαντα συνεστεγασμένοι θώραξι δὲ κράνεσι δρέπανά τε σιδηρᾶ περὶ τοῖς ἄξοσι προσήρμοσται, ὡς ἐλῶντες καὶ οὗτοι εὐθὺς εἰς τὰς τάξεις τῶν ἐναντίων. Eos autem Currus, portis apertis conſcendebant, quæ poſt ſeſſorũ cõſceſũ claudebãtur, vt indicat Xenoph. eod. lib. his verbis, ταῦτα εἰπὼν, κατὰ τὰς θύρας τοῦ ἁρματείου δίφρου ἀνέβαινεν ἐπὶ τὸ ἅρμα. ἐπεὶ δὲ ἀναβάντος αὐτοῦ κατέκλεισε τὸν δίφρον ὁ ὑφηνίοχος:- Ceterum, vti ſuos Alexander ad Falcatorum curruum impetum ſuſtinendum parauerit, Curtius lib. IIII. Diodor. XVII. Arrianus lib. III. docent. Præterea, quid de huiuſmodi curribus Falcatis, qui terrori olim fuere, Vegetius lib. III. cap. XXIIII. ſenſerit, audiamus: *Quadrigas Falcatas in bello Antiochus rex, & Mithridates habuerunt: quæ vt primo magnum intulere terrorem, ita poſtmodum fuere deriſui. Nam difficile Currus falcatus planum ſemper inuenit campum, & leui impedimento retinetur: vnoque afflicto aut vulnerato equo, decipitur: ſed maxime, hac Romanorum militum arte perierunt: vbi ad pugnam ventum eſt, repente toto campo Romani Tribulos abiecerunt; in quos currentes quadrigæ cum incidiſſent, deletæ ſunt*,

In exercitum autem proficiſcentes Perſæ, Coniuges, Liberos, Matres, Pellices, ducere conſueuerant. Curtius li. III. de Dario, *Reliquas copias in Ciliciam ducit, inſequentibus, more patrio, coniuge ac matre: virgines quoque, cum paruo filio comitabantur patrem*. & paulo poſt, *vxorem matremque Regis, & alium feminarum gregem in medium agmen acceperant*. Prætorum vero

ſuorum coniuges, liberosque, Damaſci, veluti in arce tutiſſima, Darium reliquiſſe, idem Curtius lib III. narrat. Medos plane & Aſiaticos, affectus omnes ſuos, ſecum, hoc prætextu in bellum duxiſſe; quod eorum conſpectus animos illis adderet: ſimulque quod pro rerum ſibi cariſsimarum tutela, acrius & ardentius dimicarent, Xenophon lib. IIII. παιδ. ita ſcribit: προσήλαυνον (de Medis loquens) ἁρμαμάξας γυναικῶν τῶν βελτίστων. τῶν μὲν, γνησίων. τῶν δὲ καὶ παλλακίδων, διὰ τὸ κάλλος συμπεριαγομένων. καὶ ταύτας εἰληφότες, προσῆγον. πάντες γὰρ ἔτι καὶ νῦν οἱ κατὰ τὴν Ἀσίαν στρατευόμενοι, ἔχοντες τὰ πλείστου ἄξια στρατεύονται, λέγοντες, ὅτι μᾶλλον μάχοιντ' ἂν εἰ τὰ φίλτατα παρείη. τούτοις γάρ φασιν ἀνάγκην εἶναι προθύμως ἀλέξειν. Huc pertinet, quod idem ipſe alias eodem lib. ſcribit: οἱ δὲ, τὰς γυναῖκας ἀνεβίβαζον ἐπὶ τὰ ὀχήματα. Diodotus lib. XVII. οὐ μόνον γὰρ, ait, αἱ τῆς βασιλικῆς οἰκίας, ἀλλὰ καὶ τῶν συγγενῶν καὶ φίλων γυναῖκες, ἐφ' ἁρμάτων ὀχούμεναι καταχρύσων, συνηκολούθουν, κατά τι πάτριον ἔθος τῶν Περσῶν. ἑκάστη δὲ τούτων, διὰ τὴν ὑπερβολὴν τοῦ πλούτου καὶ τῆς τρυφῆς, περιήγετο πλῆθος πολυδαπάνου κατασκευῆς καὶ γυναικείου κόσμου. Darius apud Curtium lib. IIII. milites ſuos alloquens, *Coniuges quoque & liberi ſequuntur hanc aciem: parata hoſtibus præda, niſi pro cariſsimis pignoribus corpora opponimus.* Herodot. lib. VII. χωρὶς δὲ χρυσόν τε πολλὸν καὶ ἄφθονον ἔχοντες, ἐνέπρεπον. ἁρμαμάξας τε ἅμα ἤγοντο. ἐν δὲ παλλακὰς καὶ θεραπηίην πολλήν τε καὶ εὖ ἐσκευασμένην. Maximus Tyr. Sermo, XIIII. Πέρσαις μὲν αἱ παλλακίδες ἕπονται, ἵνα μάχωνται καλῶς ὑπὲρ τῶν φιλτάτων. Eundemque Lydos morem ſeruaſſe, docent Xenophontis lib. IIII. παιδ. verba hæc Κροῖσος δὲ ὁ Δυδῶν βασιλεὺς, ὡς θέρος ἦν, τάς τε γυναῖκας ἐν ταῖς ἁρμαμάξαις προεξέπεμψατο τῆς νυκτὸς, ὡς ἂν ῥᾷον πορεύοιντο κατὰ τὸ ψῦχος. καὶ αὐτὸς ἔχων τοὺς ἱππέας ἐπηκολούθει.

Reges autem Perſarum, exercitum in expeditionem educentes, non prius itineri ſe committebant, quam accuratiſſime comparatis omnibus quæ militaris apparatus exigebat. Ante omnia vero commeatum parabant: & ne cibaria militibus deeſſent, rei frumentariæ, qua potiſsimum exercitus alitur ac ſuſtinetur, nec non & pecuariæ, prouidebant. Quod Herodotus ſignificat. libro I. his verbis, στρατεύεται δὲ βασιλεὺς ὁ μέγας, καὶ σιτίοισι εὖ ἐσκευασμένοισι ἐξ οἴ-

κοι, καὶ προβάτοισι. Cyrum etiam ſollicite curaſſe, vti exercitus commeatu abundaret, Xenophon libro IV. παιδ. ita ſcribit: ὁ δὲ Κῦρος ἐνενόησεν ὅτι ἦλθον μὲν οὔτε σῖτα οὔτε ποτὰ ἔχοντες (ἄνευ δὲ τούτων οὔτε στρατεύεσθαι δυνατὸν, οὔτε ἄλλο οὐδὲν ποιεῖν) σκοπῶν δὲ ὡς ἂν ταῦτα τάχιστα καὶ κάλλιστα γένοιτο, ἐνθυμεῖται ὅτι ἀνάγκη πᾶσι τοῖς στρατευομένοις ἐστὶν, εἶναί τινα, ὅτῳ καὶ σκηνῆς μελήσει, καὶ ὅπως τὰ ἐπιτήδεια παρεσκευασμένα τοῖς στρατιώταις εἰσιοῦσιν, ἔσται. Quinetiam Curatores Annonæ, reliquorumque commeatuum in exercitu habuiſſe Cyrum, quos Ἐπιτρόπους vocat, ſequentibus eiusdem loci verbis Xenophon oſtendit. Quod ſi Curator deeſſet ſeniori manipuli, aut Tabernaculi cuiuſque, eius rei curam mandatam, adiicit. Ac plane, vt belle Vegetius lib. III. cap. III. ſcribit, *ſæpius penuria, quam pugna, conſumit exercitum, & ferro ſæuior fames eſt. Deinde reliquis caſibus poteſt in tempore ſubueniri: Pabulatio & Annona in neceſſitate remedium non habent, niſi ante condantur. In omni expeditione vnum eſt, & maximum conſilium, vt tibi ſufficiat victus, hoſtes frangat inopia. Ante igitur quã inchoetur bellum, de copiis expenſiſque ſolers debet eſſe tractatus, vt pabula frumentum, ceteræque Annonariæ ſpecies, quas à prouincialibus conſuetudo depoſcit, maturius exigantur, & in opportunis ad rem gerendã, ac munitiſſimis locis, amplior ſẽper modus quam ſufficit, aggregetur.* Sibi vtique hac in re belle cauiſſe Cambyſẽ aduerſus Æthiopas proficiſcentem: exercitui vero non item, minus prouiſis commeatibus, conſuluiſſe, Seneca lib. III. de Ira, cap. XX. ſcribit, *In hos enim, quia non ſupinis manibus exceperant ſeruitutem, miſſuque legatis reſponſa dederant quæ contumelioſa* Reges *vocant, Cambyſes fremebat, & non prouiſis commeatibus, non exploratis itineribus, per inuia, per arentia, trahebat omnem bello vtilem turbam: cui intra primum iter deerant neceſſaria, nec quidquam ſubminiſtrabat ſterilis & inculta humanoque ignota veſtigio regio. Suſtinebant famem primo tenerrima frondium & cacumina arborum, tum coria igne mollita, & quicquid neceſſitas cibum fecerat. Poſtquam inter harenas, radices quoq; & herbæ defecerãt, apparuitque inops etiam animalium ſolitudo, decimum quemque ſortiti, alimentum habuerunt fame ſæuius. Agebat adhuc ira Regem præcipitem, cum partẽ exercitus amiſiſſet, partem comediſſet: donec timuit, ne & ipſe vocaretur ad ſortem: tum demum ſignum receptui dedit. Seruabantur interim illi*

*generoſæ aues, & inſtrumenta epularũ camelis vehebantur, cum ſortirentur milites eius, quis male perirct, quis peius viueret.* quæ Seneca, cum ab Herôdoto accepiſſet, meliora fecit, vt ipſa Herodoti verba, quæ ex eius lib. III. ſubieci, demonſtrant. αὐτὸς δὲ, ait de Cambyſe loquens, τὸν λοιπὸν ἄγων στρατὸν, ἤιε ἐπὶ τοὺς Αἰθίοπας, πρὶν δὲ τῆς ὁδοῦ τὸ πέμπτον μέρος διεληλυθέναι τὴν στρατιὴν, αὐτίκα πάντα αὐτοὺς, τὰ εἶχον σιτίων ἐχόμενα, ἐπελελοίπεε, μετὰ δὲ τὰ σιτία, καὶ τὰ ὑποζύγια ἐπέλιπε κατεσθιόμενα, εἰ μὲν οὖν μαθὼν ταῦτα ὁ Καμβύσης, ἐγνωσιμάχεε, καὶ ἀπῆγε ὀπίσω τὸν στρατὸν, ἐπὶ τῇ ἀρχῆθεν γενομένῃ ἁμαρτάδι, ἦν ἂν σοφὸς ἀνήρ· νῦν δὲ, οὐδένα λόγον ποιεύμενος, ἤιε αἰεὶ ἐς τὸ πρόσω. οἱ δὲ στρατιῶται, ἕως μέν τι εἶχον ἐκ τῆς γῆς λαμβάνειν, ποιηφαγέοντες διέζωον· ἐπεὶ δὲ ἐς τὴν ψάμμον ἀπίκοντο, δεινὸν ἔργον αὐτῶν τινὲς ἐργάσαντο ἐκ δεκάδος γὰρ ἕνα σφέων αὐτῶν ἀποκληρώσαντες. κατέφαγον. πυθόμενος δὲ ταῦτα, ὁ Καμβύσης. δείσας τὴν ἀλληλοφαγίην, ἀπεὶς τὸν ἐπ' Αἰθίοπας στόλον, ὀπίσω ἐπορεύετο.

Ac vel Choaſpiã aquã, ſibi in caſtra, deuehi Perſici Reges, quaqua iter facerent, curabant, vt Herodotus lib. I. ſcribit.

Exercitus vero commeatus Camelis vectos oſtendit Herodotus lib. VII. cum ait: σιτία δέ σφι χωρὶς τῶν ἄλλων στρατιωτέων, κάμηλοί τε καὶ ὑποζύγια ἦγον. Idemque eodem lib. in huiuſmodi Σιτοφόρους καμήλους. Leones Creſtonæos irruiſſe narrat. quẽ Herodoti locũ citat Ælian. lib. XVII. de Animalib. c. XXXVI. Quod Pauſan. lib. II. Eliac. de mõtana Thraciæ regione loquens, confirmat his verbis: οἳ καὶ τῷ στρατῷ ποτὲ ἐπιστρατευσαμένῳ τῷ Ξέρξου, τὰς ἀγούσας τὰ σιτία καμήλους ἐλυμήναντο. Herod. lib. I. de Cyro, ὅσαι τῷ στρατῷ τῷ ἐκείνου εἵποντο ὁ τοφόροι τε καὶ σκευοφόροι κάμηλοι, ταύτας πάσας ἁλίσας, καὶ ἀπελὼν καὶ ἄχθεα, ἄνδρας ἐπ' αὐτὰς ἔβησε. Idem lib. VII. de Immortalibus, Σῖτα δέ σφι, χωρὶς τῶν ἄλλων στρατιωτέων, κάμηλοί τε καὶ ὑποζύγια ἦγον.

Ordinariæ quoque militaris Annonæ erogationem, ad ſuam curam ſollicitudinémque reuocaſſe Reges, operam præterea dediſſe, vt ſtipendia militibus conſtituta, ex fide, ſua die, cuique numerarentur, ac dependerentur, Xenophon in Oeconomico tradit. Etenim de Rege Perſarum loquens, ait: ἐξ ὧν πόσων τῶν ἐθνῶν δασμοὺς λαμβάνει, τέταχε τῷ ἄρχοντι ἑκάστῳ εἰς ὁπόσους δεῖ διδόναι τροφὴν ἱππέας καὶ τοξότας καὶ σφενδονήτας καὶ γερροφόρους· οἵτινες τῶν τε ὑπ' αὐτοῦ ἀρχομένων

ἱκανοὶ ἔσονται κρατεῖν, καὶ ἢν πολέμιοι ἐπίωσιν, ἀρήξουσι τῇ χώρᾳ. χαρεὶς δὲ τούτων, φύλακας ἐν ταῖς ἀκροπόλεσι τρέφει. καὶ τὴν μὲν τροφὴν τοῖς φρουροῖς δίδωσιν ὁ ἄρχων ᾧ τοῦτο προστέτακται,

Vbi vero caſtra mouenda erant, conclamatum vti Vaſa omnes colligerent, idem Xenophon lib. VIII. παιδ. ſcribit hoc modo: ὅταν δὲ ἀνασκευάσωνται. συντίθησι μὲν ἕκαστος σκεύη, οἷσπερ τέτακται χρῆσθαι. ἀνατίθενται δὲ αὖ ἄλλοι ἐπὶ τὰ ὑποζύγια. ὥσθ' ἅμα μὲν πάντες ἔρχονται οἱ σκευαγωγοὶ ἐπὶ τὰ τεταγμένα ἄγειν. ἅμα δὲ πάντες ἀνατιθέασιν ἐπὶ τὰ ἑαυτοῦ ἕκαστος. οὕτω δὴ ὁ αὐτὸς χρόνος ἀρκεῖ μιᾷ τε σκηνῇ καὶ πάσαις ἀνῃρῆσθαι. ὡσαύτως οὕτως ἔχει δὲ περὶ κατασκευῆς.

Porro quo ordine caſtra mouentes Reges Perſarum procederent, progrederéturque, Xerxis Dariique exēplis planum facere, non erit inutile, nec iniucundum. De Xerxis quidem agmine Herodot. lib. VII. ſcribit hæc: μετὰ ταῦτα διεξῄει στρατός. ἡγέοντο δὲ πρῶτοι μὲν οἱ σκευοφόροι τε καὶ τὰ ὑποζύγια μετὰ δὲ τούτους, σύμμικτος στρατὸς παντοίων ἐθνέων ἀναμὶξ, οὐ διακεκριμένοι τῇ δ' ὑπερημίσεες ἔσαν, ἐνταῦτα διελέλειπτο, καὶ οὐ συνεμίσγοντο οὗτοι βασιλέϊ. προηγεῦντο μὲν γὰρ ἱππόται χίλιοι, ἐκ Περσέων πάντων ἀπολελεγμένοι. μετὰ δὲ αἰχμοφόροι χίλιοι, καὶ οὗτοι ἐκ πάντων ἀπολελεγμένοι, τὰς λόγχας κάτω ἐς τὴν γῆν τρέψαντες μετὰ δὲ, ἱροὶ Νισαῖοι καλεόμενοι ἵπποι δέκα, κεκοσμημένοι ὡς κάλλιστα. Et mox, Ὄπισθεν δὲ τουτέων τῶν δέκα ἵππων, ἅρμα Διὸς ἱρὸν ἐπετέτακτο τὸ, ἵπποι μὲν εἷλκον λευκοὶ ὀκτώ. ὄπισθε δὲ ἵππων εἵπετο πεζῇ ἡνίοχος, ἐχόμενος τῶν χαλινῶν, οὐδεὶς γὰρ δὴ ἐπὶ τοῦτον τὸν θρόνον ἀνθρώπων ἀναβαίνει. τούτου δ' ὄπισθεν, αὐτὸς Ξέρξης ἐφ' ἅρματος ἵππων Νισαίων. παρεβεβήκεε δὲ οἱ ἡνίοχος. Et paulo poſt, αὐτοῦ δὲ ὄπισθεν, αἰχμοφόροι Περσέων, οἱ ἄριστοί τε καὶ γενναιότατοι, χίλιοι, κατὰ νόμον τὰς λόγχας ἔχοντες. μετὰ δὲ ἵππος ἄλλη χιλίη ἐκ Περσέων ἀπολελεγμένη. μετὰ δὲ τὴν ἵππον ἐκ τῶν λοιπῶν Περσέων ἀπολελεγμένοι μύριοι. οὗτος πεζὸς ἦν. καὶ τουτέων χίλιοι μὲν ἐπὶ τοῖσι δόρασι. οἳ ἀντὶ τῶν σαυρωτήρων ῥοιὰς εἶχον χρυσέας καὶ πέριξ συνεκλήιον τοὺς ἄλλους, οἱ δὲ ἐνακισχίλιοι, ἐντὸς τουτέων ἐόντες, ἀργυρέας ῥοιὰς εἶχον. εἶχον δὲ χρυσέας ῥοιὰς καὶ οἱ εἰς τὴν γῆν τρέποντες τὰς λόγχας, καὶ μῆλα οἱ ἄγχιστα ἑπόμενοι Ξέρξῃ. τοῖσι δὲ μυρίοισι ἐπετέτακτο ἵππος Περσέων μυρίη. μετὰ δὲ τὴν ἵππον διέλειπε καὶ δύο σταδίους καὶ ἔπειτα ὁ λοιπὸς ὅμιλος ἤιε ἀναμίξ. In tranſitu vero pontis quo

Xerxes

Xerxes Helleſpontum continenti iunxit, ἡγέοντο, vt idem Herodotus ibidem ait, πρῶτα μὲν οἱ μύριοι Πέρσαι ἐστεφανωμένοι πάντες. μετὰ δὲ τούτους ὁ σύμμικτος στρατὸς παντοίων ἐθνέων· ταύτην μὲν ἡμέρην οὗτοι· τῇ δὲ ὑστεραίῃ, πρῶτοι μὲν οἵ τε ἱππόται, καὶ οἱ τὰς λόγχας κάτω τρέποντες· ἐστεφάνωντο δὲ καὶ οὗτοι. μετὰ δὲ, οἵ τε ἵπποι οἱ ἱροὶ, καὶ τὸ ἅρμα τὸ ἱρὸν, ἐπὶ δὲ, αὐτός τε Ξέρξης, καὶ οἱ αἰχμοφόροι, καὶ οἱ ἱππόται οἱ χίλιοι. Q. Curtius lib. III. Patrio more Perſarum traditum eſt, orto ſole demum procedere. Die iam illuſtri ſignum, è Tabernaculo Regis, buccina dabatur: ſuper Tabernaculum unde ab omnibus conſpici poſſet, imago Solis Criſtallo incluſa fulgebat. Ordo autem Agminis erat talis. Ignis, quem ipſi Sacrum & Æternum vocabant, argenteis altaribus preferebatur: Magi proximi patrium Carmen canebant: Magos trecenti & ſexaginta quinque Iuuenes ſequebantur, puniceis amiculis velati, diebus totius anni pares numero: quippe Perſis quoque in totidem dies deſcriptus eſt annus. Currum deinde Ioui ſacratum albentes vehebant equi: hos eximiæ magnitudinis Equus quem Solis appellabant, ſequebatur: aurea virga & alba veſtis regentes equos adornabant. Haud procul erant vehicula decem, multo auro, argento, cælata. Sequebatur hæc equitatus duodecim gentium, variis armis & moribus. Proximi ibāt, quos Perſæ Immortales vocant, ad decem millia. Cultus opulentia Barbari non alios magis honeſtabat. Illi aureos Torques, illi veſtem auro diſtinctam habebant: manicatasq; Tunicas gemmis etiam adornatas. Exiguo interuallo, quos Cognatos Regis appellant, decem & quinque millia hominum. Hæc vero turba muliebriter propemodum culta, luxu magis quam decoris armis conſpicua erat: Doryphori vocabantur. Proximum his agmen, ſoliti veſtem excipere regalem. Hi currum Regis anteibant, quo ipſe eminus vehebatur. Vtrumque Currus latus, Deorum ſimulacra et auro argentoque expreſſa decorabant: diſtinguebant internitentes gemmæ Iugum: ex quo eminebant duo aurea ſimulacra cubitalia, quorum alterum Beli gerebat effigiem. Inter hæc Aquilam auream pennas extendenti ſimilem ſacrauerant. Cultus Regis, inter omnia luxuria notabatur: purpureæ tunicæ mediū albū intextū erat: pallā auro diſtinctam aurei Accipitres, velut roſtro inter ſe corruerent, adornabant: & zona aurea muliebriter cinctus Acinacem ſuſpenderat, cui ex gemma erat vagina. Cidarim Perſæ Regium capitis vocabant inſigne: hoc cærula faſcia albo diſtincta circuibat. currum decem millia Haſtatorum ſequebantur: haſtas ar-

ἐπίλεκτος, κράνος μὲν ὑπέρχεται, συμφυές τε καὶ μονήλατον καὶ ὄψιν ἀνδρὸς εἰς ἀκρίβειαν, ὥσπερ τὰ προσωπεῖα, σοφιζόμενοι. τούτῳ δὲ, ἐκ κορυφῆς εἰς αὐχένα, πάντα, πλὴν τῶν ὀφθαλμῶν εἰς τὸ διοπτεύειν σκεπόμενος, τὴν μὲν δεξιὰν, κοντῷ μείζονι λόγχης ὁπλίζει, τὴν λαιὰν δὲ εἰς τὸν χαλινὸν ἀσχολεῖ. κοπίδα δὲ ὑπὸ τὴν πλευρὰν παρηρτημένος, οὐ τὰ στέρνα μόνον, ἀλλὰ καὶ σῶμα τὸ ἄλλο ἅπαν, τεθωράκισται. ἐργασία δὲ τοῦ θώρακος τοιάδε. Σκυτάλας χαλκᾶς τε καὶ σιδηρᾶς, ὅσον σπιθαμιαίας, πάντοθεν εἰς σχῆμα τετράγωνον ἐλάσαντες, καὶ ἄλλην ἐπ' ἄλλῃ κατ' ἄκρα τῶν πλευρῶν ἐφαρμόσαντες, ὡς τὴν κατωτέρα τὴν ὑποκειμένην ἀεὶ, καὶ τῇ πλαγίᾳ τὴν παρακειμένην ἀεὶ κατὰ τὸ συνεχὲς ἐπιβαίνειν· καὶ ῥαφαῖς ὑπὸ τὰς ἐπιπτυχὰς τὴν συμπλοκὴν ἀγκιστρώσαντες, χιτῶνα τινὰ φολιδωτὸν ἀπεργάζονται. προσπίπτοντα μὲν ἀλύπως τῷ σώματι καὶ πάντῃ περιφυόμενον, περιγράφοντα δὲ μέλος ἕκαστον, καὶ πρὸς τὸ ἀκώλυτον τῆς κινήσεως συστελλόμενόν τε καὶ συνεκτεινόμενον. ἔστι γὰρ χειριδωτὸς, ἀπ' αὐχένος εἰς γόνυ καθειμένος, μόνοις τοῖς μηροῖς, καθὸ τῶν ἱππείων νώτων ἐπιβαίνειν ἀνάγκη, διεσταλμένος. ὁ μὲν δὴ θώραξ, τοιοῦτος, ἀντίτυπόν τι βελῶν χρῆμα, καὶ πρὸς πᾶσαν τρῶσιν ἀπομαχόμενον· ἡ κνημὶς δὲ, ἀπ' ἄκρων ταρσῶν εἰς γόνυ διήκει, συνάπτουσα πρὸς τὸν θώρακα. παραπλησίᾳ δὲ σκευῇ καὶ τὸν ἵππον περιφράττουσι, τούς τε πόδας κνημῖσι περιδέοντες, καὶ προμετωπιδίοις τὴν κεφαλὴν δι' ὅλου σφηκοῦντες· ἐκ νώτων τε ἐπὶ γαστέρα, κατ' ἑκατέραν πλευρὰν, σκέπασμα σιδηρόπλοκον ἀπαιωροῦντες, ὡς ὁπλίζειν τε ἅμα, καὶ τῇ λαγαρότητι ἐμποδίζειν τοὺς δρόμους. οὕτως ἐσκευασμένος καὶ οἷον ἐμβεβλημένος, περιβαίνει τὸν ἵππον, οὐκ αὐτὸς ἐφαλλόμενος, ἀλλ' ἑτέρων διὰ τὸ ἄχθος ἀναπιθεμένων. κἀπειδὰν ὁ καιρὸς ἥκει τῆς μάχης, ἐνδοὺς τῷ χαλινῷ τὸν ἵππον, καὶ μυωπίσας, παντὶ τῷ ῥοθίῳ κατὰ τῶν ἐναντίων ἵεται· σιδηροῦς τις ἀνὴρ φαινόμενος, ἢ καὶ σφυρήλατος ἀνδριὰς κινούμενος. ὁ κοντὸς δὲ τὰ μὲν πρὸς τῇ αἰχμῇ κατὰ πολὺ καὶ εἰς εὐθὺ προβέβληται, δεσμῷ πρὸς αὐχένα τοῦ ἵππου ἀνεχόμενος. τὸν οὐρίαχον δὲ βρόχῳ πρὸς τοῖς ἱππείοις μηροῖς ἐξήρτηται, μὴ εἴκων ἐν ταῖς συμβολαῖς, ἀλλὰ συνεργῶν τῇ χειρὶ τοῦ ἱππέως, εὐθυνούσῃ μόνον τὴν βολήν. αὐτοῦ δὲ ἐπιτείναντος, καὶ πρὸς τὸ σφοδρότερον τῆς τρώσεως ἀντερείδοντος, τῇ ῥύμῃ διαπείρει πάντα τὸν ὑποπίπτοντα, καὶ μιᾷ πληγῇ, δύο πολλάκις ἀναρτήσας. Quo loci verba hæc, καὶ πρὸς τὸ ἀκώλυτον τῆς κινήσεως, ſic interpretor, *utque nihil obstet motui*, vel, *quo motus ſit ſolutior, & abſque impedimento con-*

*trahitur & ſimul extenditur.* & pro ἀχολεῖ emenda, ἀσχολεῖ, id eſt *occupata eſt & verſatur.* Præterea, pro ὡς τῇ κατωτέρᾳ τὴν ὑποκειμένην, legendum cenſeo, τὴν ὑπερκειμένην: id eſt, *ita vt ſemper ſuperior inferiori ſibi ſubiectæ & obliquæ, et quæ ipſi in continuum ſemper eſt appoſita, ſuperſtet.* Item vbi ἐπισάξαι ἀνοίγει abſque vllo inciſo medio lege, id eſt, *qua parte tergum equi conſcendere neceſſe eſt, dilatatur vel aperitur.*

Equos autem Perſæ vinciebant, ac etiam pedicis impediebant, ne forte ruptis capiſtris effugerent, vt Xenophon Ἀναβ. libr. III. docet: eaque de cauſa ad nocturnas pugnas minus habiles & paratos fuiſſe ait: propterea quod nec ſolui, nec frænari, nec inſterni confeſtim equi poſſent: nec Loricatis facilis eſſet eorum aſcenſus. Quod ille ſignificat his verbis: πονηρὸν γὰρ νυκτὸς ἐστὶ στράτευμα Περσικόν. οἵ τε γὰρ ἵπποι αὐτοῖς δέδενται, καὶ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ πεποδισμένοι εἰσὶ, τοῦ μὴ φεύγειν ἕνεκα, εἰ λυθείησαν. ἐάν δέ τις θόρυβος γίγνηται, δεῖ ἐπισάξαι τὸν ἵππον Πέρσῃ ἀνδρὶ, καὶ χαλινῶσαι δεῖ, καὶ θωρακισθέντα ἀναβῆναι ἐπὶ τὸν ἵππον. ταῦτα δὲ πάντα χαλεπὰ νυκτὸς, ἅτε καὶ θορύβου ὄντος, ποιεῖν.

Ceterum Curribus quoque Equos Perſæ in bello iungebant: nec ex ſingulis ſolum equis, verumetiam ex quadrigis pugnabant. Cyrum quidem ipſum Curru in prælio vectum, oſtendit Xenophon, apud quem libro III. παιδ. Cyrus ἐφ' ἅρματος παρακαλῶν milites cohortatur. Sed & Xerxem in ſua aduerſus Græcos expeditione curru ſublimem eminuiſſe, indeque vbi commodum videbatur in Harmamaxam tranſiiſſe, Herodotus libro. VII. ita ſcribit: τούτων δὲ ὄπισθεν αὐτὸς Ξέρξης ἐφ' ἅρματος ἵππων Νισαίων· παρεβεβήκεε δέ οἱ ἡνίοχος, τῷ οὔνομα ἦν Πατεράμφης Ὀτάνεω παῖς ἀνδρὸς Πέρσεω. ἐξήλασε μὲν δὴ οὕτω ἐκ Σαρδίων Ξέρξης μετεκβαίνεσκε δὲ, ὅκως μιν ὁ λόγος αἱρέοι, ἐκ τοῦ ἅρματος ἐς ἁρμάμαξαν. Ex curru quoque pugnaſſe Darium aduerſus Alexandrum, teſtis eſt Diodorus Siculus lib. XVII. de Dario loquens hoc modo, αὐτὸς μὲν ἐφ' ἅρματος ἀγωνιζόμενος, ἠκόντιζεν εἰς τοὺς ἐπιφερομένους. Eundem Darium Curt. lib. IIII. *Triumphãtis magis, quam dimicantis more, Curru ſublimem,* iniiſſe prælium, ait. Sed & libro quinto, *Darius,* inquit, *ſigno ad eundem dato,*

*currum priſtino more conſcendit*.cui & Arrianus lib.II.conſentit. Quadriiugum vero fuiſſe Darij currum, indicat Diodorus lib.XVII.τεθρίππου ζυγὸν, appellans. Regum autem Aurigæ ante ipſos ſedentes,Equos regebant,habeniſque moderabâtur: quibus manus admouere,Reges,Perſica lege vetabantur,ne Regiam maieſtatem minuerent.Darius tamẽ in Iſſiaco contra Alexandrum prælio, in extremum diſcrimen adductus,equis frænos excutientibus, eumque in confertos hoſtes rapientibus, ipſemet eorum inhibendorum retrahẽdorumque cauſa,habenas ſuis manibus indecore adprehẽdere coactus eſt,quemadmodum idem Diodorus libr. XVII. narrat his verbis: οἱ δὲ τὸν τοῦ Δαρείου τεθρίππου ζυγὸν ἐπέχοντες ἵπποι, τραυματιζόμενοι πυκνῶς, καὶ διὰ τὸ πλῆθος τῶν περὶ αὐτοὺς σωρευομένων νεκρῶν πλυρόμενοι, τὰ μὲν χαλινὰ διεσείοντο παρ' ὀλίγον δὲ καὶ αὐτὸν τὸν Δαρεῖον εἰς τοὺς πολεμίους ἐξενέγκαι. διὸ καὶ κινδυνεύων ἐσχάτως ὁ βασιλεὺς, αὐτὸς ἥρπασε τοὺς ῥυτῆρας, συναναγκαζόμενος λῦσαι τὴν σεμνότητα τῆς προστασίας, καὶ τὸν παρὰ Πέρσαις τοῖς βασιλεῦσι κείμενον νόμον ὑπερβῆναι. At priore prælio, cum equi qui Darium vehebant, confoſſi haſtis,& dolore efferati,iugum quatere,& Regem curru excutere cœpiſſent,ille veritus ne viuus in hoſtium poteſtatem veniret,deſiliiſſe,& in equum,qui ad hoc ipſum ſequebatur, impoſitus fuiſſe fertur,inſignibus imperij, ne fugam proderent,turpiter abiectis,quemadmodum Curtius libro IIII. narrat.

Currus autem Perſicos interdum auro argentoque adornatos apud Perſas teſtimonio eſt Curtius lib.x.qui Orſinem Alexandro cum muneribus occurriſſe memorat: additque,*equorum domiti greges ſequebantur,curruſque argento & auro adornati*.Illud prætereundum non videtur,Xerxis ſellam argenteis pedibus, in qua conſidens Naumachiam ſpectauit, poſt eius fugam,in poteſtatem Athenienſium veniſſe:quam αἰχμαλώτου nomine, in Parthenone Mineruæ collocarunt, vnde ab omnibus viſebatur.Harpocration. Ἀργυρόπους δίφρος ὁ Ξέρξου. ὃς αἰχμάλωτος ἐπεκαλεῖτο· ἐφ' οὗ καθεζόμενος, ἐθεώρει τὴν ναυμαχίαν· ἀνέκειτο δὲ εἰς τὸν παρθενῶνα τῆς Ἀθηνᾶς. Quæ verba ex eo deſcripſit Suïdas in Ἀργυρόπεζα.

Erant

Erant & bellici, alterius generis, Currus. Cyrus enim priſcis Curribus exploſis, vt exſtat apud Xenophontem lib. VI. παιδ. πολεμιστήρια κατεσκεύασεν ἅρματα τροχοῖς τε ἰσχυροῖς, ὡς μὴ ῥᾳδίως συντρίβηται, ἄξοσί τε μακροῖς· ἧττον γὰρ ἀνατρέπεται πάντα τὰ πλατέα. τὸν δὲ δίφρον τοῖς ἡνιόχοις ἐποίησεν, ὥσπερ πύργον, ἰσχυρῶν ξύλων, ὕψος δὲ τούτων ἐστὶ μέχρι τῶν ἀγκώνων, ὡς δύνωνται ἡνιοχεῖσθαι οἱ ἵπποι ὑπὲρ τῶν δίφρων. τοὺς δ' ἡνιόχους ἐθωράκισε πάντα, πλὴν τῶν ὀφθαλμῶν. προσέθηκε δὲ καὶ δρέπανα σιδήρεα ὡς διπήχεα, πρὸς τοὺς ἄξονας, ἔνθεν καὶ ἔνθεν τῶν τροχῶν, καὶ ἄλλα κάτω ὑπὸ τῷ ἄξονι εἰς γῆν βλέποντα, ὡς ἐμβαλούντων εἰς τοὺς ἐναντίους τοῖς ἅρμασιν. ὡς δὲ τότε Κῦρος ταῦτα κατεσκεύασεν, οὕτω καὶ ἔτι νῦν τοῖς ἅρμασι χρῶνται καὶ οἱ ἐν τῇ βασιλέως χώρᾳ. Cyrus ergo primus currus cum falcibus in prælia induxit: cuiuſmodi currus Græci, & in his Plutarchus in Lucullo, & Arrianus lib. II. ἅρματα δρεπανηφόρα. Latini, *Falcatos currus vocant*: Curtius etiam, lib. IV. nec non Veget. lib. III. cap. XXIIII. *Falcatas quadrigas*. Huiuſmodi c urruum deſcriptionem ex Xenophonte, Diodoro, Curtio, Suida, ſubiiciam. Xenophon. li. I. Αναβάσ. πρὸ δ' αὐτῶν, ἅρματα διαλείποντα συχνὸν ἀπ' ἀλλήλων τὰ δρεπανηφόρα λεγόμενα· εἶχον δὲ τὰ δρέπανα ἐκ τῶν ἀξόνων εἰς πλάγιον ἀποτεταμένα, καὶ ὑπὸ τοῖς δίφροις εἰς γῆν βλέποντα, ὡς διακόπτειν ὅτῳ ἐντυγχάνοιεν. ἡ δὲ γνώμη ἦν ὡς εἰς τὰς τάξεις τῶν Ἑλλήνων ἐλώντων καὶ διακοψόντων. Diodorus Siculus lib. XVII. de Dario, κατεσκεύασε δὲ καὶ ἅρματα δρεπανηφόρα διακόσια πρὸς κατάπληξιν καὶ φόβον τῶν πολεμίων εὐθέτως ἐπινενοημένα. τούτων γὰρ ἑκάστου παρ' ἑκάτερον τῶν σειροφόρων ἵππων ἐξέκειτο προσηλωμένα τῷ ζυγῷ ξυστὰ ὀρθὰ μήκη τρισπίθαμα, τὴν ἐπιστροφὴν τῆς ἀκμῆς ἔχοντα πρὸς τὴν κατὰ πρόσωπον ἐπιφάνειαν. πρὸς δὲ ταῖς κατακλείσεσι τῶν ἀξόνων ἐπ' εὐθείας ἄλλα δύο, τὴν μὲν τομὴν ὁμοίαν ἔχοντα πρὸς τὴν κατὰ πρόσωπον ἐπιφάνειαν τοῖς προτέροις, τὸ δὲ μῆκος μείζω καὶ πλατύτερα. συνήρμοστο δὲ ταῖς τούτων ἀρχαῖς δρέπανα. Curtius lib. IV. *Ingensque, vt crediderat, hoſtium terror, ducentæ Falcatæ quadrigæ, vnicum illarum gentium auxilium, ſecutæ ſunt: ex ſummo temone, haſta perfixa ferro, eminebant, vtrinque à Iugo ternos direxerant gladios, & inter radios rotarum plura ſpicula eminebant. In aduerſum aliæ deinde falces ſummis rotarum orbibus hærebant, & aliæ in terram demiſſæ: quicquid obuium concitatis equis fuiſſet amputare.* Suidas, Δρε-

παντοφόρα τέθριππα. ἦν δὲ τῷ Δαρείῳ ὑπ' Ἀλεξάνδρου πολεμουμένῳ τέθριππα δρεπανηφόρα, κατεσκευασμένα τῷ δὲ τῷ τρόπῳ. τῶν τροχῶν ἦσαν εἰς τὸν κύκλον περικεχαλκευμένα δρέπανα συνέβαινέ τε ἐπεξεχομένων τὰς τάξεις ἀναιρεῖσθαι, καὶ τοὺς ἐμπίπτοντας, οἰκτρῶς. ἀπόλλυσθαι ἐλαυνομένων γὰρ τῶν δρεπάνων, οἱ μὲν, τῶν ποδῶν. οἱ δὲ, τῶν χειρῶν. οἱ δὲ, ἐκ τῶν ὅπλων κρατούμενοι ἐσύροντο ἐπιπολὺ καὶ ἀνῃροῦντο. Ac poſtea ex Xenophonte citat hæc, τὰ δὴ δρεπανηφόρα καλούμενα, ἔχοντα δρέπανα ἐκ τῶν ἀξόνων εἰς πλάγιον ἀποτεταμένα, καὶ ὑπὸ τοῖς δίφροις εἰς γῆν βλέποντα, ὡς διακόπτειν ὅτῳ ἐντυγχάνοι. Auctor libelli de Rebus bellicis, qui Notitiæ imperii ſubiicitur. Falcatum currum, quem *Currodrepanum* vocat, ita deſcribit: *Huiuſmodi pugnacis vehiculi genus, quod armis præter morem videtur inſtructum, reperit parthicæ pugnæ neceſſitas: ſed hoc, ſingulis bene munitis inuecti equis, duo viri, veſtitu & armis, ferro diligenter muniti, citato curſu in pugnam rapiunt: cuius poſterior ſupra currum pars cultris in ordinem extantibus communitur: videlicet ne facilis à tergo cuiquam præbeatur aſcenſus. Falces vero acutiſſimæ axibus eiuſdem currus aptantur, in lateribus ſuis anſulas habentes: quibus innexi funes, pro arbitrio duorum equitum, laxati quidem explicant, repreſſi autem erigunt falces. Qualia vero huiuſmodi machinæ funera hoſtibus immittant,, vel quas turbatis ordinibus ſtrages efficiant, dicent melius qui vſu bella cognoſcunt.* Currus etiam iſtos, *haſtas, multum vltra temonem eminentes, &, ab viroq; latere demiſſas falces,* habuiſſe, ideoque immiſſos in hoſtes, obuia corpora fœde laceraſſe, ordines etiam valde turbaſſe, Curtius lib. IV. oſtendit: quos idcirco Darium, ſecundo aduerſus Alexandrum prælio, ante ſe locauiſſe, idem memorat.

Aurigæ vero quadrigis hiſce impoſiti ſigno dato, laxatis habenis in confertam hoſtium aciem currus effundebant: quorum minime prouiſo impetu, multi obterebantur, diſtractisq; & auulſis membris miſere lacerabantur. Diodorus libro. XVII. ἔνια δὲ (videlicet ἅρματα δρεπανηφόρα) τῇ βίᾳ τῆς ῥύμης φερόμενα, καὶ ταῖς τοῦ σιδήρου ἀκμαῖς ἐνεργῶς κεχρημένα, πολλὰς καὶ ποικίλας διαθέσεις θανάτων ἀπειργάζετο τοιαύτη. γὰρ ἦν ἡ ὀξύτης καὶ βία τῶν κεχαλκευμένων πρὸς ἀπώλειαν ὅπλων, ὥστε πολλῶν μὲν βραχίονας σὺν αὐταῖς ταῖς ἀσπίσιν ἀποκόπτεσθαι, οὐκ ὀλίγων δὲ τραχήλους παραιρεῖσθαι, καὶ τὰς κεφαλὰς

πίπτειν ἐπὶ τὴν γῆν βλεπόντων ἔτι τῶν ὀμμάτων καὶ τῆς τε προσώπου διαθέσεως διαφυλαττομένης ἐνίων δὲ τὰς πλευρὰς ἐπικαιρίοις τομαῖς ἀναρριπτόντων, καὶ θανάτους ὀξεῖς ἐπιφερόντων. Plutarchus in Artaxerxe, ὁ δὲ κατὰ τοὺς Ἕλληνας ἔταξε τῶν δρεπανηφόρων τὰ ῥωμαλεώτατα, πρὸ τῆς ἑαυτοῦ φάλαγγος, ὡς, πρὶν ἐν χερσὶν γενέσθαι, διακόψοντα τὰς τάξεις, βίᾳ τῆς εἰσελάσεως. Verum Falcatos hoſce currus, non quidem in deſuetudinem in totum abiiſſe, verum negligentius habitos Aurigarumq; imperitia plus plerumq; damni quam adiumenti attuliſſe, Xenophon lib. VIII. παιδ. ita ſcribit: οὐδὲ γε τοῖς δρεπανηφόροις ἅρμασιν ἔτι χρῶνται ἐφ' ᾧ Κῦρος αὐτὰ ἐποιήσατο. ὁ μὲν γὰρ, τιμαῖς αὐξήσας τοὺς Ἡνιόχους, καὶ ἀγαθοὺς ποιήσας, εἶχε τοὺς εἰς τὰ ὅπλα ἐμβαλοῦντας. οἱ δὲ νῦν, οὐδὲ γιγνώσκοντες τοὺς ἐπὶ τοῖς ἅρμασιν, οἴονται σφίσιν ὁμοίους τοὺς ἀνασκήτους τοῖς ἠσκηκόσιν ἔσεσθαι. οἱ δὲ, ὁρμῶσι μὲν, πρὶν δὲ ἐν τοῖς πολεμίοις εἶναι, οἱ μὲν, ἑκόντες ἐκπίπτουσιν. οἱ δ', ἐξάλλονται. ὥστε ἄνευ ἡνιόχων γιγνόμενα τὰ ζεύγη, πολλάκις πλείω κατὰ τοὺς φίλους ἢ τοὺς πολεμίους ποιεῖ. Darium tamen ducentos falcatos currus aduerſus Alexādrū duxiſſe, Diodorus lib. XVII. & Curtius lib. IV. narrant. itemq; Plutarchus in Parallelis, Δαρεῖος ὁ Πέρσης ἐπὶ Γρανικῷ πολεμήσας Ἀλεξάνδρῳ, καὶ ἑπτὰ Σατράπας ἀποβαλὼν καὶ ἅρματα δρεπανηφόρα δύο καὶ πεντακόσια, συμβάλλειν ἔμελλε τῇ ἑξῆς. Vnde apud Curtium in ſua ad milites Oratione idem Darius, hoſtium paucitatem comtemnens, contemplationeq; tanti ac tam ornati ſui exercitus gloriabūdus, *obteri*, ait, *mehercule equorū vngulis poſſunt, etiam ſi nil præter* Falcatos Currus *emiſero*. Longe plures currus huius generis Semiramidem in prœliū aduerſus Bractrianos duxiſſe, Diodorus aliena Cteſiæ, quem auctorem laudat, fide lib. II. ſcribit: habuiſſe enim eam ait, ἅρματα δρεπανηφόρα μικρὸν ἀπολείποντα τῶν μυρίων ἑξακοσίων. qui locus Curruum Ealcatorum inuentum, quod Ciro Xenophon adſtruere videtur, Aſſyriis Regibus vindicat. Fallitur ergo Heſychius cum ait, Δρεπανηφόρα ἅρματα. τοὺς Μακεδόνας φασὶ πρώτους χρήσασθαι. Verum Semiramidem in horum Curruum numero ſuperauit Artaxerxes, Perſarum Rex, quem Imperator Alexander Seuerus bello vicit fuditque: ſi vera ſunt, quæ de eo Lampridius in Alexandro prædicat. Ad bellum enim veniſſe cum, cum *ſeptingentis*

*Elephantis, Falcatisque mille & octingentis curribus,* refert.

Militares autem Currus octiiugos, ſeu octo Temones habentes, quibus ligneæ turres imponebantur, Cyrum in vſum inuexiſſe, Xenoph. lib. VI παιδ. tradit his verbis, Κῦρος δὲ ἰδὼν τὸ τετράρυμον Ἀβραδάτου ἅρμα, κατενόησεν ὡς οἷόν τε εἴη καὶ ὀκτάρυμον ποιήσασθαι, ὥστε ὀκτὼ ζεύγεσι βοῶν ἄγειν τῶν μηχανῶν τὸ κατώτατον οἴκημα. ἦν δὲ τοῦτο τριόργυιον μάλιστα ἀπὸ τῆς γῆς σὺν τοῖς τροχοῖς. τοιοῦτοι δὲ πύργοι σὺν τάξει ἀκολουθοῦντες, ἐδόκουν αὐτῷ μεγάλην μὲν ἐπικουρίαν γενέσθαι τῇ αὐτοῦ φάλαγγι, μεγάλην δὲ βλάβην τῇ τῶν πολεμίων τάξει. ἐποίησε δὲ ἐπὶ τῶν οἰκημάτων καὶ περιδρόμους καὶ ἐπάλξεις. ἀνεβίβαζε δὲ ἐπὶ τὸν πύργον ἕκαστον ἄνδρας εἴκοσιν. Et alio eiuſdem lib. loco, οἵ τε ἵπποι εἰσὶ καταπεφραγμένοι οἱ ἐν τοῖς ἅρμασιν. οἵ τε ἡνίοχοι ἐν πύργοις ἑστᾶσι ξυλίνοις, τὰ ὑπερέχοντα ἅπαντα συνεστεγασμένοι θώραξι δὲ κράνεσι δρέπανά τε σιδηρᾶ περὶ τοῖς ἄξοσι προσήρμοσται, ὡς ἐλῶντες καὶ οὗτοι εὐθὺς εἰς τὰς τάξεις τῶν ἐναντίων. Eos autem Currus, portis apertis conſcendebant, quæ poſt ſeſſorū cōſceſſū claudebātur, vt indicat Xenoph. eod. lib. his verbis, ταῦτα εἰπὼν, κατὰ τὰς θύρας τοῦ ἁρματείου δίφρου ἀνέβαινεν ἐπὶ τὸ ἅρμα. ἐπεὶ δὲ ἀναβάντος αὐτοῦ κατέκλεισε τὸν δίφρον ὁ ὑφηνίοχος:- Ceterum, vti ſuos Alexander ad Falcatorum curruum impetum ſuſtinendum parauerit, Curtius lib. IIII. Diodor. XVII. Arrianus lib. III. docent. Præterea, quid de huiuſmodi curribus Falcatis, qui terrori olim fuere, Vegetius lib. III. cap. XXIIII. ſenſerit, audiamus: *Quadrigas Falcatas in bello Antiochus rex, & Mithridates habuerunt: quæ vt primo magnum intulere terrorem, ita poſtmodum fuere deriſui. Nam difficile Currus falcatus, planum ſemper inuenit campum, & leui impedimento retinetur: vnoque afflicto aut vulnerato equo, decipitur: ſed maxime, hac Romanorum militum arte perierunt: vbi ad pugnam ventum eſt, repente toto campo Romani Tribulos abiecerunt; in quos currentes quadrigæ cum incidiſſent, deletæ ſunt,*

In exercitum autem proficiſcentes Perſæ, Coniuges, Liberos, Matres, Pellices, ducere conſueuerant. Curtius li. III. de Dario, *Reliquas copias in Ciliciam ducit, inſequentibus, more patrio, coniuge ac matre: virgines quoque, cum paruo filio comitabantur patrem.* & paulo poſt, *vxorem matremque Regis, & alium feminarum gregem in medium agmen acceperant.* Prætorum vero

ſuorum coniuges, liberoſque, Damaſci, veluti in arce tutiſſima, Darium reliquiſſe, idem Curtius lib III. narrat. Medos plane & Aſiaticos, affectus omnes ſuos, ſecum, hoc prætextu in bellum duxiſſe; quod eorum conſpectus animos illis adderet: ſimulque quod pro rerum ſibi cariſsimarum tutela, acrius & ardentius dimicarent, Xenophon lib. IIII. παιδ. ita ſcribit: προσῆλαυνον (de Medis loquens) ἁρμαμάξας γυναικῶν τῶν βελτίστων. τῶν μὲν, γνησίων. τῶν δὲ καὶ παλλακίδων, διὰ τὸ κάλλος συμπεριαγομένων. καὶ ταύτας εἰληφότες, προσῆγον. πάντες γὰρ ἔτι καὶ νῦν οἱ κατὰ τὴν Ἀσίαν στρατευόμενοι, ἔχοντες τὰ πλείστου ἄξια στρατεύονται, λέγοντες, ὅτι μᾶλλον μάχοιντ᾽ ἂν εἰ τὰ φίλτατα παρείη. τούτοις γάρ φασιν ἀνάγκην εἶναι προθύμως ἀλέξειν. Huc pertinet, quod idem ipſe alias eodem lib. ſcribit: οἱ δὲ, τὰς γυναῖκας ἀνεβίβαζον ἐπὶ τὰ ὀχήματα. Diodorus lib. XVII. οὐ μόνον γὰρ, ait, αἱ τῆς βασιλικῆς οἰκίας, ἀλλὰ καὶ τῶν συγγενῶν καὶ φίλων γυναῖκες, ἐφ᾽ ἁρμάτων ὀχούμεναι καταχρύσων, συνηκολούθουν, κατά τι πάτριον ἔθος τῶν Περσῶν. ἑκάστη δὲ τούτων, διὰ τὴν ὑπερβολὴν τοῦ πλούτου καὶ τῆς τρυφῆς, περιήγετο πλῆθος πολυδαπάνου κατασκευῆς καὶ γυναικείου κόσμου. Darius apud Curtium lib. IIII. milites ſuos alloquens, *Coniuges quoque & liberi ſequuntur hanc aciem: parata hoſtibus præda, niſi pro cariſsimis pignoribus corpora opponimus.* Herodot. lib. VII. χρυσόν τε πολλὸν καὶ ἄφθονον ἔχοντες, ἐνέπρεπον. ἁρμαμάξας τε ἅμα ἤγοντο. ἐν δὲ παλλακὰς καὶ θεραπηίην πολλήν τε καὶ εὖ ἐσκευασμένην. Maximus Tyr. Sermo, XIIII. Πέρσαις μὲν αἱ παλλακίδες ἕπονται, ἵνα μάχωνται καλῶς ὑπὲρ τῶν φιλτάτων. Eundemque Lydos morem ſeruaſſe, docent Xenophontis lib. IIII. παιδ. verba hæc Κροῖσος δὲ ὁ Λυδῶν βασιλεὺς, ὡς θέρος ἦν, τάς τε γυναῖκας ἐν ταῖς ἁρμαμάξαις προεξεπέμψατο τῆς νυκτὸς, ὡς ἂν ῥᾷον πορεύοιντο κατὰ τὸ ψῦχος. καὶ αὐτὸς ἔχων τοὺς ἱππέας ἐπηκολούθει.

Reges autem Perſarum, exercitum in expeditionem educentes, non prius itineri ſe committebant, quam accuratiſſime comparatis omnibus quæ militaris apparatus exigebat. Ante omnia vero commeatum parabant: & ne cibaria militibus deeſſent, rei frumentariæ, qua potiſsimum exercitus alitur ac ſuſtinetur, nec non & pecuariæ, prouidebant. Quod Herodotus ſignificat. libro I. his verbis, στρατεύεται δὲ βασιλεὺς ὁ μέγας, καὶ σιτίοισι εὖ ἐσκευασμένοισι ἐξ οἴ-

κου, καὶ προβάτοισι. Cyrum etiam ſollicite curaſſe, vti exercitus commeatu abundaret, Xenophon libro IV. παιδ. ita ſcribit: ὁ δὲ Κῦρος ἐνενόησεν ὅτι ἦλθον μὲν οὔτε σῖτα οὔτε ποτὰ ἔχοντες (ἄνευ δὲ τούτων οὔτε στρατεύεσθαι δυνατὸν, οὔτε ἄλλο οὐδὲν ποιεῖν) σκοπῶν δὲ ὡς ἂν ταῦτα τάχιστα καὶ κάλλιστα γένοιτο, ἐνθυμεῖται ὅτι ἀνάγκη πᾶσι τοῖς στρατευομένοις ἐστὶν, εἶναί τινα, ὅτῳ καὶ σκηνῆς μελήσει, καὶ ὅπως τὰ ἐπιτήδεια παρεσκευασμένα τοῖς στρατιώταις εἰσιοῦσιν, ἔσται. Quinetiam Curatores Annonæ, reliquorumque commeatuum in exercitu habuiſſe Cyrum, quos Ἐπιτρόπους vocat, ſequentibus eiuſdem loci verbis Xenophon oſtendit. Quod ſi Curator deeſſet ſeniori manipuli, aut Tabernaculi cuiuſque, eius rei curam mandatam, adiicit. Ac plane, vt belle Vegetius lib. II. cap. III. ſcribit, *ſæpius penuria, quam pugna, conſumit exercitum, & ferro ſæuior fames eſt. Deinde reliquis caſibus poteſt in tempore ſubueniri: Pabulatio & Annona in neceſſitate remedium non habent, niſi ante condantur. In omni expeditione vnum eſt, & maximum conſilium, vt tibi ſufficiat victus, hoſtes frangat inopia. Ante igitur quã inchoetur bellum, de copiis expenſiſque ſolers debet eſſe tractatus, vt pabula frumentum, ceteræque Annonariæ ſpecies, quas à prouincialibus conſuetudo depoſcit, maturius exigantur, & in opportunis ad rem gerendã, ac munitiſſimis locis, amplior ſẽper modus quam ſufficit, aggregetur.* Sibi vtique hac in re belle cauiſſe Cambyſẽ aduerſus Æthiopas proficiſcentem: exercitui vero non item, minus prouiſis commeatibus, conſuluiſſe, Seneca lib. III. de Ira, cap. XX. ſcribit, *In hos enim, quia non ſupinis manibus exceperant ſeruitutem, miſſiſque legatis reſponſa dederant quæ contumelioſa* Reges *vocant, Cambyſes fremebat, & non prouiſis commeatibus, non exploratis itineribus, per inuia, per arentia, trahebat omnem bello vtilem turbam: cui intra primum iter deerant neceſſaria, nec quidquam ſubminiſtrabat ſterilis & inculta humanoque ignota veſtigio regio. Suſtinebãt famem primo tenerrima frondium & cacumina arborum, tum coria igne mollita, & quicquid neceſſitas cibum fecerat. Poſtquam inter harenas, radices quoq; & herbæ defecerãt, apparuitque inops etiam animalium ſolitudo, decimum quemque ſortiti, alimentum habuerunt fame ſæuius. Agebat adhuc ira Regem præcipitem, cum partẽ exercitus amiſiſſet, partem comediſſet: donec timuit, ne & ipſe vocaretur ad ſortem: tum demum ſignum receptui dedit. Seruabantur interim illi*

*generoſæ aues, & inſtrumenta epularũ camelis vehebantur, cum ſortirentur milites eius, quis male periret, quis peius viueret.* quæ Seneca, cum ab Herodoto accepiſſet, meliora fecit, vt ipſa Herodoti verba, quæ ex eius lib. III. ſubieci, demonſtrant. αὐτὸς δὲ, ait de Cambyſe loquens, τὸν λοιπὸν ἄγων στρατὸν, ἤιε ἐπὶ τοὺς Αἰθίοπας, πρὶν δὲ τῆς ὁδοῦ τὸ πέμπτον μέρος διεληλυθέναι τὴν στρατιὴν, αὐτίκα πάντα αὐτοὺς, τὰ εἶχον σιτίων ἐχόμενα, ἐπελελοίπεε, μετὰ δὲ τὰ σιτία, καὶ τὰ ὑποζύγια ἐπέλιπε κατεσθιόμενα, εἰ μὲν νῦν μαθὼν ταῦτα ὁ Καμβύσης, ἐγνωσιμάχεε, καὶ ἀπῆγε ὀπίσω τὸν στρατὸν, ἐπὶ τῇ ἀρχῆθεν γενομένῃ ἁμαρτάδι, ἦν ἂν σοφὸς ἀνήρ· νῦν δὲ, οὐδένα λόγον ποιεύμενος, ἤιε αἰεὶ ἐς τὸ πρόσω. οἱ δὲ στρατιῶται, ἕως μέν τι εἶχον ἐκ τῆς γῆς λαμβάνειν. ποιηφαγέοντες διέζωον· ἐπεὶ δὲ ἐς τὴν ψάμμον ἀπίκοντο, δεινὸν ἔργον αὐτῶν τινὲς ἐργάσαντο ἐκ δεκάδος γὰρ ἕνα σφέων αὐτῶν ἀποκληρώσαντες. κατέφαγον. πυθόμενος δὲ ταῦτα, ὁ Καμβύσης. δείσας τὴν ἀλληλοφαγίην, ἀπεὶς τὸν ἐπ᾽ Αἰθίοπας στόλον, ὀπίσω ἐπορεύετο.

Ac vel Choaſpiã aquã, ſibi in caſtra, deuehi Perſici Reges, quaqua iter facerent, curabant, vt Herodotus lib. I. ſcribit.

Exercitus vero commeatus Camelis vectos oſtendit Herodotus lib. VII. cum ait: σιτία δέ σφι χωρὶς τῶν ἄλλων στρατιωτέων, χαμηλοί τε καὶ ὑποζύγια ἦγον. Idemque eodem lib. in huiuſmodi Σιτοφόρους χαμήλους. Leones Creſtonæos irruiſſe narrat. quẽ Herodoti locũ citat Ælian. lib. XVII. de Animalib. c. XXXVI. Quod Pauſan. lib. II. Eliac. de mõtana Thraciæ regione loquens, confirmat his verbis: οἳ καὶ τῷ στρατῷ ποτὲ ἐπιθέμενοι τῷ Ξέρξου, τὰς ἀγούσας τὰ σιτία Καμήλους ἐλυμήναντο. Herod. lib. I. de Cyro, ὅσαι τῷ στρατῷ τῷ ἑωυτοῦ εἵποντο σιτοφόροι τε καὶ σκευοφόροι χάμηλοι, ταύτας πάσας ἁλίσας, καὶ ἀπελὼν καὶ ἄχθεα, ἄνδρας ἐπ᾽ αὐτὰς ἔβησε. Idem lib. VII. de Immortalibus, Σιτία δέ σφι, χωρὶς τῶν ἄλλων στρατιωτέων, χάμηλοί τε καὶ ὑποζύγια ἦγον.

Ordinariæ quoque militaris Annonæ erogationem, ad ſuam curam ſollicitudinémque reuocaſſe Reges, operam præterea dediſſe, vt ſtipendia militibus conſtituta, ex fide, ſua die, cuique numerarentur, ac dependerentur, Xenophon in Oeconomico tradit. Etenim de Rege Perſarum loquens, ait: ἐξ ὁπόσων τῶν ἐθνῶν δασμοὺς λαμβάνει, τέταχε τῷ ἄρχοντι ἑκάστῳ εἰς ὁπόσους δεῖ διδόναι τροφὴν ἱππέας καὶ τοξότας καὶ σφενδονήτας καὶ γερροφόρους· οἵτινες τῶν τε ὑπ᾽ αὐτοῦ ἀρχομένων

Xerxes Helleſpontum continenti iunxit, ἠγέοντο, vt idem Herodotus ibidem ait, πρῶτα μὲν οἱ μύριοι Πέρσαι ἐστεφανωμένοι πάντες. μετὰ δὲ τούτους ὁ σύμμικτος στρατὸς παντοίων ἐθνέων· ταύτην μὲν ἡμέρην οὗτοι· τῇ δὲ ὑστεραίῃ, πρῶτοι μὲν οἵ τε ἱππόται, καὶ οἱ τὰς λόγχας κάτω τρέποντες· ἐστεφάνωντο δὲ καὶ οὗτος. μετὰ δὲ, οἵ τε ἵπποι οἱ ἱροὶ, καὶ τὸ ἅρμα τὸ ἱρὸν, ἐπὶ δὲ, αὐτός τε Ξέρξης, καὶ οἱ αἰχμοφόροι, καὶ οἱ ἱππόται οἱ χίλιοι. Q. Curtius lib. III. *Patrio more Perſarum traditum eſt, orto ſole demum procedere. Die iam illuſtri ſignum, è Tabernaculo Regis, buccina dabatur: ſuper Tabernaculum unde ab omnibus conſpici poſſet, imago Solis Criſtallo incluſa fulgebat. Ordo autem Agminis erat talis. Ignis, quem ipſi Sacrum & Æternum vocabant, argenteis altaribus preferebatur: Magi proximi patrium Carmen canebant: Magos trecenti & ſexaginta quinque Iuuenes ſequebantur, puniceis amiculis velati, diebus totius anni pares numero: quippe Perſis quoque in totidem dies deſcriptus eſt annus. Currum deinde Ioui ſacratum albentes vehebant equi: hos eximiæ magnitudinis Equus quem Solis appellabant, ſequebatur: aurea virga & alba veſtis regentes equos adornabant. Hand procul erant vehicula decem, multo auro, argento, cælata. Sequebatur hæc equitatus duodecim gentium, variis armis & moribus. Proximi ibãt, quos Perſæ Immortales vocant, ad decem millia. Cultus opulentia Barbari non alios magis honeſtabat. Illi aureos Torques, illi veſtem auro diſtinctam habebant: manicatasq; Tunicas gemmis etiam adornatas. Exiguo interuallo, quos Cognatos Regis appellant, decem & quinque millia hominum. Hæc vero turba muliebriter propemodum culta, luxu magis quam decoris armis conſpicua erat: Doryphori vocabantur. Proximum his agmen, ſoliti veſtem excipere regalem. Hi currum Regis anteibant, quo ipſe eminus vehebatur. Vtrumque Currus latus, Deorum ſimulacra et auro argentoque expreſſa decorabant: diſtinguebant internitentes gemmæ Iugum: ex quo eminebant duo aurea ſimulacra cubitalia, quorum alterum Beli gerebat effigiem. Inter hæc Aquilam auream pennas extendenti ſimilem ſacrauerant. Cultus Regis, inter omnia luxuria notabatur: purpureæ tunicæ mediũ albũ intextũ erat: pallã auro diſtinctam aurei Accipitres, velut roſtro inter ſe corruerent, adornabant: & zona aurea muliebriter cinctus Acinacem ſuſpenderat, cui ex gemma erat vagina. Cidarim Perſæ Regium capitis vocabant inſigne: hoc cærula faſcia albo diſtincta circ ibat. currum decem millia Haſtatorum ſequebantur: haſtas ar-*

*gento adornatas, ſpicula auro præfixa, geſtabat: dextra læuaq; Regem ducenti ferme nobiliſſimi propinquorum comitabantur. Horum agmen claudebatur triginta millibus peditum: quos equis Regis quadringenti ſequebantur. Interuallo deinde vnius ſtadii, matrem Darii Siſygambim currus vehebat, & in alio erat coniux. Turba feminarum Reginas comitantium equis vectabatur. Quindecim dein, quas Harmamaxas appellabant, ſequebantur. In his erant liberi Regis, & quæ educabant eos, ſpadonumque grex, haud ſane illis gentibus vilis: tum pellices Regiæ trecentæ & ſexaginta vehebantur, & ipſæ regali cultu ornatuq; poſt quas, pecuniam Regis ſexcenti muli, & trecenti cameli vehebant, præſidio ſagittariorum proſequente* Propinquorum *amicorumque coniuges huic agmini proximæ, lixarumque & calonum greges, vehebantur. Vltimi erant cum ſuis quæque ducibus, qui cogerant agmen, leuiter armati.* Illi autem Ioui Soliique ſacri currus, Regem, ſiue rei diuinæ faciendæ gratia, ſiue aliam ob cauſam Regia egredientem, ſemper anteibant, quemadmodum Xenophon lib. VIII. παιδ. teſtis eſt.

Itineris obſeruatione deſcripta, conſequens eſt ad Caſtrorum in quibus Perſæ manebant, venire rationem. Non enim ſemper, belli tempore, ad ſtatiua, vel manſionem, ciuitas munita, & quæ tam immenſas copias caperet, occurrebat: & incautum erat, plenumque diſcriminis, exercitum ſine aliqua munitione conſidere, cum militibus, ad capiendum cibum occupatis, ad facienda munera diſperſis, facile nectantur inſidiæ: noctis etiam obſcuritas, neceſſitas ſomni, Equorum item (quos vinctos, vt Xenophon lib. III. Αναβάσ. ſcribit, capiſtrisque ac præſepe alligatos, ſoluere, frænare, & inſternere, ac præ loricarum pondere, conſcendere, haud promptum erat) difficilis eductio, occaſionem ſuperantibus præſtabat. Igitur ne incauti, hoſtibus inſidiis incurſibusve opprimerentur, caſtrorum ſeſe munitionibus tuebantur. Hisque conſtituendis diſponendisque tuta loca deligebant. Tumultuaria vero ſua caſtra Foſſa atque aggere Perſæ cingebant. Nec enim Vallo, ac ſudibus, eos caſtra muniſſe, verum foſſa lata, (quod propter foſſorum multitudinem ac copiam, innumerisque hominibus, manum operi admouentibus, abſque mora confeſtim expediebatur) caſtra muniſſe, eos Xenophon libro IIII.

παιδείας, docet his verbis: οἱ μὲν οὖν Ἀσσύριοι καὶ οἱ σὺν αὐτοῖς, ἐπειδὴ ἐγγὺς ἀλλήλων τὰ στρατεύματα ἐγίγνετο, τάφρον περιεβάλλοντο· ὅπερ καὶ νῦν ἔτι ποιοῦσιν οἱ Βάρβαροι βασιλεῖς· ὁπόταν στρατοπεδεύωνται, τάφρον περιβάλλονται εὐπετῶς, διὰ τὴν πολυχειρίαν. ἴσασι γὰρ ὅτι ἱππικὸν στράτευμα ἐν νυκτὶ ταραχῶδές ἐστι καὶ δύσχρηστον, ἄλλως τε καὶ βάρβαρον· πεποδισμένους γὰρ ἔχουσι τοὺς ἵππους ἐπὶ ταῖς φάτναις· καὶ εἴ τις ἐπ' αὐτοὺς ἴοι, ἔργον μὲν νυκτὸς λῦσαι ἵππους, ἔργον δὲ χαλινῶσαι, ἔργον δ' ἐπισάξαι, ἔργον δὲ ἐπιθωρακίσασθαι. ἀναβάντας δ' ἐφ' ἵππων ἐλάσαι διὰ τοῦ στρατοπέδου, παντάπασιν ἀδύνατον. τούτων δὴ ἕνεκα πάντων καὶ οἱ ἄλλοι καὶ ἐκεῖνοι τὰ ἐρύματα ἐπιβάλλονται.

Vegetius libr. III. cap X. *Dicat aliquis: Multi anni ſunt, quibus nullus foſſa, vel aggere valloque, manſurum circundat exercitum. Reſpondebitur, ſi fuiſſet iſta cautela, nihil nocturni aut diurni hoſtium ſuperuenientes nocere potuiſſent. Perſæ imitantes Romanos, ductu foſſis caſtra conſtituunt, & quia arenoſa ſunt prope omnia, ſaccos, quos inanes portant, ex pulverulenta quæ effoditur terra complent, eorumque cumulo aggerem faciunt. Omnes barbari, carris ſuis in orbem connexis ad ſimilitudinem caſtrorum, ſecuras à ſuperuenientibus exigunt noctes.* Aggerem vero ſepibus ductis, vel interpoſitis ſtipitibus ramisque arborum, ne terra facile dilaberetur, erectum, verſimile eſt: ſuper quem ad ſimilitudinem muri, pinnæ & propugnacula, componebantur. Mardonii tamen caſtra vallo & ſudibus, ac veluti ligneis muris, munita fuiſſe, indicat Diodorus Sicul. lib. XI. Græcorum cum Mardonio congreſſum enarrans hoc modo: μεγάλου δὲ ἀγῶνος ἐξ ἀμφοτέρων γενομένου, καὶ τῶν μὲν βαρβάρων ἐκ τόπων ὀχυρωμένων καλῶς ἀγωνισαμένων, τῶν δ' Ἑλλήνων βίαι προσαγόντων τοῖς ξυλίνοις τείχεσι, πολλοὶ μὲν παραβόλως ἀγωνιζόμενοι κατετιτρώσκοντο. Et mox, οὐ μήν γε τὴν ὁρμὴν καὶ βίαν τῶν Ἑλλήνων ἔστεγεν, οὔτε τὸ κατεσκευασμένον τεῖχος, οὔτε τὸ πλῆθος τῶν βαρβάρων.

In caſtris vero, Tabernacula oppotuno loco collocari conſueuiſſe, Tentoriaque figi, quibus Duces militesque, hiberno & æſtiuo tempore continerentur, Xenophon lib. VIII. παιδ. tradit: inſtituiſſeque Cyrum ait, vt pretorium ad Orientem conuerſum eo loci colocaretur, vnde non longe Doryphorum tabernaculum abeſſet: ſua etiam, gu-

læ miniſtris artificibuſque loca deſignaſſe, dextras quidem piſtoribus; læuas, cocis: Equis dextras, læuas Iumentis attribuiſſe: Alia inſuper cuique pro gradu ſuo, loca, in quibus tentoria figerent, papiliones tenderent, in caſtris deputaſſe. Qua de re Xenophontis lib. VIII. παιδ. Κύρ. verba ſunt hæc. ὅπου ἂν στρατοπεδεύηται βασιλεὺς, σκηνὰς μὲν δὴ ἔχοντες πάντες οἱ ἀμφὶ βασιλέα στρατεύονται, καὶ θέρους καὶ χειμῶνος εὐθὺς δὲ τοῦτο ἐνόμιζε Κῦρος, πρὸς ἕω βλέπουσαν ἵστασθαι τὴν σκηνήν. ἔπειτα ἔταξε πρῶτον μὲν πόσον δεῖ ἀπολείποντας σκηνοῦν τοὺς δορυφόρους τῆς βασιλικῆς σκηνῆς· ἔπειτα σιτοποιοῖς μὲν χώραν ἀπέδειξε τὴν δεξιὰν, ὀψοποιοῖς δὲ τὴν ἀριστερὰν· ἵπποις δὲ τὴν δεξιὰν, ὑποζυγίοις δὲ τοῖς ἄλλοις τὴν ἀριστερὰν. καὶ τἆλλα δὲ διετέτακτο, ὥστε εἰδέναι ἕκαστον τὴν ἑαυτοῦ χώραν καὶ μέτρῳ καὶ τόπῳ. Quemadmodum autem his qui ad victum neceſſaria parabant, ita in caſtrorum ambitu & cancellis ſua ac certa tam Equitatui, quam peditatui, loca, attributa erant, in quæ, Equitum peditumque quiſque ſeſe reciperet ac conferret. Xenophon lib. VIII. ὥσπερ δὲ οἱ περὶ τὰ ἐπιτήδεια, θεράποντες, χώραν εἶχον τὴν προσήκουσαν ἕκαστοι, οὕτω καὶ οἱ ὁπλοφόροι αὐτῷ, ἐν τῇ στρατοπεδεύσει χώραν τε εἶχον τὴν τῇ ὁπλίσει ἑκάστῃ ἐπιτηδείαν, καὶ ᾔδεσαν ταύτην ὁποία ἦν, καὶ εἰς ἀναμφισβήτητον πάντες κατεχωρίζοντο. Habuiſſe autem omnes copiarum duces Turmarumque & Cohortiũ præfectos ſigna fixa in tabernaculorum ſuorũ faſtigio, vel aliubi, vnde internoſci & euocari, re ita exigente, facilius poſſent, Xenophon, lib. VIII. παιδ. ſignificat, cum ait, εἶχον δὲ καὶ σημεῖα πάντες οἱ ἄρχοντες ἐπὶ ταῖς σκηναῖς. οἱ δὲ ὑπηρέται, ὥσπερ καὶ ἐν ταῖς πόλεσιν, οἱ σώφρονες, ἴσασι μὲν καὶ τῶν πλείστων τὰς οἰκήσεις, μάλιστα δὲ τῶν ἐπικαιρίων. οὕτω καὶ τὰς ἐν τοῖς στρατοπέδοις τάς τε χώρας τὰς τῶν ἡγεμόνων ἠπίσταντο οἱ Κύρου ὑπηρέται, καὶ τὰ σημεῖα ἐγίγνωσκον ἃ ἑκάστοις ἦν. ὥστε ὅτου δέοιτο Κῦρος, οὐκ ἐζήτουν, ἀλλὰ τὴν συντομωτάτην ἐφ' ἕκαστον ἔθεον. Tabernacula vero & Veſtibulum habuiſſe & ſuos interius receſſus, Curtius cum Plutarcho indicat: illius enim lib. III. verba ſunt hæc, *Ille cũ paucis armigeris in tabernaculum, in quo captiuæ erant, peruenit, miſſumq; ſe à Rege nuntiare iubet. At ij qui in Veſtibulo erant, vt armatos conſpexere, rati actum eſſe de dominis; in tabernaculum currunt.* Plutarchus in Alexandro, de Dario, τὸν ὑποδέχοντ' ἐνδοτέρω τῆς σκηνῆς ἀπαγαγών.

Regia vero tabernacula omni ſupellectilis luxu & opulentia inſtructa fuiſſe, ex Darij tabernaculo, quod in Alexandri poteſtatem ceſſit, liquet; de quo hæc Diod. Sic. lib. XVII. οἱ δὲ Μακεδόνες, παυσάμενοι τοῦ διωγμοῦ, πρὸς ἁρπαγὴν ὥρμησαν, καὶ μάλιστα περὶ τὰς βασιλικὰς σκηνάς, διὰ τὸ πλῆθος τῆς πολυτελείας ἠσχολοῦντο. διόπερ πολὺς μὲν ἄργυρος, οὐκ ὀλίγος δὲ χρυσός· παμπληθεῖς δὲ καὶ πολυτελεῖς ἐσθῆτες ἐκ τῆς βασιλικῆς σκηνῆς διεφοροῦντο, ὁμοίως δὲ καὶ τῶν τοῦ βασιλέως φίλων καὶ συγγενῶν καὶ τῶν ἄλλων ἡγεμόνων οὐκ ὀλίγος διηρπάγη πλοῦτος. Curtius libro III. *Tunc vero impotentis fortunæ ſpecies conſpici potuit, cum ij qui cum Dario tabernaculum exornauerant, omni luxu & opulentia inſtructum, eadem illa Alexandro, quaſi veteri domino, reſeruabant: namque id ſolum intactum omiſerant milites, ita tradito more, vt victorē victi regis tabernaculo exciperent.* Huius quoque Darici Tabernaculi magnificentiam, Plutarchus in Alexandro deſcribit his verbis: τὴν δὲ Δαρείου σκηνὴν ἐξῃρηκότας ἐκείνῳ, θεραπείας τε λαμπρᾶς καὶ παρασκευῆς καὶ χρημάτων πολλῶν γέμουσαν. εὐθὺς οὖν ἀποδυσάμενος τὰ ὅπλα, πρὸς τὸ λουτρὸν ἐβάδιζεν, εἰπών· Ἴωμεν ἀπολουσόμενοι τὸν ἀπὸ τῆς μάχης ἱδρῶτα, τῷ Δαρείου λουτρῷ. Et mox, ὡς δὲ εἶδεν μεθόλκια καὶ κρωσσοὺς, καὶ πυέλους, καὶ ἀλαβάστρους, πάντα χρυσοῦ, ἠσκημένα περιττῶς· ὠδώδει δὲ θεσπέσιον οἷον ὑπὸ ἀρωμάτων καὶ μύρων ὁ οἶκος· ἐκ δὲ τούτου παρῆλθεν εἰς σκηνὴν ὕψει τε καὶ μεγέθει καὶ τῷ περὶ τὴν στρωμνὴν, καὶ τραπέζας, καὶ τὸ δεῖπνον αὐτοῦ κόσμῳ θαύματος ἀξίαν διαβλέψας, πρὸς τοὺς ἑταίρους, Τοῦτο ἦν ὡς ἔοικεν, ἔφη, τὸ βασιλεύειν. Xerxes quoque claſſem recenſens in naue Sidonia, ἵζετο ὑπὸ σκηνῇ χρυσέῃ, quemadmodum Herodotus lib. VII. ait. Quod autem Curtius *Tabernaculum*, Iuſtinus *Prætorium* vocat lib. II. his verbis, *Statimque Prætorium Regis petunt.* Tabernaculum vero Alexandri luxu Perſici æmulum, Ælianus lib. IX. Var. hiſt. cap. III. ita deſcribit, Αὐτῷ δὲ Ἀλεξάνδρῳ ἡ μὲν σκηνὴ ἦν κλινῶν ἑκατόν· χρυσοῖ δὲ κίονες πεντήκοντα διειλήφεσαν αὐτὴν, καὶ τὸν ὄροφον αὐτῆς ἀνεῖχον· αὐτὸς δὲ ὁ ὄροφος διάχρυσος ἦν, καὶ ἐκπεποίκιλτο ποικίλμασι πολυτελέσι.

Nec Regum modo, ſed & procerum Tabernacula eadem erant opulentia referta. Xenoph. l. IIII. Ἀναβάσ. de Teribaſi Tabernaculo, καὶ ἡ σκηνὴ Τηριβάζου ἑάλω, καὶ ἐν αὐτῇ κλῖναι ἀργυρόποδες καὶ ἐκπώματα, καὶ οἱ ἀρτοποιοὶ καὶ οἱ οἰνοχόοι φάσκοντες

ἄγειν. Eodemque luxu, Mardonij qui Platæenſi prælio occubuit, Tabernaculum inſtructum fuiſſe, docet Herodot. libr. IX. λέγεται δὲ καὶ τάδε γενέσθαι, ὡς Ξέρξης φεύγων ἐκ τῆς Ἑλλάδος, Μαρδονίῳ τὴν κατασκευὴν καταλίποι τὴν ἑωυτοῦ· Παυσανίην ὦν ὁρέοντα τὴν Μαρδονίου κατασκευὴν χρυσῷ τε καὶ ἀργύρῳ καὶ παραπετάσμασι ποικίλοισι κατεσκευασμένην, κελεῦσαι τούς τε ἀρτοκόπους καὶ τοὺς ὀψοποιοὺς κατὰ ταὐτὰ, καθὼς Μαρδονίῳ, δεῖπνον παρασκευάζειν. Idem Herodotus lib. IX. Helotas Laconum, Mardonio cæſo, inueniſſe ait, σκηνὰς κατεσκευασμένας χρυσῷ καὶ ἀργύρῳ, κλίνας τε ἐπιχρύσους καὶ ἐπαργύρους, κρητῆράς τε χρυσέους, καὶ φιάλας τε καὶ ἄλλα ἐκπώματα· σάκκους τε ἐπ' ἁμαξέων εὕρισκον, ἐν τοῖσι λέβητες ἐφαίνοντο ἐνέοντες χρύσεοί τε καὶ ἀργύρεοι. In hoc vero Mardonij Tabernaculo inuentum præſepe equorum æneum, quod inde direptum Tegeatæ donum Mineruæ fixerunt, ibidem Herodotus ſcribit. Perſica igitur Tabernacula, omni ſuppellectilis, aureæ, argenteæ, genere, lectis tricliniaribus, cubicularibuſque, veſte ſtragula, vaſis eſculentis, potulentis, cocinatoriis, & artificum omnium quos cultus domeſticus deſiderabat copia, inſtructa erant. Vnde mirum nemini videbitur, quod Ariſtides in Σμυρναϊκῷ πολιτικῷ ait, ὥσπερ ὡς Πομπικὴν ἐνιαύσιον κεκοσμημένη, ταῖς τε ἰδίαις καὶ ταῖς δημοσίαις κατασκευαῖς, ὡραΐζεται, σκηνῆς Μηδικῆς θέαμα ἁβρότερον. Tentoria autem Perſicis ſimilia Epheſus Alcibiadi ſuppeditabat, quemadmodum Athenæus lib. XII. refert. Vnde Andocides Oratione in Alcibiadem, hæc inter cetera ei obiecit, σκηνὴν μὲν Περσικὴν Ἐφέσιοι διπλασίαν τῆς δημοσίας ἔπηξαν.

Aulæis quoque conſtrata fuiſſe huiuſmodi Tabernacula, & peregre proficiſcentibus Perſarum proceribus, regioneſque aliquas peragrantibus, iumentis dorſuariis vehi ſolita, Plutarchus in Themiſtocle indicat. Nam de eius in inferiores Aſiæ partes profectione, ita ſcribit, τῶν δὲ τὴν σκηνὴν κομιζόντων ὑποζυγίων, ἑνὸς εἰς ποταμὸν ἐμπεσόντος, οἱ τοῦ Θεμιστοκλέους οἰκέται, τὰς αὐλαίας διαβρόχους γενομένας ἐκπετάσαντες ἀνέψυχον.

Atque vt in Tabernaculis, eorumque inſtrumento, & apparatu; ita & in reliquo militari cultu, omni ex parte ſeſe Perſarũ luxus opulentiaq; oſtẽdebat. Etenim Perſæ in acie,

pretioſiſſimam veſtem indui, armiſque, quanto maximo cultu poterant, adornari ſolebant. Apud Curtium libro v. Artabazus ad Darium, *Nos vero*, inquit, *pretioſiſſimam veſtem induti, armiſque quanto maximo cultu poſſumus, adornati, Regem in aciem ſequemur, ea quidem mente, vt victoriam ſperemus, mortem non recuſemus.* Maſiſtium plane in acie Platæenſi aurea lorica, tunica purpurea indutum fuiſſe, Herodot. libro. IX. refert.

Præterea Perſas in bello, Torques aureos, Armillaſque aureas geſtaſſe, Dio Chryſoſt. Oratio. II. de Regno ſic tradit. οὔκουν φαίνεται χρυσοφορίας ἐπαινῶν ὁ Ὅμηρος, καὶ ταῦτα εἰς πόλεμον, ψελλίων τε καὶ στρεπτῶν, ἅπερ δὲ χρυσῶν φαλαρίων καὶ χαλινῶν ὁποῖα τοὺς Πέρσας φασὶν ἐπιτηδεύειν. Id vel ex eo colligitur, quod Ammian. Marcell. libr. XXXI. de Themiſtocle refert: qui cum *poſt pugnam, agminaque deleta Perſarum, licenter obambulans, Armillas aureas vidiſſet humi proiectas, & torquem, Tolle*, inquit, *hæc, ad comitum quendam prope adſtantem, qui Themiſtocles non es: non quodlibet probans in duce magnanimo lucrum.* Mardonium etiam contra Græcos dimicaturum, ex vna gente Perſarum, pleroſque στρεπτοφόρους καὶ ψελλιοφόρους ſibi legiſſe, Herodot, lib. VIII. ſcribit. Sed & poſt platæenſem victoriam, Helotes cæſorum Perſarum cadauera ſpoliantes, quemadmodum idem Herodot. libro IX. ſcribit, ἀπό τε τῶν κειμένων νεκρῶν ἐσκύλευον ψέλλιά τε καὶ στρεπτοὺς, καὶ τοὺς ἀκινάκας, ἐόντας χρυσέους· ἐπεὶ ἐσθῆτός γε ποικίλης λόγος ἐγίνετο οὐδείς. Ariſtides in Panathenaico, de ſpoliis quæ de Perſis victis, Græci victores reportaturi erant, καὶ γὰρ, ait, ἵπποι, καὶ βέλη, καὶ νῆες, καὶ ψέλια, καὶ στρεπτοὶ, καὶ κυνές, καὶ πάντα χρήματα, δῶρα τῆς τύχης ἐστὶ, προκείμενα τοῖς κρείττοσι.

Gladios quoque, & Gladiorum vaginas, gemmis lapilliſque adornabant. Tertullianus de habitu muliebri capit. VII. *Gemmarum quoque nobilitatem vidimus Romæ, de faſtidio Parthorum & Medorum, ceterorumque gentilium ſuorum, coram Matronis erubeſcentem, niſi quod nec ad oſtenſionem fere habentur. Latent in cingulis Smaragdi, & Cylindrinos vaginæ ſuæ, ſolus gladius ſub ſinu nouit; & in peronibus vniones emergere de luto cupiunt. denique, iam gemmatum habent, quod gemmatum eſſe non debet, ſi non compareat aut ideo compareat vt neglectum quoque oſtendatur.* Claudian.

libro ſecundo, de rap, Proſerp. *Parthica quæ tantis variantur cingula gemmis, Regales iunctura ſinus*, Similiterque de Parthis, Iuſtinus libro XLI. *Auri argentique nullus, niſi in armis, vſus.*

Quinetiam Aureis Phaleris, & aureis Frenis equorum, in prœliis ipſis, Perſas oblectatos, cum ex eo quem paulo ante citaui Dionis loco, tum ex his quæ de Maſiſtio apud Herodotum lib. VII. legimus, liquet. Vnde apud Curtium libr. III. Alexander milites ſuos, aciem Perſarum *auro purpuraque fulgentem*, intueri iubebat, *ſuis prædam, non arma, geſtantem.* Idē ipſe apud Iuſtinum lib. XI. dicitur eos hortatus, *vt ſpernerent illam aciem, auro & argento fulgentem, in qua plus prædæ, quam periculi, erat: cum victoria non armorum decore, ſed ferri virtute, quæratur.* Curtius etiam libr. III. de præda Damaſco exportata, *Iacebant*, ait, *toto campo opes Regiæ, illa pecunia ſtipendio ingenti militum præparata: ille cultus tot nobilium virorum, tot illuſtrium fœminarum, aurea vaſa, aurei freni, Tabernacula Regali magnificentia ornata, vehicula quoque à ſuis deſtituta, gentis opulentiæ plena.* Ibidemque XXX. millia hominū, cum ſeptem millibus Iumentorum dorſo onera portantium, capta fuiſſe ſcribit. Rurſus eodem lib. de caſtris Darij, *Sed iam illa quoque hoſtis victor intrauerat, omni quidem opulentia ditia: ingens auri argentique pondus, non belli, ſed luxuriæ apparatum diripuerant milites.* Ariſtides de Caſtrenſi Xerxis luxu, hæc in Panathenaico ſcribit, Κάμηλοι δὲ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου κατέλαμπον, ὅσον μήκιστόν ἐστιν ἀκοῦσαι τοσοῦτον ὑπέχουσαι. εἰ δ᾽ ἐπιθυμήσειε σκιᾶς, δένδρον ἦν αὐτῷ χρυσοῦν ἡ σκιά. ὥστε νύκτωρ μὲν ἤστραπτεν ἀργύρῳ καὶ χρυσῷ μεθ᾽ ἡμέρας δὲ, νύκτα ἐπῆγεν, ὁσάκις τοξεῦσαι κελεύσειε.

Ex popularibus vero ſuis potiſſimum conſcribere & cōparare exercitum, Perſarum Reges ſolebant. Et quidem, vti in Perſide, & Equites, & Stationarij ac præſidiarij milites, conſcriberentur, docet Xenophon lib. VIII. παιδ. ait enim ἐπιχώριον illis fuiſſe, τοὺς μὲν τὴν γῆν ἔχοντας, ἀπὸ ταύτης ἱππότας παρέχεσθαι· οἳ δὴ καὶ ἐστρατεύοντο. τοὺς δὲ φρουροῦντας, αὖ δεῖ στρατεύεσθαι περὶ τῆς χώρας μισθοφόρους εἶναι. Idem Xenophon lib. VIII. παιδ. Satrapis mandaſſe Cyrum inter cetera ἱππέας καθιστάναι ἐκ τῶν συνεπομένων Περσῶν καὶ συμμάχων, καὶ ἁρματηλάτας. Attamen, Græcos quoque milites mercede con-

ductos

ductos, Perſæ ſub ſignis habebant. Xenophon lib. VIII. παιδ. οὐδεὶς ἔτι ἄνευ τῶν Ἑλλήνων εἰς πόλεμον καθίσταται, οὔτε ὅταν οἱ Ἕλληνες αὐτοῖς ἀντιστρατεύωνται· ἀλλὰ καὶ πρὸς τούτους ἐγνώκασι μεθ' Ἑλλήνων τοὺς πολέμους ποιεῖσθαι. Sic Autophradatem Artaxerxis Prætorem, in ſuo aduerſus Datamen exercitu, *Græcorum conductorum tria millia habuiſſe*, Æmilius Prob. refert. In exercitu quoque Darij, Thymodem *Græcis peditibus mercede conductis, triginta milibus præpoſitum* fuiſſe, Curtius libr. III. narrat: additq;, *hoc erat haud dubie robur exercitus, par Macedonicæ phalangi acies.* Arrianus lib. II. de Dario, καὶ πρώτους μὲν τοῦ ὁπλιτικοῦ, τοὺς Ἕλληνας τοὺς μισθοφόρους ἔταξεν ἐς τρισμυρίους, κατὰ τὴν φάλαγγα τῶν Μακεδόνων. Idem libr. I. Alexandrum narrat cum cura ſepeliſſe Perſarum proceres qui in acie ceciderant, ſimul etiam τοὺς μισθοφόρους Ἕλληνας, οἱ ξὺν τοῖς πολεμίοις στρατεύοντες ἀπέθανον· ὅσους δὲ αὐτῶν αἰχμαλώτους ἔλαβε, τούτους δὲ δήσας ἐν πέδαις, εἰς Μακεδονίαν ἔπεμψεν ἐργάζεσθαι.

Bellicoſiores vero ſuos milites *Cardaces* vocitabant. Strabo lib. XV. καλοῦνται δὲ οὗτοι Κάρδακες, ἀπὸ κλοπείας τρεφόμενοι. κάρδα γὰρ τὸ ἀνδρῶδες καὶ πολεμικὸν λέγεται. Heſ. Κάρδακες, οἱ στρατευσάμενοι βάρβαροι ὑπὸ Περσῶν εἰς Ἀσίαν. οὕτω καλοῦσι τοὺς στρατιώτας, ἀπὸ ἔθνους, ἢ τόπου. Arr. lib. II. ἐπὶ δὲ τούτοις τῶν Καρδάκων καλουμένων, ἔνθεν καὶ ἔνθεν ἐξακισμυρίους. ὁπλῖται δὲ ἦσαν καὶ οὗτοι. Fœdam huius nominis deprauationẽ offendiſſe mihi videor apud Æmil. Prob. in Datame, quo loci Perſarum copias memorans, quarum ductor Autophradates erat, *Habebat, ait, Barbarorũ Equitum, viginti; Peditum, centum millia, quos illi Gardates appellant.* Scripſerat. n. ille, niſi me animus fallit, non *Gardates*, ſed *Cardaces* Carduchos etiam Mediæ bellicoſiſſimam gentem memorat. Xenoph. lib. III. Ἀναβάσ. quos ait οἰκεῖν ἀνὰ τὰ ὄρη, καὶ πολεμικοὺς εἶναι, καὶ βασιλέως οὐκ ἀκούειν. ἀλλὰ καὶ ἐμβαλεῖν ποτε εἰς αὐτοὺς βασιλικὴν στρατιὰν, δώδεκα μυριάδας· τούτων δὲ οὐδένα ἀπονοστῆσαι, διὰ τὴν δυσχωρίαν. ὁπότε μέντοι πρὸς τὸν Σατράπην τὸν ἐν τῷ πεδίῳ σπείσαιντο, καὶ ἐπιμίγνυσθαι σφῶν τε πρὸς ἐκείνους, καὶ ἐκείνων πρὸς αὐτούς. Quem Xenophontis locum, in Carduchorum gentis interpretatione, Steph. De vrbib. citat

Perſarum autem exercitus in Decurias, Centurias, Mil-

S ſ

liariaſq; cohortes, diuidebatur. Decuriis qui præerant, Δέκαρχοι ſeu Δεκάρχαι & Δεκαδάρχοι, i. Decani ſecuriones, vocabantur: qui Centuriis, Ἑκατοντάρχαι. i. Centuriones: mille vero militibus præfecti, Chiliarchi. Sed & Myriarchas, qui decem milibus hominũ præeſſent, conſtituebãt. Herod. lib. VII. καὶ Χιλιάρχας τε καὶ Μυριάρχας ἀποδέξαντες Ἑκατοντάρχας τε καὶ Δεκάρχας, οἱ Μυριάρχαι. Xenoph. li. IIII. παιδ. de Cyro, ἀπέπεμπεν εἰς τὰς τάξεις ἑκάστους. καὶ ἐκέλευσεν ἅμα πορευομένους τοῖς αὐτοῦ ἕκαστον Δεκαδάρχοις ταῦτα σημαίνειν· τοὺς δὲ Δεκαδάρχους, τῇ δεκάδι ἕκαστον κελεύειν παραγγέλλειν. Idem libro VIII. παιδ. καὶ τὸ μέρος ἑκάστῳ δοὺς τῶν Μυριάρχων. Quinetiam extitiſſe quoſdam qui ſenis hominibus præeſſent, quos Ἑξαδάρχους vocabant, idem eod. lib. indicat. Ταξιάρχας item, & Λοχαγοὺς habuiſſe eos, idem Xenoph. lib. VI. παιδ. ſcribit: additque, ὁ δὲ λόχος ἦν ἕκαστος εἴκοσι τέτταρες. Quoſdam etiam Equitatui præficiebãt, quos Ἱππάρχους appellabant. ita *Præfectum Equitatus* Perſici Satropacem Curt. lib. IIII. memorat in Xerxis quidem exercitu fuiſſe tres Hipparchos, Armamithrẽ videlicet, Titheum, & Pharnuchyem, Herod. libro. VII. refert. Præterea in Prouinciis, Ἱππάρχους conſtitutos fuiſſe, apparet ex inſcriptione Epiſtolæ Darii, quam Ioſ. l. XI. Antiq. Iud. c. IV. adfert. Fuiſſe & in exercitu Perſico Ἡγεμόνας ἁρμάτων, alios item Ἄρχοντας τῶν ἁρμαμαξῶν, quibus mulieres vehebantur, alios Ἄρχοντας τῶν σκευοφόρων ἁρμαμαξῶν. Xen. lib. VI. παιδ. docet.

Medicos etiam fuiſſe in exercitu, docet Xenoph. libro I. παιδ. his verbis, ὡς πόλεις αἱ χρῄζουσαι ὑγιαίνειν, ἰατροὺς αἱροῦνται, καὶ οἱ στρατηγοὶ τῶν στρατιωτῶν ἕνεκεν ἰατροὺς ἐξάγουσιν.

Copiarum vero ducibus diem locumq; quo quiſq; adeſſet præſtitui conſueuiſſe, oſtendit Herod. lib. VII. de Xerxe loquens in hunc modum, ἐπορεύετο ἐς Σάρδις, ἐκ Κριτάλων ὁρμηθεὶς τῶν ἐν Καππαδοκίῃ· ἐνταῦθα γὰρ εἴρητο συλλέγεσθαι πάντα τὸν κατ᾽ ἤπειρον μέλλοντα ἅμα αὐτῷ Ξέρξῃ πορεύεσθαι στρατόν.

Solebant vero Perſarum Reges milites ſuos recenſere, & exercitum luſtrare. Hoc enim Xerxem feciſſe Herodot. lib. VII. ita ſcribit: ἐπεὶ δὲ ἐγένοντο ἐν Ἀβύδῳ μέσῃ, ἠθέλησε Ξέρξης ἰδέσθαι πάντα τὸν στρατόν· καὶ προεπεποίητο γὰρ ἐπὶ κολωνοῦ ἐπίτηδες αὐτῷ ταύτῃ προεξέδρη λίθου λευκοῦ· ἐποίησαν δ᾽ Ἀβυδηνοὶ

ἐκπεπλαμένης πρότερον βασιλῆος· ἐνθαῦτα, ὡς ἵζετο κατορμῶν ἐπὶ τῆς ἠϊόνος, ἐθηεῖτο καὶ τὸν πεζὸν καὶ τὰς νέας. Et alias eod. lib. de Xerxe. διεξελάσαντι ἐπ' ἅρματος παρ' ἔθνος ἓν ἕκαστον, ἐπυνθάνετο, καὶ ἀπέγραφον οἱ γραμματισταί, ἕως ἐξ ἐσχάτων ἐς ἔσχατα ἀπίκετο καὶ τῆς ἵππου καὶ τοῦ πεζοῦ. Verum vti copiarum ſuarum numerum Xerxes inierit, Herodot. docet lib. VII. his verbis: συνηγάγοντο ἐς ἕνα χῶρον μυριάδα ἀνθρώπων· καὶ συνάψαντες ταύτην ὡς μάλιστα εἶχον, περιέγραψαν ἔξωθεν κύκλον. περιγράψαντες δὲ, καὶ ἀπέντες τοὺς μυρίους, αἱμασιὴν περιέβαλον κατὰ τὸν κύκλον, ὕψος ἀνήκουσαν ἀνδρὶ ἐς τὸν ὀμφαλόν. ταύτην δὲ ποιήσαντες, ἄλλους ἐσεβίβαζον ἐς τὸ περιοικοδομημένον, μέχρις οὗ πάντας τούτῳ τῷ τρόπῳ ἐξηρίθμησαν· ἀριθμήσαντες δὲ, κατὰ ἔθνεα διετάσσοντο. Ariſtides in Panathenaico, de Xerxe, φιλονεικήσας δὲ μαθεῖν ὁ πάντα ἄτοπος βασιλεὺς, ὁπόσους ἄγει· χρεὼ γὰρ καὶ τοῦτο ἐκείνῳ γενέσθαι. δυνατόν· ἠναγκάσθη μετρῆσαι τρόπον δή τινα μᾶλλον ἢ ἀριθμῆσαι τὴν στρατιάν· καὶ κατασκευασάμενος τεῖχος μυριάνδρον πρὸς μέτρον ἠρίθμει. Plinius lib. IIII. cap. XI. *cum locus Doriſcus decem mille hominum capax: ita Xerxes ibi dinumeravit exercitum.* Ammian. Marcellin. lib. XVIII. *quouſque nobis Doriſcum Thraciæ oppidum, & agminatim intra conſepta exercitus recenſitos, Græcia fabuloſa narrabit?* Quod Xerxis exemplum, Darius imitatus eſſe dicitur. De eo namque Curtius lib. III. *Caſtris*, ait, *ad Babylonem poſitis, quo maiore animo capeſſerent bellum, vniuerſas vires in conſpectum dedit: & circundato vallo, quod decies centenum millium armatorum multitudinem caperet, Xerxis exemplo, numerum copiarum iniit.* Quinetiam quotannis Perſarum Rex ſtipendiarios mercenariosque milites recenſere & recognoſcere ſolebat: & eos quidem qui circa eius latus occupabantur, recenſebat ipſemet; alios vero procul remotos, vicaria legatorum opera recognoſcebat. Xenophon Oeconomico: βασιλεὺς δὲ κατ' ἐνιαυτὸν ἐξέτασιν ποιεῖται τῶν μισθοφόρων καὶ τῶν ἄλλων οἷς ὡπλίσθαι προστέτακται· καὶ πάντας ἅμα συνάγων, πλὴν τοὺς ἐν ταῖς ἀκροπόλεσιν, ἔνθα δὴ ὁ σύλλογος καλεῖται· καὶ τοὺς μὲν ἀμφὶ τὴν αὑτοῦ οἴκησιν, αὐτὸς ἐφορᾷ· τοὺς δὲ πρόσω ἀποικοῦντας, πιστοὺς πέμπει τὸ ἐπισκοπεῖν· καὶ οἳ μὲν ἂν φαίνωνται τῶν φρουράρχων καὶ τῶν χιλιάρχων καὶ τῶν σατραπῶν τὸν ἀριθμὸν τὸν τεταγμένον ἔκπλεων ἔχοντες, καὶ τούτους δοκίμοις ἵπποις τε καὶ ὅπλοις κατεσκευασμένους παρέχωσι, τούτους μὲν τοὺς ἄρχοντας καὶ ταῖς τιμαῖς αὔξει, καὶ δώροις μεγά-

λοῖς καταπλουτίζει· οὓς δ' ἂν εὕροι τῶν ἀρχόντων ἢ καταμελοῦντας τῶν φρουράρχων, ἢ κατακερδαίνοντας, τούτους χαλεπῶς κολάζει, καὶ παύων τῆς ἀρχῆς, ἄλλους ἐπιμελητὰς καθίστησι. Atque inde ſummam rerum bellicarum curam geſſiſſe Reges Xenophon arguit.

Ceterum vti acies ſuas Reges inſtruerent, ordinarent, diſponerentque, Cyri, Artaxerxis, Dariique exemplis, facile quiſque ex Xenophonte lib. VIII. παιδ. & lib. II. Αναβάσ. Plutarcho in Artaxerxe, Diodoro Siculo li. XVII. Curtio lib. III. & V. Arriano lib. II. & III. intelliget. Atque vt vtroque aduerſus Alexandrum prælio, Darius præcipuum robur in ſiniſtro cornu cõſtituit, ita alias in dextro cornu Perſas robuſtiſſimas copias collocatas habuiſſe, Iul. Frontin. li. II. Stratagemat. cap. III. memorat. Suis vero temporibus Perſicam aciem Ammianus Marcell. libr. XXIIII. ordinatam fuiſſe ſcribit hoc modo, *Contra hac Perſæ obiecerunt inſtructas cataphractorum equitum turmas, ſic confertas, vt laminis aptati corporum flexus, ſplendore perſtringerent occurſantes obtutus: operimētis ſcorteis, equorum multitudine omni defenſa: quorum in ſubſidiis locati manipuli peditum, contecti ſcutis oblongis & curuis, quæ texta vimine & coriis crudis geſtant, denſius ſe commouebant. Poſt hos Elephanti, gradientium collium ſpecie, motuque immanium corporum, propinquantibus exitium intentabant, documentis præteritis formidati. Hinc Imperator, cateruis peditum firmis, medium inter acies ſpatium ſecundum Homericam diſpoſitionem præſtituit, ne locati priores, cedenteſque deformiter, cunctos auerterent ſecum, aut poſt ſignani pene omnes reiecti Centurias, nullo retinente, licentius verterent terga, ipſe, cum leuis armaturæ auxiliis, per prima poſtremaque diſcurrens.* Cataphractos etiam in media acie Perſica collocatos, Heliodorus li. IX. Æthiopic. narrat his verbis, τὸ δὲ μεσαῖον τοῦ Περσικοῦ τοῖς κατάφρακτοις μεγαλαυχούμενον κατατάττων. Ad Perſicæ quoque aciei ordinationem pertinent hæc Suidæ verba: Ἐξελιγμὸς χόρειος, ὃν καὶ Κρητικὸν καὶ Περσικὸν καλοῦσι, ὁ τὸν αὐτὸν ἐπέχων τόπον τῆς φάλαγγος, & reliqua.

Parthos autem olim in prælium Leones præmiſiſſe, Lucretius lib. V. canit, his verſibus, *Et validos Parthi præ ſe miſere Leones, Cum ductoribus armatis, ſæuiſque magiſtris: Qui moderarier his poſſent vincliſque tenere. Nequicquam, quoniam permixta cæde*

*calentes Turbabant ſæui nullo diſcrimine turmas, Terrificas equitum quatientes vndiq; criſtas.* Sed quis veritatem à poeta, vt ab hiſtorico exigit? Eleganter vtique Lucianus hiſtoricum quēdam nimia credulitate circumuentum ridet: qui aliorum relatu litteris prodiderat Parthos Draconibus, non vt ſignis militaribus, ſed vt immanibus belluis, ad hoſtes conſumendos in prælijs vſos. Verba eius, lib. Quomodo hiſtoria conſcribenda ſit, ſunt hæc. ὥστε τοὺς Δράκοντας ἔφη τῶν Παρθυαίων (σημεῖον δὲ πλήθους τοῦτο αὐτοῖς· χιλίους γὰρ οἶμαι ὁ Δράκων ἄγει) ζῶντας δράκοντας παμμεγέθεις εἶναι, γεννωμένους ἐν τῇ Περσίδι, μικρὸν ὑπὲρ τὴν Ἰβηρίαν, τούτους δὲ, τέως μὲν ἐπὶ κοντῶν μεγάλων ἐκδεδεμένους, ὑψηλοὺς αἰωρεῖσθαι· καὶ πόῤῥωθεν ἐπελαυνόντων, δέος ἐμποιεῖν ἔτ᾽ αὐτῷ δὲ τῷ ἔργῳ. ἐπειδὰν ὁμοῦ ἴωσι, λύσαντες αὐτοὺς ἐπαφιᾶσι τοῖς πολεμίοις. ἀμέλει πολλοὺς τῶν ἡμετέρων οὕτω καταποθῆναι· καὶ ἄλλους, περισπειραθέντων αὐτοῖς, ἀποπνιγῆναι καὶ συγκλασθῆναι.

Solebant vero Perſarum Reges ab his in quorum fines irruerent, quibusve bellum inferrent, Terram & Aquam, per præconem, ſeu fetialem petere, denuntiantes eo modo, vt populum, vrbes, agros, regionemque, in deditionem darent, ſeſeque in totum eorum nutui & ditioni ſubiicerent: alioquin ni imperata fécerent, ſeſe eos ad internecionem vſque bello perſecuturos, minabantur. Diodor. Sicul. lib. XI. de Xerxe, Ὡς δ᾽ ἧκεν εἰς Σάρδεις, κήρυκας ἐξέπεμψεν εἰς τὴν Ἑλλάδα, προστάξας εἰς πάσας τὰς πόλεις ἰέναι, καὶ τοὺς Ἕλληνας αἰτεῖν ὕδωρ καὶ γῆν. Ariſtides in Panathenaico, de Athenis, καὶ πρῶτον μὲν ἡ τῶν κηρύκων πρόσοδος ἡ γιγνομένη κατὰ τὴν Ἑλλάδα ὑπὸ ἐκείνου τε καὶ τοῦ μετ᾽ ἐκεῖνον βασιλέως περὶ τῆς γῆς καὶ τοῦ ὕδατος, ἀπὸ ταύτης τῆς πόλεως ἤρχετο. Apud Curtium lib. III. Alexander cum milites ſuos ad prælium incitaret, admonet illos. *Darÿ prius deinde Xerxis inſolentia, Aquam ipsā Terramq; poſtulantium* (ſic enim, qui primum Florentiæ typis excuſi ſunt, Curtij codices, habent) *vt neq; fontium hauſtum, nec ſolitos cibos relinquerent.* Proinde Darius, vt ab Herodoto lib. IIII. relatum extat, hæc Indathyrſo Scytharum Regi moras nectenti, fugaque prælium vitanti, per Equitem reſcripſit, vt ſi copias ad dimicandum idoneas habere ſe putaret, quam primum Marte decerneret: ſin minus, aiebat ille,

παυόμενος τοῦ δρόμου, δεσπότῃ τῷ σῷ δῶρα φέρων Γῆν τε καὶ Ὕδωρ, ἐλθὲ ἐς λόγους. Cui Indathyrſus reſpondens, Δεσπότας δὲ ἐμοὺς, Δία τε ἐγὼ νομίζω τὸν ἐμὸν πρόγονον, καὶ Ἱστίην τὴν Σκυθέων βασίλειαν, μούνους εἶναι· σοὶ δὲ ἀντὶ μὲν δώρων γῆς τε καὶ ὕδατος, δῶρα πέμψω τοιαῦτα οἷά σοι πρέπει ἐλθεῖν· ἀντὶ δὲ τοῦ ὅτι δεσπότης ἔφησας εἶναι ἐμὸς, κλαίειν λέγω. Idem Darius, teſte eodem Herodoto, lib. VI. explorare cupiens, quid in animo Græci haberent, & vtrum πολεμέειν ἑωϋτῷ, ἢ παραδιδόναι σφέας αὐτούς· διέπεμπε κήρυκας, ἄλλους ἄλλῃ τάξας ἀνὰ τὴν Ἑλλάδα, κελεύων αἰτέειν βασιλέϊ Γῆν τε καὶ Ὕδωρ. Eademque Aſſyriorum Reges Legatis mandata dediſſe, perferenda his quibus bellum indicebant, ex Iudith. cap. II. didici. illic enim, Aſſyriorum Rex Nabuchodonoſor, gentibus in quas expeditionem facturus erat, denunciari iubet, ἑτοιμάζειν illi γῆν καὶ ὕδωρ. Vnus in Perſico iſto more à reliquis omnibus diſſidẽs Plutarchus, Perſas Ignem & Aquam popoſciſſe ſcribit, libro περὶ τοῦ μὴ δεῖν δανείζεσθαι, in quo eſt, φεῦγε πολέμιον καὶ τύραννον δανειστὴν, οὐ Πῦρ αἰτοῦντα καὶ Ὕδωρ· ὡς ὁ Μῆδος, ἀλλὰ τῆς ἐλευθερίας ἁπτόμενον, καὶ προσγράφοντα τὴν ἀτιμίαν. Verum cum Plutarchus γῆν καὶ ὕδωρ ſcripſiſſet, facile imperitus librarius Γῆν mutauit in Πῦρ.

Fallitur certe quiſquis putat hac verborum formula Perſarum Reges imperaſſe vti ſibi commeatus pararentur. Nec enim alio ſpectabat petitio iſta, quam vt huiuſmodi oblatis primitiis, ſeſe gentes eorum imperio, poteſtati, ſeruitio, ſubiicerent. Ariſtides in Panathenaico, καὶ προσῆγον ἃ μηδενὸς ἦν εὑρεῖν πλὴν ἐκείνου. αἰτεῖν μὲν γὰρ ἔφασκεν οὐδὲν τῶν ἀλλοτρίων, ἀλλ᾽ ἀπαρχὰς Γῆς καὶ Ὕδατος· πάντων δ᾽ εἶναι τούτων κύριος. Liuius lib. XXXV. *initium ſemper, per ius, iniuſta impetrandi fieri: niſi crederent, Perſas cum Aquam Terramque, ab Lacedemoniis petierunt, gleba terræ & hauſtu aquæ eguiſſe.* Ac plane Ariſtoteles lib. II. Rhetor, ſcribit, ὅτι τὸ διδόναι Γῆν καὶ Ὕδωρ, δουλεύειν ἐστί. Vnde Himerius in Polemarchico, Terram & Aquam, quam Perſarum Reges poſcebant, δουλείας σύμβολα appellat. Stobæus quoque, Sermone I. ex Theſeo, Xerxem, Terram & Aquam, ceu ἀπαρχὰς τῆς λείας, id eſt prædæ primitias, poſtulaſſe ſcribit. Ex quo apparet, non alia de cauſa, quam pro ſeruitii indicio atque argumento illa poſtulata.

Vnde & eas ciuitates, quæ Xerxi petenti Terram & Aquam denegarent, teſtatam reſponſis ſuis reliquiſſe, τὴν περὶ τῆς κοινῆς ἐλευθερίας αἵρεσιν, Diod. Sicul. lib. xi. ſcribit. Itaque Athenienſibus, Lacedæmoniisque libertatis tuendæ ſtudioſiſſimis, atrox inſolensq; huiuſmodi Perſica poſtulatio ſumme ſemper diſplicuit. Vsq; adeo enim colla huic Perſicæ inſolentiæ iugo ſummittere conſtanter detrectarunt, vt huius rei ergo miſſos à Dario legatos, hi in puteum, illi in barathrum, contra ius gentium, abiecerint: quæ res fecit, vt Xerxes, ad eos ſolos ex cunctis Græcis populis, huiuſmodi legationem non miſerit. quemadmodũ Herodotus l. vii. ſcribit his verbis: ἐς δὲ Ἀθήνας καὶ Σπάρτην οὐκ ἀπέπεμψε Πέρσης ἐπὶ γῆς αἴτησιν κήρυκας. τῶν δὲ εἵνεκα πρότερον Δαρεῖος πέμψαντος ἐπ' αὐτὸ τοῦτο, οἱ μὲν αὐτέων, τοὺς αἰτέοντας ἐς τὸ βάραθρον· οἱ δ', ἐς φρέαρ ἐμβαλόντες, ἐκέλευον γῆν καὶ ὕδωρ ἐκ τουτέων φέρειν παρὰ βασιλέα. τουτέων μὲν εἵνεκα οὐκ ἀπέπεμψε Ξέρξης τοὺς αἰτήσοντας. ὅτι δὲ τοῖσι Ἀθηναίοισι ταῦτα ποιήσασι τοὺς κήρυκας, συνήνεικε ἀνεθέλητον γενέσθαι, οὐκ ἔχω εἶπαι, πλὴν ὅτι σφέων ἡ χώρη καὶ ἡ πόλις ἐδηιώθη· ἀλλὰ τοῦτο οὐ διὰ ταύτην τὴν αἰτίην δοκέω γενέσθαι. Ariſtides Panathenaico, de Athenienſibus, vti legatos illos Xerxis acceperint, ſcribit hæc: καὶ οὕτω δὴ, ῥίπτουσιν εἰς τὸ βάραθρον, ὥστ' ἄλλους ἀπαγγεῖλαι τῷ βασιλεῖ τὰς ἀποκρίσεις, καὶ παρὰ τῶν πεμφθέντων, μὴ ἐγγενέσθαι μαθεῖν. Iniectam tamen poſtea Lacedæmoniis religionem, quod ius gentium, Perſicorum illorum legatorum cæde, violaſſent, expiandique criminis cauſa, duos ex popularibus ſuis Sperthiem & Bulim, Xerxi dediſſe, qui in eos pro arbitrio animaduerteret, Herodot. lib. vii. refert. Quod & Stobæus, Serm. i. Theſei auctoritate confirmat. quibus ſeſe comitem Suidas in verbo Ξενοφῶν, addit.

Interpretem certe, Græcæ Perſicæque linguæ peritum, eodemq; legationis officio fungentem, Themiſtocles plebiſciti auctoritate nixus, morte multauit. Plutarchus in Themiſtocle, ἐπαινεῖται δ' αὐτοῦ καὶ τὸ περὶ τὸν δίγλωσσον, ἔργον, ἐν τοῖς πεμφθεῖσιν ὑπὸ βασιλέως, ἐπὶ γῆς καὶ ὕδατος αἴτησιν. ἑρμηνέα γὰρ ὄντα συλλαβὼν, διὰ ψηφίσματος, ἀπέκτεινεν, ὅτι φωνὴν Ἑλληνίδα βαρβάροις προστάγμασιν ἐτόλμησε χρῆσαι. Eadem & de Themiſtocle Ariſtides Orat. Platonica ii. memorat.

Idem Panathenaico, hoc Athenienſiũ plebiſcitum, aduerſus Interpretem factum, ita celebrat: τῷ δ' ἑρμηνεύσαντι τὰ γράμματα, διαχειροτονίας μὲν ἀπέδοσαν ἴν', ἵνα ἤδη τὴν Ἑλλήνων, ἔχοι πλέον τὴν τῆς κρείσσονος εἰκόνα· ἀπέκτειναν δὲ καὶ τοῦτον, ὡς οὐδ' ἄχρι φωνῆς διακονῆσαι προσῆκον τοῖς βαρβάροις, καὶ τὸ ἰσχυρὸν προσῆλθεν αὐτῷ τὸν γὰρ τῆς πόλεως ἄποικον, οὐκ ἠξίουν κατὰ τῆς πόλεως καὶ τῶν Ἑλλήνων. ἑρμηνεία τῷ φύσει πολεμίῳ γενέσθαι.

Quinetiam, cum Artaxerxes à Cois Hippocratem medicum ſibi dedi poſtulaſſet, denuntians exitium ipſis totique inſulæ, ni iuſſa patrarentur: illi ad minaces eius litteras reſcripſerunt, in hunc modum: οὐ δώσουσιν Ἱπποκράτεα, οὐδὲ εἰ μέλλοιεν ὀλέθρῳ τῷ κακίστῳ ἀπολέσθαι· καὶ γὰρ Δαρείου καὶ Ξέρξου τῶν πατέρων ἐπιστολὰς γραψάντων, γαῖαν καὶ ὕδωρ αἰτεόντων οὐκ ἔδωκεν ὁ δῆμος, ὁρέων αὐτοὺς ὁμοίως τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις θνητοὺς ἐόντας, ἐπ' αὐτοὺς ἰόντας. quæ ego ex mutuis Artaxerxis & Inſulanorum illorum epiſtolis, quæ inter Hippocratis epiſtolas ſunt relatæ, ſumpſi.

Modeſtius vero ſeſe, erga Alexandrum, Amyntæ Regis Macedonum, filium, Athenienſes geſſerunt. Eum enim à Mardonio, ad Terram & Aquam petendam, miſſum, ſeuera comminatione caſtigatum, vrbe protinus excedere iuſſerunt, quemadmodum Harpocration, in eiuſdem Alexandri nomine ſcribit his verbis: ἐστρατεύετο δὲ μετὰ Μαρδονίου, ἀφ' οὗ καὶ ἐπέμφθη ἐπὶ γῆς καὶ ὕδατος αἴτησιν πρὸς Ἀθηναίους· οἱ δὲ οὐχ ὅπως αὐτῷ προσέσχον τὸν νοῦν, ἀλλὰ καὶ σφόδρα ἀπειλήσαντες, ἀπέπεμψαν. Quod ſignificat & Lycurgus contra Leocratem, cum ait, οὕτω γοῦν ἐφίλουν τὴν πατρίδα ἅπαντες, ὥστε τὸν παρὰ Ξέρξου πρεσβευτὴν Ἀλέξανδρον, φίλον ὄντα αὐτοῖς πρότερον, ὅτι γῆν καὶ ὕδωρ ᾔτησε, μικροῦ δεῖν κατέλευσαν.

Eoſdem Athenienſes, Herodotus lib. v. narrat, ſocietatis & amicitiæ cum Perſis iungendæ cauſa, legatos ad Artaphernem Sardium Præſidem miſiſſe: ad cuius aures, cum, ne fãdo quidẽ, Athenienſium nomen perueniſſet, quinam eſſent Athenienſes, & vbi gentium & locorum, ſciſcitatũ: Ea re comperta, reſpondiſſe, ſi Dario Regi vellent dare Terram & Aquam, ſeſe quod petebant induIturum: ſin minus, illos excedere iuſſit. Legati inter ſe collocuti, quod exoratores redire cuperent, qui oratores venerant, daturos ſe adnuerunt

nuerunt. Quo nomine eos, poſt reditum, acerbe grauiterque incuſatos ait.

Qui vero eiuſmodi poſtulatis parebant, Regis magni ſeſe poteſtati, imperio, dominatuique ſubiicientes, eum pro domino adgnoſcebant. Sic Amyntam Macedonum Regem, Terram & Aquam petentibus Perſis conceſſiſſe, Herodotus lib. v. ſcribit, his verbis: Μεγάβαζος δὲ ὡς ἐχειρώσατο τοὺς Παίονας, πέμπει ἀγγέλους ἐς Μακεδονίην ἄνδρας ἑπτὰ Πέρσας οἳ μετ' αὐτὸν κεῖνον ἔσαν δοκιμώτατοι ἐν τῷ στρατοπέδῳ. ἐπέμποντο δὲ οὗτοι παρ' Ἀμύντην, αἰτήσοντες Γῆν τε καὶ Ὕδωρ Δαρείῳ βασιλέϊ. Et mox οἱ ὦν Πέρσαι οἱ πεμφθέντες οὗτοι παρὰ τὸν Ἀμύντην ὡς ἀπίκοντο, αἴτεον, ἐλθόντες ἐς ὄψιν τὴν Ἀμύντεω, Δαρείῳ βασιλέϊ Γῆν τε καὶ Ὕδωρ. Inſulanos quoque idem illi obſequium exhibuiſſe, idem Herodot. lib. vi. ita refert: οἵ τε δὴ ἄλλοι νησιῶται διδοῦσι γῆν τε καὶ ὕδωρ Δαρείῳ, καὶ δὴ καὶ Αἰγινῆται. Gelonem etiam Syracuſanorum tyrannum, idem Herodot. lib. vii. narrat, vbi primum audiit Xerxem Helleſpontum traieciſſe, Cadmum Coum Delphos cum ingenti pecuniæ vi miſiſſe, qui dubium, pugnæ expectaret euentum, mandataque ei dediſſe huiuſmodi, vt ſi quidem Xerxes ſuperior diſcederet, τά τε χρήματα αὐτῷ διδόναι, καὶ Γῆν τε καὶ Ὕδωρ, τῶν ἄρχει ὁ Γέλων· ἢν δὲ οἱ Ἕλληνες, ὀπίσω ἀπάγειν. Thebanos etiam Γῆν καὶ Ὕδωρ ἐν πρώτοισι dediſſe Xerxi, idem eod. lib. ait.

Porro de numero copiarum Xerxis, mira & quæ fidem humanam excedant, ab Herodoto referuntur. Grauiſſimũ tamen adſertorem adſtipulatoremque habet Diodorum Siculum. Is enim lib. ii. ex Cteſia, in exercitu quem Semiramis aduerſus Bactrianos comparauit, fuiſſe ſcribit: πεζῶν μὲν ρό μυριάδας, ἱππέων δὲ μιᾷ πλείους τῶν εἴκοσι μυριάδων, ἅρματα δὲ δρεπανηφόρα, μικρὸν ἀπολείποντα τῶν μυρίων ἑξακοσίων. Ac deinde adiicit, ἔστι μὲν οὖν ἄπιστον τοῖς αὐτόθεν ἀκούουσι τὸ πλῆθος τῆς στρατιᾶς. οὐ μὴν ἀδύνατόν γε φανήσεται τοῖς ἀναθεωροῦσι τὸ τῆς Ἀσίας μέγεθος, καὶ τὰ πλήθη τῶν κατοικούντων αὐτὴν ἐθνῶν. εἰ γάρ τις (ἀφεὶς τὴν ἐπὶ Σκύθας Δαρείου στρατείαν μετὰ ὀγδοήκοντα μυριάδων, καὶ τὴν Ξέρξου διάβασιν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα τοῖς ἀναριθμήτοις πλήθεσι) τὰς χθὲς καὶ πρώην συντελεσθείσας πράξεις ἐπὶ τῆς Εὐρώπης σκέψαιτο, τάχιον ἂν πιστὸν ἡγήσαιτο τὸ ῥηθέν.

Æmilius Probus in Themiſtocle, *Nam cum Xerxes, & mari & terra bellum vniuerſæ inferret Europæ, cum tantis eam copiis inuaſit, quantas neque antea, neque poſtea habuit quiſquam.* Xerxis autem exercitum, reliquas omnes quotquot vnquã coactæ fuerunt copias, ſuperaſſe, Herodotus lib. VII. ita ſcribit: ἀπὸ γὰρ Αἰγύπτου ἁλώσιος, ἐπὶ μὲν τέσσαρα ἔτεα πλήρεα παραρτέετο στρατιήν τε καὶ τὰ πρόσφορα τῇ στρατιῇ. πέμπτῳ δὲ ἔτεϊ ἀνομένῳ ἐστρατηλάτεε χειρὶ μεγάλῃ πλήθεος. στόλων γὰρ τῶν ἡμεῖς ἴδμεν πολλῷ δὴ μέγιστος οὗτος ἐγένετο. ὥστε μήτε τὸν Δαρείου τὸν ἐπὶ Σκύθας παρὰ τοῦτον μηδένα φαίνεσθαι, μήτε τὸν Σκυθικὸν ὅτε Σκύθαι Κιμμερίους διώκοντες ἐς τὴν Μηδικὴν χώρην. Denique neque Darii, neque Scytharum in Aſiam neque Græcorum aduerſus Ilium copias, neque alios aliis adiectos exercitus cum vno hoc Xerxis conferri poſſe. At in numero harum Xerxis copiarum, veteres auctores variant. Herodot. quidem certe lib. VII. poſt ſubductam ſingularum quæ ex diuerſis gentibus comparatæ erant copiarum rationem, ſummam facit bellatorum his verbis, γίνονται ἀνδρῶν αἱ πᾶσαι μάχιμοι μυριάδες διηκόσιαι, καὶ ἑξήκοντα καὶ τέσσαρες. ἔπεισι δὲ ταύτῃσι ἑκατοντάδες ἑκκαίδεκα καὶ δεκάς. Lixas vero & calones, & aliam bello inutilem turbam, numero æquaſſe bellatricem illam multitudinem, quæque nauibus frumentariis, & onerariis impoſita erat, ait. Vnde concludit Xerxem in exercitu ſuo habuiſſe πεντηκοσίας τε μυριάδας, καὶ εἴκοσι καὶ ὀκτὼ, καὶ χιλιάδας τρεῖς, καὶ ἑκατοντάδας δύο, καὶ δεκάδας δύο ἀνδρῶν. At ſecundum Cteſiam, Xerxis exercitus, ex milibus octingentis conſtabat, præter Currus. Ait enim fuiſſe ἄνευ τῶν ἁρμάτων, ὀγδοήκοντα μυριάδας. Ad quem numerum proxime accedit Plinius lib. XXXIII. cap. X. de Pithio Bithyno loquens hoc modo, *Xerxis copias hoc eſt ſepties centena* LXXXVIII. *millia hominum, excepit epulo.* Paulo plures fuiſſe Xerxis copias, Diodorus Siculus lib. XI. ita ſcribit, ἠριθμήθησαν δὲ τῆς πεζῆς δυνάμεως μυριάδες, πλείους τῶν ὀγδοήκοντα. Idem Diodorus alias eodem lib. de Xerxe, μετεπέμψατο τοὺς ἀπὸ τῆς Εὐρώπης συμμάχους, οὐ πολὺ λείποντας τῶν κʹ μυριάδων ὥστε ἔχειν αὐτὸν τοὺς σύμπαντας οὐκ ἐλάττους τῶν ρʹ μυριάδων, χωρὶς τῆς ναυτικῆς δυνάμεως. ὁ δὲ σύμπας ὄχλος ὁ τῶν τε ἐν ταῖς μακραῖς ναυσὶν ὄντων, καὶ τῶν τὴν ἀγορὰν καὶ τὴν ἄλλην πα-

ἐστρατευμένου κομιζόντων, οὐκ ἐλάττων ἦν τῶν προειρημένων. Iſocrates in Panathenaico, in Xerxis exercitu fuiſſe, τῆς πεζῆς στρατιᾶς πεντακοσίας μυριάδας τῶν πάντων, ἑβδομήκοντα δὲ τῶν μαχίμων. Plutarchus in Parallelis, Ξέρξης μετὰ πεντακοσίων μυριάδων Ἀρτεμισίῳ προσορμίσας. At Æmilius Probus in Themiſtocle. *Terreſtres autem exercitus ſeptingentorum millium peditum, equitum quadringentorum millium fuerunt.* Iuſtinus lib. II. *Iam Xerxes, ſeptingenta millia de regno armauerat, & trecenta millia de auxiliis: vt non immerito proditum ſit, flumina ab exercitu eius ſiccata, Græciamq; omnẽ vix capere exercitũ eius potuiſſe.* Dionyſ. Halicarnaſ. li. XI. ἐνίκησαν Ἀθηναῖοί τε καὶ Λακεδαιμόνιοι δυσὶ ναυμαχίαις, καὶ πεζομαχίᾳ μιᾷ, καταγωνισάμενοι τὸν βάρβαρον, τριακοσίας ἄγοντα μυριάδας, αὐτοὶ σὺν αὐτοῖς τοῖς συμμάχοις, οὐ πλείους ὄντες ἕνδεκα μυριάδων. Plutarch. in Parallelis, Ξέρξης μετὰ πεντακοσίων μυριάδων Ἀρτεμισίῳ προσορμίσας. & alias eod. lib. Περσῶν μετὰ πεντακοσίων μυριάδων ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα ἐρχομένων.

Quod autem ad Xerxis claſſem attinẽt, eam mille nauium fuiſſe, Æſchylus in perſis ſcribit: quo potiſſimum teſte vt exploratæ fidei, & æquali temporum illorum, Plutarchus in Themiſtocle vtitur, his verbis, περὶ δὲ τοῦ πλήθους τῶν βαρβαρικῶν νεῶν, Αἰσχύλος ὁ ποιητὴς, ὡς ἂν εἰδὼς καὶ διαβεβαιούμενος ἐν τραγῳδίᾳ Πέρσαις, λέγει ταῦτα.

Ξέρξῃ δὲ (καὶ γὰρ οἶδα) χιλιὰς μὲν ἦν
Νεῶν τὸ πλῆθος αἱ δ' ὑπέρκομποι τάχει
Ἑκατὸν δὶς ἦσαν, ἑπτὰ θ'.

Cui conſentiens Cteſias de Xerxe ſcribit hæc, τριήρεις χιλίας ἤλαυνεν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, ζευγνὺς τὴν Ἄβυδον. Secundum quæ, Cicero lib. I. in Verrem, Xerxem *mille numero nauium claſſem ad Delum appuliſſe* ſcribit. Alii ducentas præterea addunt, in quibus princeps Herodotus lib. VII. ἐκ τῶν νεῶν τῶν ἐκ τῆς Ἀσίης, ἐουσέων ἑπτὰ καὶ διηκοσίων καὶ χιλιέων. Iſocrates in Panathenaico, καὶ Ξέρξου τοῦ τότε βασιλεύοντος τριήρεις μὲν συναγαγόντος διακοσίας καὶ χιλίας. Idem in Panegyrico, de Xerxis copus, πρὸς πλεύσαντι δὲ τριήρων διακοσίων καὶ χιλίων καὶ τῆς πεζῆς στρατιᾶς ἀναριθμήτου μελλούσης εἰς τὴν Ἀττικὴν ἐμβάλλειν. Diodorus Sicul. li. XI. νῆες δὲ σύμπασαι μακραὶ πλείους τῶν χιλίων καὶ διακοσίων. Æmilius Probus in Themiſtocle *huius enim claſſis mille & ducentarum nauium longarum fuit: quã duo*

*millia onerariarum ſequebantur.* At Iuſtinus lib. II. de Xerxe, *Naues quoque decies centum millia numero habuiſſe dicitur.* Vnde fabulis adnumerari non debere, Diodorus Sicul. lib. XI. cenſet, quæ de Xerxe referuntur: ὥστε μηδὲν, ait, θαυμαστὸν εἶναι τὸ λεγόμενον ὑπὲρ τοῦ πλήθους τῶν ὑπὸ Ξέρξου συναχθέντων. φασὶ γὰρ τοὺς ἀενάους ποταμοὺς διὰ τὸ τοῦ πλήθους συνεχὲς ἐπιλιπεῖν, τὰ δὲ πελάγη τοῖς τῶν νεῶν ἱστίοις κατακεκαλύφθαι. μέγισται μὲν οὖν δυνάμεις τῶν εἰς ἱστορικὴν μνήμην παραδεδομέναις αἱ μετὰ Ξέρξου γενόμεναι παραδέδονται. Et alias idem, τὴν δὲ στρατιὰν διελόμενος, ἐξαπέστειλε τοὺς ἱκανοὺς ζεῦξαι μὲν τὸν Ἑλλήσποντον, διακόψαι δὲ τὸν Ἄθω κατὰ τὸν αὐχένα τῆς Χερρονήσου· ἅμα μὲν ταῖς δυνάμεσιν ἀσφαλῆ καὶ σύντομον τὴν διέξοδον ποιούμενος, ἅμα δὲ τῷ μεγέθει τῶν ἔργων ἐλπίζων προκαταπλήξασθαι τοὺς Ἕλληνας. οἱ μὲν οὖν πεμφθέντος ἐπὶ τὴν κατασκευὴν τῶν ἔργων, ταχέως ἤνυον, διὰ τὴν πολυχειρίαν τῶν ἐργαζομένων. quo pertinet hæc Ariſtotelis lib. III. Rhetorices verba, πλεῦσαι μὲν διὰ τῆς ἠπείρου, πεζεῦσαι δὲ διὰ τῆς θαλάττης. τὸν μὲν Ἑλλήσποντον ζεύξας, τὸν δ' Ἄθω διορύξας. Sic Lyſias in Epitaphio, ἐξὸν γὰρ αὐτῷ χιλίαις ναυσὶ διαβιβάσαι κατὰ τὸ στενότατον τοῦ Ἑλλησπόντου τὴν πεζὴν στρατιὰν ἐκ τῆς Ἀσίας εἰς τὴν Εὐρώπην, οὐκ ἠθέλησεν, ἡγούμενος τὴν διατριβὴν αὐτῷ πολλὴν ἔσεσθαι· ἀλλ' ὑπεριδὼν καὶ τὰ φύσει πεφυκότα, καὶ τὰ θεῖα πράγματα καὶ τὰς ἀνθρωπίνας διανοίας, ὁδὸν μὲν διὰ τῆς θαλάσσης ἐποιήσατο, πλοῦν δὲ διὰ τῆς γῆς ἠνάγκασε γενέσθαι· ζεύξας μὲν τὸν Ἑλλήσποντον, διορύξας δὲ τὸν Ἄθω. Cicero lib. II. de Finibus, *Vt ſi Xerxes cum tantis claſsibus tantiſque equeſtribus & pedeſtribus copiis, Helleſponto iuncto, Athone perfoſſo, maria ambulauiſſet, terramque nauigaſſet: ſi cum tanto impetu in Græciam veniſſet: cauſam eius quis ex eo quæreret.* Iuſtinus lib. II. de Xerxe, *denique ante experimentum belli, fiducia virium, veluti naturæ ipſius dominus, & montes in planum deducebat, & conuexa vallium æquabat, & quædam maria pontibus ſternebat, quædam ad nauigationis commodum per compendium ducebat.* Manilius Aſtronomicῶn libro III.

*—nec Perſica bella profundo*
*Indicta, & magna pontum ſub claſſe latentem,*
*Immiſſumque fretum terris, iter æquoris vndis.*

Iſocrates in Panegyrico, de Xerxe, ὥστε τῷ στρατοπέδῳ πλεῦσαι μὲν διὰ τῆς ἠπείρου, πεζεῦσαι δὲ διὰ τῆς θαλάττης τὸν μὲν Ἑλ-

λήσποντον ζεύξας τὸν δὲ Ἄθω διορύξας. Plutarchus περὶ εὐθυμίας Ὅταν διαβαίνοντα τὴν σχεδίαν μαχεσάμενον τὸν Ξέρξην ἐκεῖνον, ὡς ὁ Ἑλλησπόντιος, ἴδῃ καὶ τοὺς ὑπὸ μάστιξι διορύττοντας τὸν Ἄθω, καὶ τοὺς περικοπτομένους ὦτα καὶ ῥῖνας ἐπὶ τῷ διαλυθῆναι τὴν γέφυραν. Himerius in Polemarchico, ὤφθη ποτὲ πάσης ἐλπίδος κρείττονα θαύματα, ἵππος καθ' Ἑλλήσποντον Μηδική, καὶ διὰ Ἄθω μέσου στόλος τριήρων πεμπόμενος. ἀπείχετο δ' ὁ Ξέρξης οὐδὲ οὐρανοῦ τοῖς τολμήμασιν, ἀλλὰ μεθίστη καὶ μετεπήδα τοῖς θαύμασιν ἀπὸ θαλάσσης ἐπ' ἤπειρον, ἀπὸ γῆς ἐπ' οὐρανόν, κἀκεῖθεν ἐπὶ τὸν ἥλιον. τοῦ μὲν γὰρ τοξεύων τὸ φῶς ἀπέκρυπτεν. τοῦ δὲ πλείω τὴν φύσιν ἤμειβεν, τῆς δὲ πεζεύων τὴν χρείαν ἤλεγχεν· καὶ σπανίῳ πελάγη μὲν ὑπὸ τριήρων κρυπτόμενα, στρατόπεδα τῆς ἀριθμοῦ φύσεως κρείττονα, ἔθνη δὲ δείπνων δαπάνης ἥττονα. Interpres Æſchyli in Perſas, de Xerxe, ἐγεφύρωσε γὰρ τὸ ἑπταστάδιον τῆς θαλάσσης ταῖς ναυσὶ συνδήσας, καὶ γῆν ἐπιβαλὼν ἄνωθεν, ὥστε ὁδὸν ποιῆσαι ἐπὶ τῶν νεῶν. Strabo libr. IX. καὶ ὁ εἰς Σαλαμῖνα πορθμὸς ὅσον διστάδιος, ὃν διαχοῦν ἐπειρᾶτο Ξέρξης· ἔφθη δὲ ἡ ναυμαχία γενομένη, καὶ ἡ φυγὴ τῶν Περσῶν. Suetonius in Caligula cap. XIX. de ponte quo Caligula Baiarum medium interuallum, & Putoolanas moles, trium millium & ſexcentorum fere paſſuum, ponte coniunxit, contractis vndique onerariis nauibus, & ordine duplici ad ancoras collocatis, ſuperiectoque aggere terreno, ac directo in Appiæ viæ formam, *Scio*, ait, *pleroſque exiſtimaſſe talem à Caio pontem excogitatum, æmulatione Xerxis, qui non ſine admiratione aliquanto anguſtiorem Helleſpontum contabulauerit.* Sane cum inchoatum hunc pontem ingens orta tempeſtas ſoluiſſet abrupiſſetque, inde ira ſuccenſus Xerxes, quemadmodum Herodotus lib. VII. ſcribit, τὸν Ἑλλήσποντον ἐκέλευσε τριηκοσίας ἐπικέσθαι μάστιγι πληγάς, καὶ κατεῖναι ἐς τὸ πέλαγος πεδέων ζεῦγος. Valerius Maximus lib. III. cap. II. *Grauem mari ac terræ Xerxem, nec fluminibus tantum terribilem, ſed Neptuno quoque compedes, & cælo tenebras minitantem.* Seneca cap. IV. lib. in Sapientem non cadere iniuriam, *Quid tu putas, cum ſtolidus ille Rex multitudine telorum diem obſcuraſſet, vllam ſagittam in Solem incidiſſe? aut demiſſis in profundum cathenis Neptunum potuiſſe contingi?* Plutarchus περὶ ἀοργησίας Ὁ δὲ Ξέρξης, καὶ τῇ θαλάττῃ στίγματα καὶ πληγὰς ἐνέβαλε, καὶ πρὸς τὸ ὄρος ἐξέπεμ-

πει ἐπιστολὰς Ἄθῳ δαιμόνιε οὐρανομήκης, μὴ ποιεῖν ἐμοῖς ἔργοις λίθους μεγάλους καὶ δυσκατεργάστους· εἰ δὲ μὴ, τεμὼν ῥίψω σεαυτὸν εἰς τὴν θάλασσαν. Maximus Tyr. Sermone IV. ἀνίσταται ἡ Ἀσία, μαστιγοῦται ἡ θάλαττα, Ἑλλήσποντος ζεύγνυται, Ἄθως ὀρύττεται. Suidas in verbo Ξέρξης· διώρυξε καὶ τὸν Ἄθω Μακεδονικὸν ὄρος· ἔζευξε καὶ τὸν Ἑλλήσποντον τὸν μεταξὺ Σηστοῦ καὶ Ἀβύδου· διαλυθέντος δὲ ὑπὸ χειμῶνος μέρους, πέδας τε εἰς τὴν θάλασσαν καθῆκε, καὶ ἐμαστίγου τὸ ὕδωρ. Xerxes inſolentiam ſuam teſtatam reliquit litteris quoque ad Græciæ ciuitates miſſis; de quibus hæc Æſchines in Cteſiphontem: οὐχ ὁ μὲν Περσῶν βασιλεὺς ὁ τὸν Ἄθω διορύξας, ὁ τὸν Ἑλλήσποντον ζεύξας, ὁ γῆν καὶ ὕδωρ τοὺς Ἕλληνας αἰτῶν, ὁ τολμῶν ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς γράφειν ὅτι δεσπότης ἐστὶν ἁπάντων ἀνθρώπων ἀφ' ἡλίου ἀνιόντος μέχρι δυομένου, νῦν οὐ περὶ τοῦ κύριος ἑτέρων εἶναι διαγωνίζεται, ἀλλ' ἤδη περὶ τῆς τοῦ σώματος σωτηρίας.

Hinc Lucullum, quod exciſo mõte iuxta Neapolim, maiori impendio, quàm villam ædificauerat, Euripũ & maria admiſiſſet, à Pompeio Magno *Xerxem togatum* appellatũ, Plin. li. I. cap. LIV. refert. Velleius Patercul. li. II. *Lucullus, ſummus alioqui vir, profuſæ huius in ædificiis, conuictibusq; & apparatibus luxuriæ, primus auctor fuit: quem ob iniectas moles mari, & receptũ ſuffoſsis montibus in terras mare, haud infacete Magnus Pompeius Xerxem togatum vocare aſſueuerat.* Xerxis etiam inſolentiam arguit quod Ariſtides in Panathen. de eo loquens, ait: καὶ τοῦτο μὲν τοῖς ὑπάρχουσιν ἐκέλευεν ἑτοιμάζειν αὐτόθεν τὰς πέδας ὑπερβαλὼν, ἢ καθ' ὅσους ᾤετο τοὺς Ἀθηναίους εἶναι, ἵνα μηδεὶς ἄδετος αὐτὸν διαφύγῃ, καὶ τῆς ὀργῆς ἀπολαύων, ἔως ἐξῆν.

De Cyri copiis, in ſua aduerſus Babylonios expeditione, hęc Xen. li. VIII. παιδ. ſcribit: συνήγειρε στρατιὰν εἰς Βαβυλῶνα. καὶ λέγεται αὐτῷ γενέσθαι εἰς δώδεκα μὲν ἵππων μυριάδας, εἰς δισχίλια δὲ ἅρματα δρεπανηφόρα· πεζῶν δὲ εἰς μυριάδας ἑξήκοντα.

Sane Darius, vt Æmilius Probus in Miltiade ſcribit, cum ex Europa in Aſiam rediſſet, hortantibus amicis, vt Græciam redigeret in ſuam poteſtatem, claſſem quingentarum Nauiũ comparauit: eiq; Datin præfecit, & Artaphernem, hiſq; ducenta peditũ millia, & decem Equitum dedit. Plutarchus in Parallelis, Δᾶτις ὁ Περσῶν σατράπης μετὰ τριάκοντα μυριάδων, εἰς Μαραθῶνα παραγενόμενος πεδίον τῆς Ἀττι-

χῆς. At Darium alterum, vtroque aduerſus Alexãdrũ prę-lio, in aciem, cum quadringentis millibus Peditum, ac cẽtũ millibus Equitum, proceſſiſſe, Iuſtin. lib. xi. refert. Habuiſſe vero cum πεζοὺς μὲν περὶ ὀγδοήκοντα μυριάδας, ἱππεῖς δ' οὐκ ἐλάττους τῶν εἴκοσι μυριάδων. Diodorus Sicul. lib. xvii. ſcribit. At Curtius, lib. iiii. *Summam, ait, totius exercitus ad Arbela, fuiſſe, Equites quadraginta quinque millia: pedeſtris acies ducenta millia expleuerat.* Arrianus lib. iii. ἐλέγετο δὲ ἡ πᾶσα στρατιὰ ἡ Δαρείου, ἱππεῖς μὲν ἐς τετρακισμυρίους, πεζοὺς δὲ ἐς ἑκατὸν μυριάδας, καὶ ἅρματα δρεπανηφόρα διακόσια, ἐλέφαντες δὲ, οὐ πολλοὶ, ἀλλὰ ἐς πεντεκαίδεκα. Cæſa ſunt autem priore prælio, Peditum vnum & ſexaginta millia, Equitum decem millia, capta quadraginta millia. Ex Macedonibus cecidere Pedeſtres cxxx. Equites cl. quemadmodum Iuſtinus lib. xi. ſcribit. Curtius lib. iiii. *ad arbela cecidere Perſarum, quorum numerum victores inire potuerunt millia* xl. *Macedonum minus quam* ccc. *deſiderati ſunt.*

At vbi ab iſtis Regalibus exercitibus diſceſſerimus, ampliſſimas, numero & multiudine militum, fuiſſe Equeſtres pedeſtresque Tiſſaphernis Prætoris Artaxerxis, quas Ageſilaus fudit, copias, Pauſanias Eliacor. ii. adfirmat his verbis, γενομένης δὲ πρὸς Τισσαφέρνην σατράπην τῶν περὶ Ἰωνίαν μάχης ἐν Ἑρμοῦ πεδίῳ, τήν τε ἵππον τὴν Περσῶν ἐνίκησεν ὁ Ἀγησίλαος, καὶ τὸ πεζὸν τότε πλεῖστον ἀθροισθὲν, μετά γε τὸν Ξέρξου καὶ πρότερον ἔτι ἐπὶ Σκύθας Δαρείου καὶ ἐπὶ Ἀθήνας στρατόν. Iam de Regibus Perſarum, hoc Ammianus Marcellin ex ſuorum forte temporum moribus, adnotat, Regem Perſarum præliis intereſſe non coactum. Verba eius auctoris lib. xix. ſunt hæc, *Rex enim ipſe Perſarum, qui numquam adeſſe certaminibus cogitur, his turbinum infortuniis percitus, nouo & nuſquam antea cognito more, præliatoris militis ritu, proſiluit in conſertos.* Priſcos vero Perſicos Reges præliis præfuiſſe, manusque cum hoſte conſeruiſſe, notius eſt, quam vt in eo probando longior conſumi debeat oratio. Dariũ vtique, in duobus aduerſus Alexandrum præliis, ſublimem curru eminuiſſe, & *ſuis ad tuendum, & hoſtibus ad inceſſendũ ingens incitamentũ*, Curtius lib. iii. & iiii. refert. Acinace autẽ, ſcuto, atque arcu armatũ fuiſſe Dariũ, ex eo colligere licet

quod Arrian. lib. II. eum, relicto curru, ſcuto, atque arcu, profugiſſe, equisque ſubinde mutatis, elapſum, narrat. Eundemque Currum cum Arcu, in Alexandri poteſtatem veniſſe, Plutarchus in Alexand. ſcribit.

Verum quem potiſſimum locum in acie Rex Perſarum teneret, inueſtigandi occaſionem præbet Alexander, qui admodum puer, Legatos Perſarum ad patrem miſſos, inter cetera, interrogaſſe fertur, ποῦ τεταγμένος ὁ βασιλεὺς, ἐν ταῖς μάχαις ἀγωνίζεται, quemadmodum Plutarchus lib. II. de Alexandri fortuna refert. Sane Perſarum Rex in media acie ſtare ſolebat. Docet hoc Xenoph. lib. I. Αναβάσ. Cyrum enim ſategiſſe narrans quid Rex in prælio ageret, addit, καὶ γὰρ ᾔδει αὐτὸν, ὅτι μέσον ἔχοι τοῦ Περσικοῦ στρατεύματος· καὶ πάντες δὲ οἱ τῶν Βαρβάρων ἄρχοντες, μέσον ἔχοντες τὸ αὐτῶν, ἡγοῦντο, νομίζοντες οὕτω ἐν ἀσφαλεστάτῳ εἶναι. ἢν ᾖ ἡ ἰσχὺς αὐτῶν ἑκατέρωθεν ᾖ· καὶ εἴ τι παραγγεῖλαι χρῄζοιεν, ἡμίσει ἂν χρόνῳ αἰσθάνεσθαι τὸ στράτευμα. καὶ Βασιλεὺς δὴ τότε μέσον ἔχων τῆς ἑαυτοῦ στρατιᾶς, ὅμως ἔξω ἐγένετο τοῦ Κύρου εὐωνύμου κέρατος. Quem Xenophontis locum laudat Arrianus lib. II. αὐτὸς δὲ, inquiens, Δαρεῖος τὸ μέσον τῆς πάσης τάξεως ἐπεῖχε, καθάπερ νόμος τοῖς Περσῶν βασιλεῦσι τετάχθαι. καὶ τὸν νοῦν τῆς τάξεως ταύτης Ξενοφῶν ὁ τοῦ Γρύλλου ἀναγέγραφεν. Idem lib. III. de Dario, κατὰ τὸ μέσον δὲ, ἵνα ἦν βασιλεὺς Δαρεῖος, οἵ τε συγγενεῖς οἱ βασιλέως ἐτετάχατο καὶ οἱ μηλοφόροι Πέρσαι. De Cyro quoque Xenophon lib. VIII. παιδ. αὐτὸς μὲν δὴ, ait, πρῶτος ἑαυτὸν ἐν μέσῳ κατετίθετο τοῦ στρατοπέδου, ὡς ταύτης τῆς χώρας ἐχυρωτάτης οὔσης. Idem lib. IIII. παιδ. de Cyro, αὐτὸς δὲ τὸ μέσον ἔχων, σὺν τοῖς Πέρσαις ἐπορεύετο.

Perſarum autem Reges, quanquam paratiſſimos milites ad præliandum viderent, eos tamen ad pugnam militari more cohortabantur. Teſtimonio ſunt Darii orationes, quibus ille milites ſuos in procinctu hortatur, apud Curtium lib. III. & IIII. Quinetiam Perſarum Reges vbi in aciem copias eduxerant, priusquam manum conſererent cum hoſte, de fortitudine diſſerere ſolitos, Stobæus Serm. XLII. ex Selino ita tradit, Περσῶν, inquiens, βασιλεῖς, πολεμεῖν μέλλοντες, περὶ ἀνδρίας διαλέγονται.

Sed iam inſtructa & ordinata acie, claſſicum canamus.

Buccina,

Buccina, belli ſignum è Tabernaculo Regis datum, Curtius lib. III. refert. Diodorus Sicul. lib. XVII. τῶν δὲ σαλπιγκτῶν παρ' ἀμφοτέροις σημαινόντων. Heliodorus lib. IX. ἀρθέντων δὲ ἑκατέρωθεν τῶν σημείων, καὶ τῶν μὲν Περσικοῦ διὰ σαλπίγγων, ῥόπτροις δὲ καὶ τυμπάνοις τῶν Αἰθιόπων τὴν μάχην ἐπισημαινόντων. Præterea trucē & inconditum clamorem Perſas, vbi hoſtes in conſpectu erant, ſuſtuliſſe, Curtius lib. III. indicat his verbis, *Iam in conſpectu, ſed & extra teli iactum, vtraque acies erat, cum priores Perſæ inconditum & trucem ſuſtulere clamorem*, Diodor. Sicul. li. XVII, οἱ Μακεδόνες πρῶτοι συναλαλάξαντες, βοὴν ἐξαίσιον ἐποίησαν. μετὰ δὲ ταῦτα τῶν βαρβάρων ἀντιφθεγξαμένων, συνήχησε μὲν ἡ συνέγγυς ὀρεινὴ πᾶσα. τὸ δὲ μέγεθος τῆς βοῆς ὑπερῆρε τὴν προγεγενημένην κραυγήν, ὡς ἂν πεντήκοντα μυριάδων μιᾷ φωνῇ συνηχουσῶν. Idem lib. XI. de Mardonio, διέταξε τὴν δύναμιν ὅπως ποτὲ ἔδοξεν αὐτῷ συμφέρειν, καὶ μετὰ βοῆς ἀπήντησε τοῖς Ἕλλησι. & lib. XVII. de his qui Darium in acie circumdabant, οἳ μετὰ πολλῆς βοῆς ἐπιρράξαντες τοῖς πολεμίοις. Ammian. Marcell. lib. XXIIII. de prælio inter Perſas & Romanos commiſſo, *Cum vndiq; ſolito more conclamaretur, virorumq; alacritatem ſonantia claſſica iuuarent.* Cyrum tamen Pæanem ad committendam pugnam exorſum, Xenophon lib. VII. παιδ. ita ſcribit: ἐπεὶ δὲ ἔδοξε τῷ Κύρῳ καιρὸς ἤδη εἶναι, ἐξῆρχε παιᾶνα· συνεπήχησε δὲ πᾶς ὁ στρατός· μετὰ δὲ τοῦτο τῷ Ἐνυαλίῳ τε ἅμα ἐπηλάλαξαν. Xenoph. li. III. παιδ. de Cyro, ἐξῆρχεν αὖ Διοσκούροις παιᾶνα τὸν νομιζόμενον. οἱ δὲ, θεοσεβῶς πάντες συνεπήχησαν μεγάλῃ τῇ φωνῇ, ἐν τῷ τοιούτῳ γὰρ δὴ οἱ δεισιδαίμονες ἧττον τοὺς ἀνθρώπους φοβοῦνται. ἐπεὶ δ' ὁ παιὰν ἐγένετο, ἅμα πορευόμενοι οἱ ὁμότιμοι φαιδροί. Parthi vero, quibus Martem clamoribus ac ſonis accenderent, exponit Plutarch. in Craſſo his verbis, ὡς δὲ ἐγγὺς ἐγένοντο καὶ σημεῖον ἤρθη παρὰ τοῦ στρατηγοῦ, πρῶτον μὲν ἐπίμπλατο φθογγῆς βαρείας καὶ βρόμου φρικώδους τὸ πεδίον. Πάρθοι γὰρ οὐ κέρασιν οὐδὲ σάλπιγξιν ἐποτρύνουσιν ἑαυτοὺς εἰς μάχην, ἀλλὰ ῥόπτρα βυρσοπαγῆ καὶ κοῖλα περιτείναντες ἠχείοις χαλκοῖς, ἅμα πολλαχόθεν ἐπιδουποῦσι· τὰ δὲ, φθέγγεται βύθιόν τι καὶ δεινὸν ὠρυγῇ θηριώδει καὶ τραχύτητι βροντῆς μεμιγμένον, εὖ πως συγκεκραγότα. Nec fruſtra antiquitus inſtitutum, vt ſigna vndique concinerent, clamoreſq; vniuerſi tollerent, quibus rebus & hoſtes terreri, & ſuos incitari exiſtimauerunt, Cæſar lib. III. de bello Ci-

uili, item Hirtius, ſiue Oppius, de bello Hiſpanienſi tradūt.

Et quoniam voce ſola, inter præliorum tumultus, regi multitudo non poteſt, & pro neceſſitate rerum plura ex tempore iubenda atque facienda: Perſarum vſus inuenit, quomodo quod ſolus Dux vtile iudicaſſet, per Signa totus adgnoſceret & ſequeretur exercitus. Horum Signorum alia Vocalia erant, alia Semiuocalia, alia Muta. Vocalia appello cum Vegetio, quæ voce humana pronuntiabantur: qualia more militiæ Centurioni petenti dediſſe Imperatores Romanos, ex Suetonio & Tacito, liquet. Huiuſmodi ſigna dediſſe eum qui in Perſico exercitu maximam habebat poteſtatem, teſtatur Xenophon libr. VII. παιδ. de Cyro ita loquens, ταῦτα εἰπὼν, καὶ σύνθημα παρεγγυήσας, Ζεὺς σωτὴρ καὶ ἡγεμὼν, ἐπορεύετο. Idem Xenophon libr. III. παιδ. ἕως δ' ἔπι βελῶν ἔξω ἦσαν, παρηγγύα ὁ Κῦρος σύνθημα, Ζεὺς σύμμαχος καὶ ἡγεμών. Semiuocalia vero eodem Vegetio duce & auſpice appello, quæ per Σάλπιγγας data fuiſſe diximus. Nam indubitate harum ſonis agnoſcebat exercitus, vtrum irruere in hoſtes, ſtare, vel progredi, aut regredi oporteret: vtrum longe perſequi fugientes, an receptui canere. Et ita Xerxem è Prætoria naue Signum vela faciendi dediſſe, refert Herod. libr. VII. his verbis, ἐσβὰς ἐς Σιδωνίην νέα, ἐς τὴν ὅπερ ἐσέβαινε αἰεὶ, ὅκως τι ἐθέλοι τοιοῦτο ποιῆσαι, ἀνέδεξε σημήϊον καὶ τοῖσι ἄλλοισι ἀνάγεσθαι. Signū etiam receptui, Buccina dediſſe Perſas, argumento eſt quod ex Xenophonte Plutarchus ἐν ἀποφθέγμασι ſcribit, διὸ καὶ Χρυσάντας ἐπῄνεσεν ὁ Κῦρος, ὅτι μέλλων ἀναιρεῖν πολέμιον, καὶ τὴν κοπίδα διηρμένος, ἀκούσας τὸ Ανακλητικὸν, ἀφῆκε τὸν ἄνδρα, καὶ οὐκ ἔπαισεν, ὡς κεκωλυμένος. Darium *Signo dato*, Falcatos currus in hoſtem effudiſſe, Curt. li. IIII. refert. Muta ſigna erant, Vexilla. Quacunq; enim hæc ferri iuſſerat ductor, eo neceſſe erat vt ſignum ſuum comitantes milites pergerent. Signum autem præcipuum Perſarum exercitus, erat Aquila aurea, pinnas extendens, longæ haſtæ præfixa. Auctor Xenophon libro VII. de Cyro: παρηγγύητο δὲ πάντας πρὸς τὸ Σημεῖον, καὶ ἐν ἴσῳ ἕπεσθαι. ἦν δ' αὐτῷ τὸ Σημεῖον, Αετὸς χρυσοῦς, ἐπὶ δόρατος μακροῦ ἀνατεταμένος, καὶ νῦν δὲ ἔτι τοῦτο τὸ σημεῖον τῷ Περσῶν βασιλεῖ διαμένει.
Ad hoc ſignum Perſarum veriſimile eſt pertinere verba hęc

Arriani, quæ à Suida in verbo ξυςὸν laudantur: τὰ σημεῖα τῶν ἐπιλέκτων ςρατιᾶς, ἀετοὶ, εἰκόνες βασιλέων, σήμματα πάντα χρυσᾶ, ἀνατεταμένα ἐπὶ ξυςῶν ἠργυρωμένων. Per flammeum autem vexillum, ſignum in exercitu Perſarum erectum, Ammian. li. xx. refert his verbis, *Aduentans itaque Rex, cũ per optimates ſuos propius admiſſos, pacatiore colloquio flectere defenſores ad ſuum non potuiſſet arbitrium, & diem integrum dedit: & matutinæ lucis exordio, ſigno per flammeum erecto vexillum, circumuaditur ciuitas à quibusdam.*

Regale vero in bello ſignum fuiſſe, Aquilam Auream Peltæ inſidentem, docet Philoſtratus in Heroicis, cap. de Themiſtocle, his verbis: Μῆδοι ταῦτα καὶ Βαβυλὼν μέση· καὶ τὸ σημεῖον τὸ βασίλειον, ὁ χρυσοῦς ἐπὶ τῆς πέλτης ἀετός. Ac plane Aquilam auream, pinnas extendenti ſimilem, in ordine agminis recenſet Curtius, lib. III.

Eorum vero qui ſaucij ex acie receſſerant, curam Perſas habuiſſe, eique rei Ἐπιμελητὰς conſtitutos, Suidas ex Xenophonte ita tradit: Ἐπιμεληταί· παρὰ Πέρσαις ἦσαν Ἐπιμεληταί, ὥς φησι Ξενοφῶν, οἳ τοὺς τετρωμένους ἐν πολέμῳ ἐθεράπευον. Parthi vtique, non alios beatiores prędicabant, quàm qui in acie cecidiſſent: in perpetuum, eos, per gloriam viuere exiſtimantes. Ammian. Marcell. lib. XXIII. de Parthis, *feri ſunt illic habitatores pagorum omniũ, atq; pugnaces: eoſq; ita certamina iuuant & bella, vt iudicetur inter alios omnes beatus, qui in prælio fuderit animam. Excedentes enim è vita, morte fortuita, conuiciis inſectantur vt degeneres & ignauos.* Enimuero, virorum fortium operam atq; induſtriam, honoribus, præmiis, ac ſplendore, apud Perſas decoratam fuiſſe, ſupra docuimus. Reges etiam militaribus donis, eos qui fortiter ac ſtrenue pugnauerant, donabant. Plutarchus in Artaxerxe, μετὰ δὲ τὴν μάχην δῶρα κάλλιστα μὲν ἐξέπεμψε καὶ μέγιστα τῷ Ἀρταγέρσου παιδὶ, ὑφ' οὗ πεσόντος ὑπὸ Κύρου· καλῶς δὲ καὶ Κτησίαν καὶ τοὺς ἄλλους ἐπετίμησεν. Carem item, qui Cyro mortiferum vulnus inflixerat, quo præmio Artaxerxes adfecerit, idem Plutarchus eod. lib. exponit his verbis: ᾧ γέρας ἔδωκε τῆς πράξεως ταύτης ὁ βασιλεὺς, ἀλεκτρυόνα χρυσοῦν ἐπὶ δόρατος ἀεὶ πρὸ τῆς τάξεως ἐν ταῖς ςρατιαῖς κομίζειν. καὶ γὰρ αὐτοὺς τοὺς Κᾶρας, ἀλεκτρυόνας οἱ Πέρσαι, διὰ τοὺς λόφους οἷς κοσμοῦσι τὰ κράνη, προσηγόρευον.

Contra ſummo odio, Deſertionis crimen proſequebantur. Diras certe & atroces aduerſus Deſertores latas leges Ammianus Marcellin. lib. XXIII. ſcribit. Militarium etiam quarundam animaduerſionum exempla ſuggerit Plutarchus in Artaxerxe his verbis: ἦν δέ τις ἐμμέλεια καὶ περὶ τὰς τῶν ἐξαμαρτανόντων δίκας. Ἀρβάκην μὲν γάρ τινα Μῆδον ἐν τῇ μάχῃ πρὸς Κῦρον φεύγοντα, καὶ πάλιν ἐκείνου πεσόντος μεταστάντα, δειλίαν καὶ μαλακίαν καταγνούς, οὐ προδοσίαν οὐδὲ κακόνοιαν, ἐκέλευσε γυμνὴν ἀναλαβόντα πόρνην, περιβάδην ἐπὶ τοῦ τραχήλου δι' ἡμέρας ὅλης ἐν ἀγορᾷ περιφέρειν. ἑτέρου δὲ πρὸς τῷ μεταστῆναι ψευσαμένου καταβαλεῖν δύο τῶν πολεμίων, προσέταξε διαπεῖραι τρισὶ βελόναις τὴν γλῶτταν.

In hoſtes vero quandoque ſæuiſſe Perſarum Reges, argumento eſt, quod Leonidæ mortui corpus, in crucem ſuſtulerunt. Ex Thebanis etiam dedititiis, quoſdam interfeciſſe eos, quoſdam vero, & in his Leontiadem, notis Regalibus compunxiſſe, Herodotus lib. VII. ita ſcribit: ὡς γὰρ αὐτοὺς ἔλαβον οἱ βάρβαροι ἐλθόντας, τοὺς μέν τινας αὐτῶν καὶ ἀπέκτειναν προσιόντας· τοὺς δὲ πλεῦνας αὐτῶν, κελεύσαντος Ξέρξεω, ἔστιζον στίγματα βασιλήια, ἀρξάμενοι ἀπὸ τοῦ στρατηγοῦ Λεοντιάδεω. Quem Herodoti locum citat, reprehenditque ac refellit, Plutarchus, in lib. περὶ τῆς Ἡροδότου κακοηθείας: apud quem tamen perperam, τοὺς δ' ἔτι προδύντας, pro πλεῦνας, legitur.

Quandoque etiam præmia, iis qui hoſtes viuos adduxiſſent, publico præconio decernebant. Et ita Artaxerxem ei qui Themiſtoclem viuum adduxiſſet, ducenta talenta pollicitum, Plutarchus in Themiſtocle, ſcribit his verbis: ἤδη μὲν ἔφησεν αὐτῷ διακόσια τάλαντα ὀφείλειν· κομίσαντα γὰρ αὐτὸν, ἀπολήψεσθαι δικαίως, τὸ ἐπικηρυχθὲν τῷ ἀγαγόντι.

Reges etiam Perſarum nunquam conſueuiſſe cum illis qui ab his defecerant, in gratiam redire, priuſquam corporibus eorum potiti eſſent, Iſocrates adſerit. Etenim de Euagora in eius funebri laudatione ſcribit hæc: τελευτῶν δ', οὕτως ἐνέπλησεν αὐτοὺς τοῦ πολεμεῖν, ὥστ' εἰθισμένον τὸν ἄλλον χρόνον τῶν βασιλέων μὴ διαλλάττεσθαι τοῖς ἀποστᾶσι, πρὶν κύριοι γένοιντο τῶν σωμάτων, ἄσμενοι τὴν εἰρήνην ἐποιήσαντο, λύσαντες μὲν τὸν νόμον τοῦτον, οὐδὲν δὲ κινήσαντες τῆς Εὐαγόρου τυραννίδος.

Arma etiam tradere victi iubebantur. Suidas in verbo Ξενοφῶν, de Artaxerxe, βασιλεὺς δὲ τὴν τοῦ Κύρου κεφαλὴν καὶ χεῖρα ἀποκόψας, τοῖς Ἕλλησιν ἔπεμπε, ζητῶν τὰ ὅπλα, ὡς παρὰ νενικημένων· οἱ δὲ, οὐκ ἔδοσαν.

Sane in Perſarum animos non cadebat illud Virgilianũ, *Dolus an virtus quis in hoste requirat?* Aperto enim Marte hoſtem opprimendum credebant, turpeq; eſſe victoriam furari. Et quod de ſeſe Heluetii apud Cæſar. lib. I. de bello Gall. prædicant, ita à patribus maioribuſque ſuis didicerant, vt magis virtute quam dolo contenderent, aut inſidiis niterentur. Iuſtinus lib. XI. *Darius fiducia eorum nil æſtu agere: adfirmans ſuis oculta conſilia victoriæ furtiuæ non conuenire.* Saporem etiam Perſarum Regem, Amm. Marcell. lib. XVII. ita loquẽtem facit, *Illud apud nos nunquam acceptum fuit, quod adſeritis vos exultantes, nullo diſcrimine virtutis ac doli, proſperos omnes laudari debere bellorum euentus.*

Deniq; ὑπάτριον fuiſſe Parthis, νυκτομαχεῖν, Plut. in Craſſo tradit. Ac plane nocte appetente, Perſas armis poſitis, corpori operam dediſſe, teſtis eſt Curt. lib. VI. *Iamq; nox,* ait, *appetebat, cum Perſæ, more ſolito, armis poſitis, ad neceſſaria ex proximo vico ferenda diſcurrunt.*

Excubias etiam agebant Perſæ. Itaq; apud Curtium li. IIII. Alexander ſuadenti Parmenioni, vt Perſas nocte adoriretur, reſpondet, *Vigilias agere Barbaros, & in armis ſtare. vt ne decipi quidem poſsint.* Xenoph. lib. III. παιδ. καὶ τότε μὲν δειπνοποιησάμενοι, καὶ φύλακας καταστησάμενοι καὶ πυρὰ πολλὰ περὶ τῶν φυλάκων καύσαντες, ἐκοιμήθησαν. Excubitores vero ac vigiles ſolebant cantu tempus fallere, cantileniſq;, quibus Regis ſui iuſtitiam virtutemq; efferebant, noctem inſomnem traducere. Amm. Marcell. lib. XXIIII. *Obtruncarunt vigiles omnes, ex vſu moris gentici, iuſtitiam felicitatemq; Regis ſui canoris vocibus extollentes.* Zoſimus lib. III. τότε δὴ λοιπὸν ἐπὶ τὸ τεῖχος ἐλάσαντες, ἐπέστησαν παρὰ πᾶσαν ἐλπίδα τοῖς Πέρσαις, ᾄσματα λέγουσιν ἐπιχώρια, τὴν μὲν τοῦ σφῶν βασιλέως ἀνδρίαν ὑμνοῦντα, διαβάλλοντα δὲ τὴν τοῦ Ῥωμαίων βασιλέως ἀνέφικτον ἐπιχείρησιν. ῥᾷον γὰρ ἔφασκον αὐτὸν τὴν τοῦ Διὸς αἱρήσειν αὐλὴν, ἢ τὸ φρούριον.

Exploratores quoque & Speculatores, Perſæ habebant, qui hoſtilia, ſilentio perſpicerent, pacata clamore cognoſce-

rent,hoſtiumque ſecreta illis nunciarent. Sic Κατάσκοποι in Lydiam miſſum Araſpam, ait Xenophon libro VI. παιδ. Sed & διερευνητὰς καὶ σκοποὺς ante Equitatũ præmiſiſſe eum, ibidem ait. Procopius lib. I. de bello Perſico, ἐκ παλαιοῦ ἐν τε Ῥωμαίοις καὶ Πέρσαις δημοσίᾳ σιτίζεσθαι νόμος· οἱ δὲ, λάθρα ἰέναι παρὰ τοὺς πολεμίους εἰώθασιν· ὅπως περισκοπήσαντες ἐς τὸ ἀκριβὲς τὰ πρασσόμενα, εἶτα ἐπανιόντες, τοῖς ἄρχουσιν ἐσαγγείλωσι. τούτων πολλοὶ μὲν εὐνοίᾳ (ὡς τὸ εἰκὸς) χρῆσθαι ἐς τοὺς ὁμογενεῖς ἐν σπουδῇ ἔχουσι· τινὲς δὲ, καὶ τοῖς ἐναντίοις προΐενται τὰ ἀπόρρητα. Vnde Suidas in verbo ἐξπλωράτωρ, poſt expoſita multa quæ Exploratorum induſtria ſcrutari inueſtigareq; ſolet, addit, ἔργον γὰρ τούτοις τὸ περιεργάζεσθαι τίς ἡ τῶν πραγμάτων κατάστασις, καὶ ποῖα τὰ κατὰ Ῥωμαίων σκεπτόμενα ὑπὸ Περσῶν, καὶ ἀναφέρειν ἐπὶ τὸν βασιλέα.

Vſque adeo etiam bellandi cupiditate incenſos fuiſſe Perſas, vt eorum picturæ, nihil præter cędes ac bella habuerint, docet Ammianus Marcell. lib. XXIIII. *In agro*, inquiens, *conſedimus opulento, arbuſtu & vitibus, & cupreſſorum viriditate lætiſſimo: cuius in medio diuerſorium opacum eſt & amœnum, gentiles picturas per omnes ædium partes oſtendens, Regis beſtias venatione multiplici trucidantis: nec enim apud eos pingitur vel fingitur aliud, præter varias cædes & bella.* Quinetiam vti bellatores equos, Perſæ inſtruerent, ne in acie armorum ſtrepitu, clypeorumve crepitu, turbarentur, docet Ælianus lib. XVI. de Animalibus cap. XXV. his verbis: οἱ Πέρσαι, ἵνα μὴ ὦσιν αὐτοῖς οἱ ἵπποι καταπλῆγες, ψόφοις αὐτοὺς καὶ ἤχοις χαλκοῖς προσεθίζουσι, καὶ κωμῳδοῦσιν, ὡς μήποτε ἐν τῷ πολέμῳ δείσωσι τοὺς τῶν πανοπλιῶν ἀράβους, καὶ τῶν ξιφῶν τὸν πρὸς τὰς ἀσπίδας δοῦπον· εἴδωλά τε νεκρῶν διασεσαγμένα ἀχύροις, ὑποβάλλουσιν αὐτοῖς, ἵνα προσεθισθῶσι νεκροὺς ἐν τῷ πολέμῳ πατεῖν, καὶ μὴ δεδιότες ὥσπερ ἐκπλήσσωνται, εἶτα μέντοι δυσωπούμενοι, ἐν τοῖς ἔργοις τοῖς ὁπλιτικοῖς ἀχρεῖοι ὦσιν.

Verum, vt ad vrbium obſidiones veniamus, earum oppugnandarum expugnandarumque rationem, ſiue ſcalis ac machinis admotis, ſiue Cuniculis in terra factis, tenuiſſe Perſas, teſtantur Herod. li. IIII. verba hæc, ἐν τούτῳ δὲ ἐπολιόρκεον (de Perſis loquitur) τὴν Βάρκην ἐπὶ μῆνας ἐννέα ὀρύσσοντες τε ὀρύγματα ὑπόγαια, φέροντα ἐς τὸ τεῖχος, καὶ προσβολὰς ποι-

περὰς ποιεύμενοι. Vnde apparet, iam à priſcis Perſarum temporibus, Cunicularios, vt Vegetius lib. II. cap. XI. loquitur extitiſſe, qui ducto ſub terris cuniculo, murisque intra fundamenta perfoſſis, improuiſi emergerent, ad vrbes hoſtium capiendas. Verum vti, quaque arte ac ſolertia faber quidam ærarius eiuſmodi cuniculos deprehenderit, Herodotus illo quem modo adduxi loco, ita aperit: τὰ μέν νυν ὀρύγματα ἀνὴρ χαλκεὺς ἀνεῦρε, ἐπιχάλκῳ ἀσπίδι, ὧδε ἐπιφρασθείς· περιφέρων αὐτὴν ἐντὸς τοῦ τείχεος, προσίσχε πρὸς τὸ δάπεδον τῆς πόλιος. τὰ μὲν δὴ ἄλλα ἔσκε κωφὰ πρὸς ἃ προσίσχε κατ' δὲ τὰ ὀρυσσόμενα ἤχεσκε ὁ χαλκὸς τῆς ἀσπίδος. ἀντορύσσοντες δ' ἂν ταύτῃ οἱ Βαρκαῖοι, ἔκτεινον τῶν Περσέων τοὺς γεωρυχέοντας.

Operibus etiam & munitiobus vrbes ſepire Perſæ nouerant, Machinas & ſcalas eos muris admouiſſe, docet Xenophon lib. VIII. de Cyro loquens in hunc modum: ὡς δ' ἐγένετο πρὸς τῷ τείχει τῷ ἐν Σάρδεσι, τάς τε μηχανὰς ἀνίστη ὡς προσβαλῶν πρὸς τὸ τεῖχος, καὶ κλίμακας παρεσκευάζετο. Idem Xenophon lib. VII. παιδ. ὁ δὲ Κῦρος, αὐτὸς μένων ἐν Σάρδεσι, μηχανὰς ἐποιεῖτο καὶ κριούς, ὡς τῶν μὴ πειθομένων ἐρείψων τὰ τείχη. Atque adeo in vrbibus obſidendis, Baliſtis, Scorpionibuſque vſos eos, Malleolis item & facibus, docet Amm. Marcell. lib. XX. Ex eodem quoque apparet eos, obiectu vinearum pluteorumque tectos, iter ad fundamenta parietum ſubuertenda quæſiiſſe. Alia etiam ratione Perſarum Reges vrbes expugnabant; quam Ælianus lib. V. Anim. hiſtoriæ, capite III. explicat. vim enim Olei quod ex verme Indico conficitur exponens, eam eſſe ait eiuſmodi, vt vel ſola eius hemina in lignorum aceruum infuſa eum comburat: ſubiicitque ex Cthesia, eodem ipſo Perſarum Regem olim hoſtium vrbes in poteſtatem ſuam redegiſſe, nullis neque arietibus, neque teſtudinibus aliiſque bellicis machinis admotis. Etenim fictilia vaſa vnius heminæ capacia, huiuſmodi oleo impleta, dein obſtructa & obturata, in portas iactatum. Ac vaſa quidem ad portas alliſa rumpebantur: Oleum vero portis hærens, & gliſcēs per portas incendium quod reſtingui non poterat, non modo portas ſed & homines pugnantes pariter cum armis abſumebat; vnicumque remedium repertum ad eiuſmodi flammam extin-

guendam fuiſſe, fimum & lutum viarum. Nec abſimilem Olei medici flammeam vim.Amm.Marcell.duobus locis li. XXIII. prodit. *In hac, ait, regione Oleum conficitur Medicum, quo illitum telum ſi emiſſum lentius laxiore arcu (nam ictu extinguitur rapido) haſerit vſquam, tenaciter cremat: & ſi aqua voluerit abluere quiſquam, æſtus excitat acriores incendiorum: nec remedio vllo quam iactu pulueris conſopitur. Paratur autem hoc modo: Oleum vſus communis herba quadam infectum condiunt harum rerum periti, ad diuturnitatem ſeruantes, & coaleſcens durant ex materia venæ naturalis, ſimilis oleo craſſiori. quæ ſpecies gignitur apud Perſas, quam (vt diximus) Naphtham vocabulo appellauere gentili.* Idem eod.lib. *Hic & Naphtha gignitur, piceæ ſpecie glutinoſa, ſimiliſque ipſa quoque bitumini: cui etiam ſi auicula inſederit breuis, præpedito volatu ſubmerſa penitus euaneſcit: & cum hoc liquoris ardere cœperit genus, nullum inueniet humana mens, præter puluerem, extinguendi commentum.* Strabo lib. XVI. ex Eratoſthene, Aſphaltum, aliã eſſe liquidam, quam *Naphtham* vocant; aliam aridam, quam *Bitumen* dicimus: de Naphthę vero admirabili natura ſcribit hæc, προσαφθεὶς γὰρ ὁ Νάφθας πυρὶ πλησίον, ἀναρπάξεται πῦρ· κἂν ἐπιχρίσας αὐτῷ σῶμα προσαγάγῃς, φλέγεται. σβέσαι δ' ὕδατι οὐκ οἷόν τε· ἐκχεῖται δὲ μᾶλλον, πλὴν ἢ πάνυ πολλῷ· ἀλλὰ πηλῷ καὶ ὄξει καὶ στυπτηρίᾳ, καὶ ἰξῷ πιγέντα, σβέννυται. παίρας δὲ χάριν φασὶν Ἀλέξανδρον ἐν λουτρῷ προσχέαι παιδὶ τοῦ Νάφθα καὶ προσαγαγεῖν λύχνον· φλεγόμενον δὲ καὶ τὸν παῖδα, ἐγγὺς ἐλθεῖν τοῦ ἀπολέσθαι· πλὴν πολλῷ σφόδρα καταντλοῦντες τῷ ὕδατι ἐξίσχυσαν καὶ διέσωσαν οἱ περιεστῶτες. Illud vtiq; Naphthæ experimentum, quod coram Alexandro quidam ex Balneariis miniſtris fecit, exponit Plutarchus in eius principis vita, vbi & Alexandrum ait valde admiratum eſſe, χάσμα τοῦ πυρὸς ἐν Ἐκβατάνοις, ὥσπερ ἐκ πηγῆς συνεχῶς ἀναφερομένου, καὶ τὸ ῥεῦμα τοῦ Νάφθα λιμνάζοντος διὰ τὸ πλῆθος, οὐ πόρρω τοῦ χάσματος. ὃς τἆλλα μὲν ἀσφάλτῳ προσέοικεν, οὕτω δὲ εὐπαθὴς πρὸς τὸ πῦρ ἐστιν, ὥστε πρὶν ἢ θίγειν τὴν φλόγα, δι' αὐτῆς τῆς περὶ τὸ φῶς ἐξαπτόμενος αὐγῆς, τὸν μεταξὺ πολλάκις ἀέρα συνεκκαίει. Xiphilinus ex Dione, Lucullum cum Tigranocerta obſideret, καὶ αὐτὸν οἱ βάρβαροι τῇ τε τοξείᾳ, καὶ τῇ Νάφθᾳ κατὰ τῶν μηχανῶν χεομένῃ, δεινῶς ἐκάκωσαν. ἀσφαλτῶδες δὲ τὸ φάρμακον τοῦτο καὶ διάπυρον οὕτως, ὥστε ὅσοις ἂν προσμίξῃ, πάντως αὐ-

τὰ κα-

τὰ κατακαίειν, οὐδ' ἀποσβέννυται ὑπὸ ὕδατος ὑγροῦ ῥαδίως. Plinius etiam ex Limi quem Maltham vocant, tactu, eundem Lucullum cum Samoſata oppugnaret, multis incommodis adfectum, lib. II. cap. CIIII. ſcribit. Idem eiuſdem libri cap. CV. *Similis eſt natura Naphthæ: ita appellatur circa Babyloniam, & in Auſtagenis Parthiæ, profluens, bituminis liquidi modo. Huic magna cognatio ignium, tranſiliuntq; protinus in eam vndecunq; viſam. Ita ferunt, à Medea pellicem crematam, poſtquam ſacrificatura ad aras acceſſerat, corona igne rapta.* Qua in re belle illi cum Plutarcho conuenit, qui in Alexandro, εἰκότως οὖν, ait, ἔνιοι τὸν μῦθον ἀνασώζοντες πρὸς τὴν ἀλήθειαν, τοῦτο φασὶν εἶναι τὸ τῆς Μηδείας φάρμακον ᾧ τὸν τραγῳδούμενον στέφανον καὶ τὸν πέπλον ἔχρισεν. Procopius l. V. de bello Vandal. ἀγγεῖα δὲ θείου τε καὶ ἀσφάλτου ἐμπλησάμενοι καὶ φαρμάκου, ὅπερ Μῆδοι μὲν Νάφθαν καλοῦσιν, Ἕλληνες δὲ, Μηδείας ἔλαιον. Suidas de Naphtha duobus in locis, in Νάφθα & in Μήδεια. οἱ μὲν Ἕλληνες, Μηδείας ἔλαιον ταύτην καλοῦσιν· οἱ δὲ Μῆδοι, Νάφθαν.

Ceterum vrbes Sagena circumuallabãt Perſæ Plutarch. in lib. πότερα τῶν ζώων, &c. οἱ δὲ ἁλιεῖς, συνορῶντες ὥσπερ ἀδοξήμασι παλαισμάτων, τὰ πλεῖστα διακρουόμενα τὰς ἀπ' ἀγκίστρου βολὰς, ἐπὶ βίας ἐτράπησαν, καθάπερ οἱ Πέρσαι, σαγηνεύοντες, ὡς τῆς ἐγχειροῦσιν οὐδεμίαν ἐκ λογισμοῦ καὶ σοφίας διαφευξοῦσαν. Ariſtides in Panath. de Perſis, Ἐρετρίας ἐπιβάντες, ᾤχοντο φέροντες, Σαγήνην τινὰ μιμησάμενοι ναυτικήν. Himerius in Polemarchico, Σαγηνείας εἰκόνα τὴν Ἐρετριέων ἔδειξαν πόρθησιν. Heſ. Σαγηνεύσαντες πολιορκηθέντας δικτύοις ἔθος οἷς· καὶ Σαγηνεύειν τοῦτο Ἕλληνες. Verum vti vrbes Sagena circumdari ſolerent, deſcribit Herod. lib. VI. in hunc modum: ὅκως δὲ λάβοι τινὰ τῶν νήσων, ὡς ἑκάστην αἱρέοντες οἱ βάρβαροι, ἐσαγήνευον τοὺς ἀνθρώπους. Σαγηνεύουσι δὲ τοῦτον τὸν τρόπον. ἀνὴρ ἀνδρὸς ἁψάμενος τῆς χειρὸς, ἐκ θαλάσσης τῆς βορηίης ἐπὶ τὴν νοτίην διήκουσι· καὶ ἔπειτα διὰ πάσης τῆς νήσου διέρχονται ἐκθηρεύοντες τοὺς ἀνθρώπους. αἵρεον δὲ καὶ τὰς ἐν ἠπείρῳ πόλιας τὰς Ἰάδας κατὰ τὰ αὐτά· πλὴν οὐκ ἐσαγήνευον τοὺς ἀνθρώπους.

Perſas etiam Muricum ſternendorum rationem tenuiſſe, ex eo planum fit, quod Curt. lib. IIII. narrat, *Nondum ad teli iactum peruenerant, cum Bion quidã transfuga, quanto maximo curſu potuerat, ad Regẽ peruenit, nuntians Murices ferreos in terra de-*

*fodiſſe Darium, qua hoſte equites emiſſurum eſſe credebat: notatumq; certo ſigno locum, vt fraus euitari à ſuis poſſet.*

Perſarum etiam Reges rapidiſſima quæq; flumina Pontibus iungere auſos, hiſtoriarum monumentis proditum eſt. Nam vt taceam Pontes Euphrati Tigrique impoſitos, Boſphoro Danubioq; iniectos à Dario pontes ſilentio præterire non poſſum, vel ipſius maxime artificis, id eſt Mandroclis Samij gratia, cuius nomen propter eius induſtriam, ab interitu & obliuione vindicare æquum cenſeo. Herod. lib. IIII. de Dario, ἀπίκετο τῆς Χαλκηδονίης ἐπὶ τὸν Βόσπορον, ἵνα ἔζευκτο ἡ γέφυρα. Et mox, ὁ δὲ Δαρεῖος, ὡς ἐθηήσατο τὸν Πόντον, ἔπλεε ὀπίσω ἐπὶ τὴν γέφυραν, τῆς ἀρχιτέκτων ἐγένετο Μανδροκλέης Σάμιος. ac deinde, τοῦ δὲ Βοσπόρου ὁ χῶρος τὸν ἔζευξε βασιλεὺς Δαρεῖος, ὡς ἐμοὶ δοκέει συμβαλλομένῳ, μέσον ἐστὶ Βυζαντίου τε καὶ τοῦ ἐπὶ στόματι ἱροῦ. Δαρεῖος δὲ μετὰ ταῦτα, ἡσθεὶς τῇ σχεδίῃ, τὸν ἀρχιτέκτονα αὐτῆς Μανδροκλέα τὸν Σάμιον ἐδωρήσατο πᾶσι δέκα. Io. Tzetzes Chiliade I. hiſtor. XXXI.

Ὁ Μανδροκλῆς ὁ Σάμιος, ἀνὴρ ἦν ἀρχιτέκτων·
Ὃς τὸν Δαρεῖον μέλλοντα κατὰ Σκυθῶν ἐλαύνειν,
Ναυσὶ τὸν Ἑλλησπόντιον Βόσπορον γεφυρώσας,
Εἴτε περὶ τὴν Δάμαλιν, εἴτε καὶ τὸ Ἡραῖον,
Πρὸς τὴν Εὐρώπην ἐκβιβᾷ στρατεύμασιν ἀπείροις.

Idemque hiſtor. XXXII. Mandroclem Samium τὸν Δαμαλίτην Βόσπορον γεφυρῶσαι ſcribit. Cteſias, στράτευμα δὲ ἀγείρας Δαρεῖος ὀγδοήκοντα μυριάδας, καὶ ζεύξας τὸν Βόσπορον καὶ τὸν Ἴστρον, διέβη ἐπὶ Σκύθας. Strabo libro VII. de Iſtro, ἑπτάστομος γάρ ἐστι· μέγιστον δὲ τὸ ἱερὸν στόμα καλούμενον· δι' οὗ σταδίων ἀνάπλους ἐπὶ τὴν Πεύκην ἑκατὸν εἴκοσι, ἧς κατὰ τὸ κάτω μέρος, ἐποίησε τὸ ζεῦγμα Δαρεῖος. Lucianus in Nerone, ſeu de perfoſſione Iſthmi. καὶ τὸν Δαρεῖον, ὡς ὁ Βόσπορος ἐγεφυρώθη αὐτῷ ἐπὶ τοὺς Σκύθας. Ariſtides Oratione Platon. II. Δαρεῖος δὲ, τὸν Βόσφορον ζεύξας, ἐπὶ Σκύθας διέβη· Ξέρξης δὲ, τὸν Ἑλλήσποντον ζεύξας, ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα. Admirabilem vero illam pontis, quo Xerxes Hellespontum iunxit, ſtructuram Herodotus libr. VII. deſcribit in hunc modum: πεντηκοντέρους καὶ τριήρεας συνθέντες, ὑπὸ μὲν τὴν πρὸς τοῦ Εὐξείνου πόντου, ἑξήκοντά τε καὶ τριηκοσίας, τοῦ μὲν πόντου, ἐπικαρσίας· τοῦ δ' Ἑλλησπόντου, κατὰ ῥόον, ἵνα ἀνακωχεύῃ τὸν τόνον· τῶν ὅπλων, συνθέντες δὲ, ἀγκύρας κα-

τῆκαν περιμήκεας, τὰς μὲν πρὸς τοῦ πόντου τῆς ἑτέρης, τῶν ἀνέμων εἵνεκα τῶν ἔσωθεν ἐκπνεόντων· τῆς δὲ ἑτέρης τῆς πρὸς ἑσπέρης τε καὶ τοῦ Αἰγαίου, εὔρου τε καὶ νότου εἵνεκα. διέκπλοον δὲ ὑπόφαυσιν κατέλιπον τῶν πεντηκοντέρων, καὶ τριχοῦ, ἵνα καὶ ἐς τὸν πόντον ἔχῃ ὁ βουλόμενος πλέειν πλοίοισι λεπτοῖσι, καὶ ἐκ τοῦ πόντου ἔξω. ταῦτα δὲ ποιήσαντες, κατέτεινον ἐκ γῆς, στρεβλοῦντες ὄνυξι ξυλίνοισι τὰ ὅπλα· οὐκέτι χωρὶς ἑκάτερα τάξαντες, ἀλλὰ δύο μὲν λευκολίνου δασάμενοι ἐς ἑκατέρην, τέσσερα δὲ τῶν βυβλίνων. παχύτης μὲν ἦν αὐτὴ, καὶ καλλονή· κατὰ λόγον δὲ ἦν ἐμβριθέστερα τὰ λίνεα, τοῦ τάλαντον ὁ πῆχυς εἷλκε. ἐπεὶ δὲ ἐγεφυρώθη ὁ πόρος, κορμοὺς ξύλων καταπρίσαντες, καὶ ποιήσαντες ἴσους τῆς σχεδίης τῷ εὔρει, κόσμῳ ἐπετίθεσαν κατύπερθε τῶν ὅπλων τοῦ τόνου· θέντες δὲ ἐπεξῆς, ἐνταῦθα αὖτις ἐπεζεύγνυον· ποιήσαντες δὲ ταῦτα, ὕλην ἐπεφόρησαν, κόσμῳ δὲ θέντες καὶ τὴν ὕλην, γῆν ἐπεφόρησαν. κατανάξαντες δὲ καὶ τὴν γῆν, φραγμὸν παρείρυσαν ἔνθεν καὶ ἔνθεν, ἵνα μὴ φοβέηται τὰ ὑποζύγια τὴν θάλασσαν ὑπερορῶντας καὶ οἱ ἵπποι, Ioann. Tzetzes Chil. 1. Hiſtor. xxxii. de Xerxe,

Αντὶ μιᾶς γεφύρας δὲ δύο κελεύει ζεῦξαι·
Καὶ δὴ πλαγίας κατὰ ῥοῦν πληρώσαντες ὁλκάδας,
Αγκύραις τε στηρίξαντες, ὡς μένειν ἀσαλεύτους,
Από τῆς γῆς ὡς πρὸς τὴν γῆν τὴν ἀντιπεραιοῦσιν.
Σχοίνους φερνώδεις εἵλκυσαν ἐπάνω τῶν ὁλκάδων·
Ἕνα πρὸς πρώραις τῶν νεῶν, ἕτερον δὲ πρὸς πρύμναις.
Ὁ πηχυαῖος σχοῖνος δὲ, τριτάλαντος ἦν βάρει.
Τούτους γοῦν ἐντανύσαντες ἐκ γῆς τῆς ἑκατέρας,
Ξύλων κορμοῖς περιέστρωσαν, ὡς ἐν ἱπποστασίοις.
Οὕτω μὲν ὀχυρώσαντες τὸ ἔδαφος, τοῖς σχοίνοις
Χειραγωγοῖς τὰ πλάγια, καὶ κλείσμασι στερροῦσι,
Μήπως ἐκ τῶν πλαγίων τις εἰς θάλασσαν ἐμπέσοι.
Επεὶ δ' ἄμφω γεγόνασιν αἱ γέφυραι ζευχθεῖσαι.
Πολὺν τὸν χοῦν ἐγχέαντες κορμοῖς τοῖς ἐδαφίταις.
Γαιοῦσι ταύτας ἀκριβῶς.

At vti poſterioribus ſeculis pontes Perſæ facerent, docet Procopius lib. II de bello Perſico his verbis: ὁ γοῦν Χοσρόης γέφυραν σὺν πολλῷ τάχει πηξάμενος, ποταμὸν Εὐφράτην ἐκ τοῦ αἰφνιδίου διέβη παντὶ τῷ στρατῷ. Πέρσαις γὰρ πόνῳ οὐδενὶ διαβατοί εἰσι ποταμοὶ ἅπαντες· ἐπεὶ αὐτοῖς ὁδῷ ἰοῦσιν, ἀγκιστροειδῆ σιδήρια ἐν παρασκευῇ ἐστίν· οἷς δὴ ξύλα μακρὰ ἐς ἄλληλα ἐναρμόζοντες, γεφύρας αὐτοσχεδιάζουσιν ἐκ τοῦ παραυτίκα, ὅπῃ ἂν

σφισι βουλομένοις ἦν.

Enimuero vti ira animique perturbatione incitatus in Gyndem amnem Cyrus, iniuriam, quam ab eo ſeſe accepiſſe crediderat, vltus ſit, bellumque indictum hoſti, ſtulte cũ flumine geſſerit, venuſte ac lepide exponit Seneca lib. III. de Ira, cap. XXI. de Cyro ſic loquens, *Nam cum Babylonem oppugnaturus feſtinaret ad bellum, cuius maxima momenta in occaſionibus ſunt, Gyndem late fuſum amnem vado tranſire tentauit: quod vix tutum eſt etiam cum ſenſit æſtatem, & ad minimum deductus eſt. Ibi vnus ex his Equis qui trahere Regium currum albi ſolebant, abreptus, vehementer commouit Regem, iurauit itaque amnem illum Regiis equis meatum auferentem, eo ſe redacturum, vt tranſiri calcariq; etiam à feminis poſſet. Huc deinde omnem tranſtulit belli apparatum & tamdiu aſſedit operi, donec C. & LXXX. cuniculis diuiſum alueum, in CCC. & LX. riuos diſpergeret, & ſiccum relinqueret, in diuerſum fluentibus aquis.* Quæ ille ex Græco fonte Herodoti hauſit, cuius ex lib. I. verba, vt Græca Latinis comparentur, ſubiicienda cenſui. Ea ſic habent: ὅτε δὴ τὸν Γύνδην ποταμὸν διαβαίνειν ἐπειρᾶτο ὁ Κῦρος, ἐόντα νηυσὶ περητὸν, ἐνταῦθά οἱ τῶν τις ἱρῶν ἵππων τῶν λευκῶν, ὑπὸ ὕβριος ἐσβὰς ἐς τὸν ποταμὸν, διαβαίνειν ἐπειρᾶτο. ὁ δέ μιν συμψήσας, ὑποβρύχιον οἰχώκεε φέρων. κάρτα δὲ δὴ ἐχαλέπαινε τῷ ποταμῷ ὁ Κῦρος τούτῳ ὑβρίσαντι· καί οἱ ἐπηπείλησε, οὕτω δή μιν ἀσθενέα ποιήσειν, ὥστε τοῦ λοιποῦ καὶ γυναῖκάς μιν εὐπετέως, τὸ γόνυ μὴ βρεχούσας, διαβήσεσθαι. μετὰ δὲ τὴν ἀπειλὴν μετεὶς τὴν ἐπὶ Βαβυλῶνα στράτευσιν, διαίρεε τὴν στρατιὴν δίχα. διελὼν δὲ, κατέτεινε σχοινοτενέας ὑποδέξας διώρυχας ὀγδώκοντα καὶ ἑκατὸν, παρ' ἑκάτερον τε χεῖλος τοῦ Γύνδεω τετραμμένας πάντα τρόπον.

Verum fas ne ſit, addubito, venia prius tanquam ab Edicto Prætoris impetrata, Senecam in huius loci verſione, incuriæ reum agere, qui, quos Herodotus ἱροὺς ἵππους, vertit *equos qui trahere regium currum albi ſolebant*, contra Herodoti, vt exiſtimo, mentem, qui non de Regii currus equis, ſed de Sacris equis albis, qui Regem, quaqua iter faceret, antecedebant, ſenſiſſe videtur. Sic enim ille lib. VII. μετὰ δὲ, ἱροὶ Νισαῖοι καλεόμενοι ἵπποι δέκα, κεκοσμημένοι ὡς κάλλιστα. Et mox, ὄπισθε δὲ τουτέων τῶν δέκα ἵππων, ἅρμα Διὸς ἱρὸν ἐπετέτακτο. τὸ ἵπποι μὲν εἷλκον λευκοὶ ὀκτώ. ὄπισθε δὲ τῶν ἵππων εἵπετο πεζῇ ἡνίοχος,

ἐχόμενος τῶν χαλινῶν. οὐδεὶς γὰρ δὴ ἐπὶ τοῦτον τὸν θρόνον ἀνθρώπων ἀναβαίνει. τούτου δὲ ὄπισθεν αὐτὸς Ξέρξης ἐπ᾽ ἅρματος ἵππων Νισαίων. Et alio eiuſdem libri loco, ἅρματα τὸ ἱρὸν ἐπὶ δὲ, αὐτός τε Ξέρξης, καὶ οἱ αἰχμοφόροι, καὶ οἱ ἱππόται οἱ χίλιοι. Curtius lib. III. *Currum deinde Ioui ſacratum albentes vehebant equi: hos eximiæ magnitudinis Equus, quem Solis appellabant, ſequebatur.*

Verum vti montem Athon Xerxes perfoderit, Herodotus lib. VII. explicat his verbis: διελόμενοι τὸν χῶρον οἱ βάρβαροι κατὰ ἔθνεα, κατὰ Σάνην πόλιν σχοινοτενὲς ποιησάμενοι. ἐπεὶ δὲ ἐγίνετο βαθέα ἡ διῶρυξ, οἱ μὲν κατώτατα ἑστεῶτες, ὤρυσσον· ἕτεροι δὲ, παρεδίδοσαν τὸν αἰεὶ ἐξορυσσόμενον χοῦν, ἄλλοισι κατύπερθε ἑστεῶσι ἐπὶ βάθρων. οἱ δ᾽ αὖ ἐκδεκόμενοι, ἑτέροισι ἕως ἀπίκοντο ἐς τοὺς ἀνωτάτω· οὗτοι δὲ, ἐξεφόρεόν τε καὶ ἐξέβαλλον. τοῖσι μέν νυν ἄλλοισι, πλὴν Φοινίκων, καταρρηγνύμενοι οἱ κρημνοὶ τοῦ ὀρύγματος, πόνον διπλήσιον παρεῖχον. ἅτε γὰρ τοῦ τε ἄνω στόματος καὶ τοῦ κάτω τὰ αὐτὰ μέτρα ποιευμένων, ἔμελλέ σφι τοιοῦτον ἀποβήσεσθαι. οἱ δὲ Φοίνικες, σοφίην ἔν τε τοῖσι ἄλλοισι ἔργοισι ἀποδείκνυνται, καὶ δὴ καὶ ἐν ἐκείνῳ. ἀπολαχόντες γὰρ μόριον ὅσον αὐτοῖσι ἐπέβαλε, ὤρυσσον, τὸ μὲν ἄνω στόμα τῆς διώρυχος ποιεῦντες διπλήσιον ἢ ὅσον ἔδει αὐτὴν τὴν διώρυχα γενέσθαι. Sed & verberibus coactos foſſores acriter operi incumbere, ibidem Herodotus ſcribit. Idem alias eodem libro Xerxem circa Athon aggeres ad fauces foſſæ congeſſiſſe, propter æſtuaria maris, ne ipſæ fauces aluei obſtruerentur, refert.

Naues autem, Perſas olim habuiſſe, Longas, Actuarias, Onerarias, & quaſdam quæ Equos, Impedimentaque veherent, alias quæ vectores traiicerent, ex Herodoto conſtat. Is enim lib. VI. Darium refert, miſſis in ſuas maritimas tributarias prouincias præconibus, imperaſſe νέας τε μακρὰς, καὶ ἱππαγωγὰ πλοῖα ποιέεσθαι. & lib. VII. τοῖσι δὲ ἱππαγωγὰ πλοῖα, ἅμα στρατευομένοισι· τοῖσι δὲ, ἐς τὰς γεφύρας, μακρὰς νέας παρέχειν, ἄλλα ἄλλῃ ἀγινέοντας, ὁλκάσι τε καὶ πορθμηΐοισι, ἐκ τῆς Ἀσίης πανταχόθεν. Nauium vero harum quaſdam triginta, quaſdam quinquaginta Remorum numero fuiſſe, idem Herodotus eodem lib. teſtis eſt. Ait enim, τριηκόντεροι δὲ καὶ πεντηκόντεροι, καὶ κέρκουροι, καὶ ἱππαγωγὰ πλοῖα μικρὰ συνελθόντα ἐς τὸν ἀριθμὸν ἐφάνη τρισχίλια. Et alias, πεντηκοντέρους.

καὶ τριήρεας συνθέντες, ἀπὸ μὲν τὴν περὶ τοῦ Εὐξείνου πόντου. Πεντηκόντερον enim ναῦν Thucydidis Scholiaſtes interpretatur, τὴν ἀπὸ πεντήκοντα ἐρεσσομένην.

Ceterum primi Perſarum Reges inſtruere in altum editas Arces: & in aſcenſum arduos colles emunire: multiplicibus etiam Arces muris turribuſque ſepire, inſtituerunt. Et vt Arces oppidis, ita & Arcibus præſidia militum imponere, validiſque præſidiis vrbes tenere, docuerunt. Cyrus quidem certe, vt Xenophon lib. VIII. παιδ. ſcribit, vrbibus à ſe captis, φρουρὰς καὶ φρουράρχους conſtituit. Et alibi, Ὡς δὲ τότε Κῦρος κατεστήσατο, οὕτως ἔτι καὶ νῦν βασιλέως εἰσὶν αἱ ἐν ταῖς ἄκραις φυλακαί, καὶ οἱ χιλίαρχοι τῶν φυλακῶν ἐκ βασιλέως εἰσὶ καθεστηκότες, καὶ παρὰ βασιλεῖ ἀπογεγραμμένοι. Ac poſtea, ἔτι καὶ νῦν τῷ αὐτῷ τρόπῳ πᾶσαι μὲν αἱ ὑπὸ βασιλεῖ φυλακαὶ ὁμοίως φυλάττονται. Idem Oeconomico, de Rege Perſarum loquẽs, χωρὶς δὲ τούτων (videlicet τῶν ἀρχόντων) φύλακας ἐν ταῖς ἀκροπόλεσι τρέφει. Chiliarchi ergo qui eiuſmodi præſidiariis ſtationariiſque militibus præeſſent, à Rege conſtituebantur. Sed & hi quibus Arcium cuſtodia credebatur, φρούραρχοι τῶν Ἀκρῶν, ab eodem Xenophonte appellantur. Cuiuſmodi Arcium præfectis, nihil aliud præter nudam arcium cuſtodiam, tutelamque murorum, mandatam, à Xenophonte didici, qui φρουράρχοις, vnum hoc munus iniunxiſſe Cyrum, τὰ τείχη διασώζειν, nec quidquam præterea eos ſatagere voluiſſe, ſcribit, vt iam ſuprà libro primo, notauimus.

Porro Perſarum gentem, hiberno tempore, vtpote frigoris impatientem, bello abſtinuiſſe, Socrates libro III. hiſtor. Eccleſiaſt. cap. XXI. ita ſcribit: ὁ δὲ βασιλεὺς εἰς τὴν Περσῶν ἐνέβαλλε μικρὸν πρὸ τοῦ ἔαρος, πυθόμενος ἀσθενέστατα καὶ ἀνανδρότατα εἶναι χειμῶνος τὰ ἔθνη Περσῶν· κρυμὸν γὰρ μὴ φέροντες, ἀπόμαχοι μένουσι κατὰ τὸν δε τ χρόνον· ἀλλά οὐδὲ χεῖρα, τὸ τοῦ λόγου, βάλλοι ἂν τότε ἔξω τοῦ φάρους Μῆδος ἀνήρ. Ῥωμαίους εἰδὼς καὶ χειμῶνος ἀγωνίζεσθαι δυναμένους, ἐπαφῆκε τῇ χώρᾳ τὸν στρατόν. Xerxem autem iuniores ſolos, delectu habito, ſacramento adegiſſe ſcribit Interpres Æſchyli in Perſas, τοὺς γὰρ νέους μόνους ὁ Ξέρξης ἐστρατολόγησε τοὺς δὲ γέροντας, ὡς ἀσθενεῖς ὄντας καὶ μὴ δυναμένους κινῆσαι ὅπλα, κατέλειψε γῇ Περσίδι χώρᾳ ἐπιτηρητάς τε καὶ φύ-

λὰκας. Magos vtique ad fauorem populi conciliandum tributa & militiæ vacationem in triennium permiſiſſe, Iuſtin. lib. II. narrat. Enimuero ſingulari quoque prælio Perſas interdum certaſſe, apparet ex Darij hiſtoria, quæ à Diodoro refertur lib. XVII. Item ex Polydamante, apud Pauſaniam in Eliacis. Ad huius etiam libri inſtitutum pertinet, quod de recepto apud Perſas Adoptionum more Procopius lib. I. de bello Perſico, ſcribit his verbis: οὐ γράμμασιν οἱ βάρβαροι τοὺς παῖδας ποιοῦνται, ἀλλ' ὅπλων σκευῇ. Iam Perſarum Reges quãdoq; cum vicinis Regibus ſocietatem & amicitiam contrahebant; & ita Cambyſes, ad Regem Æthiopũ Legatos, narrante Herodoto lib. III. miſit, δῶρα φέροντας, πορφύρεόν τε εἷμα, καὶ χρύσεον στρεπτὸν περιαυχένιον, καὶ ψέλλια, καὶ μύρου ἀλάβαστρον, καὶ φοινικηΐου οἴνου κάδον. Quę munera Legati ornarunt his verbis: Βασιλεὺς ὁ Περσέων Καμβύσης, βουλόμενος φίλος τοι καὶ ξεῖνος γενέσθαι, ἡμέας τε ἀπέπεμψε, ἐς λόγους τοι ἐλθεῖν κελεύων, καὶ δῶρα ταῦτά τοι διδοῖ, τοῖσι καὶ αὐτὸς μάλιστα ἥδεται χρεώμενος. Interdum & à Perſarum Regibus fides cum hoſte fœderibus denunciebatur. Fœderis vero apud Perſas ſciendi ritum Xenophon prodit lib. II. Αναβάσ. in hunc modum: οἱ δὲ βάρβαροι προσώμοσαν καὶ ἡγήσασθαι ἀδόλως. ταῦτα δ' ὤμοσαν, σφάξαντες κάπρον καὶ ταῦρον καὶ λύκον καὶ κριὸν, εἰς ἀσπίδα βάπτοντες, οἱ μὲν Ἕλληνες, ξίφος· οἱ δὲ βάρβαροι, λόγχην. Dextras etiam dediſſe eos, in fœdere ineundo, idem eodem li. docet, de Clearcho & Tiſſapherne ita loquens: καὶ ὤμοσαν, καὶ δεξιὰς ἔδοσαν, Τισσαφέρνης καὶ ὁ τῆς βασιλέως γυναικὸς ἀδελφὸς, τοῖς τῶν Ἑλλήνων στρατηγοῖς καὶ λοχαγοῖς· καὶ ἔλαβον παρὰ τῶν Ἑλλήνων. Et mox. Οἶδα μὲν ἡμῖν ὅρκους γεγενημένους καὶ δεξιὰς δεδομένας μὴ ἀδικήσειν ἀλλήλους. Item libro tertio, καὶ ἐπὶ τούτοις αὐτὸς ὀμόσας ἡμῖν αὐτὸς δεξιὰς δούς. Sed & quo ritu Medi Lydique inter ſe fœdus fecerint, aperit Herodot. libr. I. his verbis. ὅρκια δὲ ποιέεται ταῦτα τὰ ἔθνεα τάπερ τε Ἕλληνες· καὶ πρὸς τούτοισι, ἐπεὰν τοὺς βραχίονας ἐπιτάμωνται, ἐς τὴν ὁμοχροΐην, τὸ αἷμα ἀναλείχουσι ἀλλήλων. Fidem vero etiam hoſti datam, ſanctiſſime olim ſeruaſſe Perſas, Xenophon li. VIII. παιδ. in extremo docet. Teſtimonio eſt Artabani Parthorum Regis exemplum, apud Ioſephum lib. XVIII. Antiquit. cap. vlt. Ex quo etiam apparet latrunculis quos ad ſe euocabant, Reges quandoque li-

berum commeatum, & remeatum, ac vt vulgo loquimur, *ſaluum conductum*, conceſſiſſe. Illic enim Aſinæum & Anilæum fratres ad ſe euocaſſe Artabanus narratur, συγχωρεῖν ἄδειάν τε καὶ ἀσυλίας ὁδῶν, χρήζων ἐπὶ φιλίᾳ προσχωρεῖν πρὸς αὐτόν. Apud Aſſyrios vtiq;, ſuſceptæ pacis indiciũ fuiſſe, præ ſe bouem coronatum agere. Ammianus Marcellin. lib. XXIII. tradit. Indigne vero tuliſſe Reges Perſarum quempiam ſuorum alicubi ſeruire, captoſque ab hoſtibus, dato pretio, redemiſſe, Lampridius indicat in Alexandro Seuero. Illic enim victoriam quam de Perſis Alexander Seuerus reportauit, narrans, *Tumque primum*, ait, *Perſæ ſerui apud Romanos fuerant: quos quidem, quia indigne ferunt Perſarum Reges quempiam ſuorum alicubi ſeruire, acceptis pretiis reddidit.*

Verum vt tandem aliquando receptui canam, Perſis quinquageſimus annus honeſtam miſſionem dabat, militiæque tam equeſtris quam pedeſtris vacationem tribuebat. Legitimum ergo militiæ tempus, triginta annorum erat, ſi Straboni fides habeatur, qui à viceſimo ad quinquageſimum vſque annum militaſſe Perſas ſcribit, inquiens, στρατεύουσι δὲ καὶ ἄρχουσιν ἀπὸ εἴκοσιν ἐτῶν ἕως πεντήκοντα, πεζοί τε καὶ ἱππεῖς. Ex quo non male colligi poſſe videtur, Perſas triceſimo militiæ anno, vtpote impletis emeritisque ſtipendiis, honeſte ſacramento ſolutos: militiæque poſt quinquageſimum annum vacationem ętatis beneficio meruiſſe. Atque hic mihi ipſe honeſtam miſſionem indulgeo.

FINIS.

F. S. LECTORIS.

# F. S. LECTORIS.

PRima huius tractatus editio, prodiit anno M. D. X C. in qua præter menda, partim operarum vitio, partim aliâs commiſſa, erat etiam Appendix prætermiſſorum. Cum igitur hanc noſtram editionem cogitaremus, operam dedimus vt ex auctoris præſcripto & menda per nos corrigerentur, & prætermiſſa ſuis quæque locis insererentur. Quibus expeditis plana putabamus omnia. ſed fefellit nos opinio: nam auctorum loca, Græca potiſſimum, ita paſſim vel operarum vel amanuenſis culpâ deprehendimus malè tractata, vt plerumque ad ipſos fontes recurrendum eſſet. Quod, quantum per ordinarias occupationes licuit, non ſegniter à nobis eſt præſtitum. Et quia non pauca occurrebant in quibus etiam vulgatarum editionum lectio parum ſana videbatur, de his aliiſque conſimilibus ſeorſum hic, amice Lector, te commonere, noſtramque tibi de illis quâ coniecturam, quâ ſententiam exponere libuit. Eam ergo telam paucis pertexamus.

Pag 17.v.3. melius διίζωσαν, vti & Leonclauius vertit, *quod manus per coren cinctas non inuoluiſſent.*

45.12. ex Herodoto & aliis ſcribendum Κισσίη. V.9. à fine, poſt Μέμνονος κτίσμα, quæ ſola ibi ſunt Stephani Byzantij verba, aliquam multa deſiderantur, per amanuenſem vel typographicas operas in prima editione omiſſa.

66.14. melius ὠλοκτόνητα. Xenoph.ed.

74.v.πίζει] rectius ἀπεσταλμένα, Baſil.ed.24.36.

89.v.29.] locus ita videtur interpolandus, καὶ ἀντὶ τοῦ τὴν κεφαλὴν ἀποκόπτεσθαι, ἀποτίλλεσθαι, τὴν τιάραν ἀποθέμενον, *&* *loco decapitationis, tiara depoſita caput eis velli.* in miſ. breuius eſt, μαστιγοῦσθαι μὲν ἀποδυσαμένων τὰ ἱμάτια, τίλλεσθαι δὲ τὴν τιάραν ἀποθεμένων. atque ita infra 252. in ſimili eiuſdem Plutarchi loco, transpoſitione facta legendum puto, τῶν κολαζομένων τὰ ἱμάτια μαστιγοῦσι, καὶ τὰς τιάρας ἀποτίλλουσι.

96.9. vſitatius παρ' αὐτοῖς, datiuo caſu, vt ſupra 93. v. penultimo.

98.15. χρυσοῦν eſt etiam in vulg. Ioſephi ed. ſed rectius χρυσίον, neut. gen. ſequens commation. μετ' αὐτὸν, locali ſignificatione accipiendum, i. *proximo poſt ipſum loco ſeſſurum*, vt inf. 112.

100.19. Plutarchi locus expungi poteſt; quippe qui pag. ſeq. v.4 prolixius repetitur.

125.28. conſentit & vulg. ed. Strab. malim. ἢ τοιοῦτό τι ἔπεσχε, *vel aliud quid tale.*

129.v.1.] q. cod. ἀργῆται. haud ſcio an verius ἀργίτας, vel ἀργήτας. poſſet etiam ἀργοῦντας legi.

134.v.11. vſitatius *aſſidue*, vt infra, 269.25.

139.3.à fine pro πᾶσι vulg.ed.hab. φάσι, vetus interpres, *ſalutem & pacem*. vt φάσις accipi hoc loco poſſit pro ſignificatione ſeu indicatione, eorum ſc. quæ ad regem ex officio referenda videbantur.

141.11. τὸ δακτύλιον etiam vulg. ed. ſed vſitatius τὸν, maſc.gen.ibid.v.10. & γεάφειν cum vulg. ed. retineri poteſt, & legi γεάφεται, *quæcumq; ſcribuntur*.

146,v.25.] rectius τελῶσι, vt infra in retractatione, 275. Leonclauius vertit *cum tragulis*.

148.26.] pro Εφθαλίτων infr. 159. *Euthalithæ* ſunt, itemque in Ortelij noſtri Theſauro Geographico. neſcio an iidem *Abdelitæ* apud Georg. Cedrenum.

148.v.num.] δίχωρον habet etiam Æliani editio: qui ait Indicum eſſe nomen; à Græcis appellari δίχωρον. Cteſias δίκαιρον, habet, quaſi à duplici apice tracto vocabulo.

150.10.à fine, Xil.ed. δεινῶς, ſubſtantiue.

151, v.17.] malim μή· & paulo poſt, ἐπαίτια. de κατάπους vero, melius infra in retractatione, 235.

154.v.5.melius θαλίησι: &, ὕτις ὕποις, vt paulo poſt, v.19.v.24.metrum cõſtabit ſi legamus, Ὡς πάντα πάντ' ἐκεῖνα τούτου ἄξια: vt ſequens commation exegema ſit præcedentis demonſtratiui τῶν.

155.v. 24. χεῖρας] ἀμίλλαις communi genere alibi quoque obſeruare memini.

161.18. poſt ἄνευ ὠμιαστέρας, è præcedenti membro ſubaudiendum verbum ἀπολείπεται, i. *nulla non corporis parte trahebatur*.

161. v. 12.] rectius OROMASDAM, vt infra 179. & alibi.

Et mox, v. xandro] ἀναλαβόντες eſt etiam in Flor.ed. 286. b. vt ſit bene ominantis. alioqui & optatiue legi poſſet ἀναλάβοιτο, ſeu ἀναλάβοιτε.

162.6. à fine poteſt etiam ſic diſtingui, ὃν ὅσῳ τὸ Χερσὸν ὀνῦς πῦρ, ὃ θεὸς, κατασκήψει, vt infr. 165. Cedrenus refert ignem apud Perſas, ex inſtituto Perſei, magna veneratione coli ſolitum, velut deum è cælo delatum.

165.v.3. à fine poteſt etiam μυστικός ferri, vt habet Xylandri editio, pag. 848. atque adeo conuenientius illud quam Briſſonianum μαγά.

168.15. rectius *Anairidem*: itemque vltimo verſu, Αναΐτιδος, vt recte Xylandri editio habet tribus in locis apud eundem Strabonem. eſt enim ἡ Αναΐτις, ſeu ἡ Αναΐτης θεά, eadem quæ & *Anæa*: vt apud eundem Strabonem initio lib. 16. τὸ τῆς Αναίας ἱερόν. eſt autem Αναία, & mulieris nomen, & oppidi, cuius gentile Αναιεὺς & Αναΐτης, teſte Stephano Lyz. vnde & paulo ante in Clementis noſtri loco pro Ταναΐδος procul dubio reponendum Αναΐτιδος.

168.22. rectius ἀπηξίωσε, vel præterito tempore ἀπηξίωσε: vt *delibra* quoque à deliberatione nonnullis dicta videntur.

170.v.3. à fine] aptius fere aduerb. Αθήνησι.

174.5. à fine] melius ῥαπίζεσθαι Xyl. ed. p. 847.

157.3. procul dubio verior lectio eſt, ῥάβδων μυρσινῶν λεπτῶν δέσμην, *faſciculum tenuium myrthi virgarum*, ſicut paulo ante, τὴν μυρσίνην ἢ δάφνην.

185.v.13. à fine, poſt ἐπαραν inſere ἄραντες, *poſtquam ſuſtulerunt*. Seq. v. ſenſus poſtulat, ὡς αὐτὸς ἔφη. V. penultimo verius fortaſſe, συνεργίας, aut συνουσίας.

187. v. 2. à fine, omnino rectius

εἶναι τὸν τόπον, hunc locum.

190.9. à fine aptius ῥῖπτει.

190.7. à fine pro αὐτῶν apud Stobæũ eſt παρ' αὐτοῖς, apud ipſos. V. 6. Herodoti locus infra citatur plenius.

199. v. 12. à fine ſed pro ἀληθεύεσθαι apud Herodotum eſt ἀλυκτάζεσθαι, lib. 1. p. 36.

196. 11. q. ed. οὐχ ἑκαστα.

202. 6. à fine vulg. διαπτύοντες, à them. διαπτύω. 203. v. 55. χρεῖον etiã vulg. edit. ſed aptius θηρείων, beſtiarum.

304. 5. à fine, melius fere proſpiciens.

206. v. 5. aptius opinor, ἐσθῆτι ποικίλῃ: vt ſit veſtituque auro & coloribus vario centpictum. cuiuſmodi loquendi genus infra 237. Parthos vero ac Medos tali veſtium pigmento vſos eſſe fuſius docetur 234. 235.

207. verius, opinor, aprinam. nam κάπρος in Clementis loco qui ſequitur, non caper eſt, ſed aper ſeu verres.

216. vſitatius διδυμοκέφαλα, ſine diphthongo.

219. v. 24. ſenſus eſt, ex eo quod manifeſte apparebat eunuchum eſſe. ſi ἄποχε legas, vti & Flor. ed. habet, ſententia erit, vtique procul ab eo quod manifeſte in ipſo actu apparuerat, ſeu, contra quam propalam oculi viderant.

226. 12. ἑκάστα habet etiam Steph. editio, p. 36. quę ſcriptura ſi auctoris eſt, ſyncopen habet. regulariter mox ſequitur, τὰς ἑκαστάτω νικώντας: itemq; 128. 3. ἑκαστάτω τὴν Περσίδα νικῶσι. V. 25. maluerit fortaſſe aliquis πολλήν: vt ſit, procul abigunt à ſua regione.

228. 5. mutilatus videtur locus, quod auis & oui parum apta ſit cõparatio. ita fortaſſe interpolandus, μέγεθος ἴσον περιστερᾶς περιστάμενος δ' ἰδεῖν ἔστιν ἀλλὰ πᾶν τὸ ὅλον, παμμελὲς ἐμφέρεται, μέγεθος ἴσον ὠοῦ. Heſychio ſane aniculæ hoc genus eſt ἑλίκων περιστερά. & quæ de interaneis adieci, Plutarchi ſunt paulo poſt, v. 14. In eodem Plutarchi loco τὰ ἐντὸς, dictum ellipſi præpoſitionis κατὰ. ſcribitur autem ῥοδάκια per ς etiam apud Heſychium, per τ, & maſculina terminatione, etiam in Florentina Plutarchi editione, 166. b.

233. v. 10. omnino legendum videtur, ἐτίλλετό τε, capillumque ſibi euellebat: qua de re infra 240. 14.

239. 14. vſitatius κατήρικον, vt apud Heſych. κατηρείκοντο, κατεσχίζοντο, à prithem. ἐρείκω, ſcindo. πάντα in præced. commatio Ionice vſurpatum pro ἅμα.

241. 15. à fine, vſitatius κτῆνος, per ε, vt σκῆνος.

244. 12. τὸ κατ' ἐμὲ ποιηθήσεται quid ſignificet, declarat Ioſephi paraphraſis infra 251. 1.

245. 22, 23. ſuperior editio μακρὰν, longe. ego μακρὸν cum Heliodori vulg. ed. malui. at πυρὰν ἄγοντο, forſan vt πομπὴν ἄγειν, prælato ſc. rogi apparatu omni.

246. 4. θρείων ferri poteſt, ſi ad θυρὰς referamus. alias melius θρείοις, datiuo caſu.

248. 15. congruentius προσκαθημένων, aſſidente muſcarum multitudine.

252. 23. forſan ἀντίχει διαλύσαι. De Plutarchi loco v. 19. ſupra dictum, ad 89.

261. 12. vſitatius ἐσθίοις, opt. modo: eum enim amat potentialis ἂν.

263. 3. à fine poſt laudat, in ſuperiori editione leguntur hæc: Iuſta patri mortuo feciſſe Cyrum, idem Xenophon lib. VIII. παιδ. narrat, his verbis, ἔθυσε τὰ νομιζόμενα ἱερὰ, καὶ τοῦ χοροῦ ἡγήσατο Πέρσαις κατὰ τὰ πάτρια, καὶ τὰ δῶρα διεδίδου: quæ quia in Erratorum notatione deleri iuſſit auctor, ſuſtuli, hîc tamen repetere volui, quoniam non plane vide-

bantur ab inſtituto aliena.

266. o. Græca in Vulcanij ed. p. 57. ſic habent, πρὶν ὑπὸ τῶν μάγων ἀποκαθαρθῆν τὸ μίασμα, δῆθεν τοῦ ἐλπιζομένου θανάτου, καὶ εἶεν ἀνταποδοθῆν τὸ αὖθις βιῶναι. vt hic potius legendum ſit, *priuſquã à Magis expiatum fuerit illud piaculum ſcilicet exſpectatæ mortis, & illi velut reddita reuiuendi poteſtas.* Vulcanius vertit, p. 53. *donec à Magis expiatum fuerit piaculum exſpectatæ mortis, & quodammodo vita redonetur.*

275. 7. καταπαλτάςου & formatione ſuſpectum eſt, & tono. in Baſil. edit. Suidæ legitur καταπαλταφέται, compoſita forma: eamq; ſcripturam agnoſcit expoſitio, *quæ tela è catapultis emittunt.* at. παλτασαὶ ſunt *qui peltis in prælio vtuntur.*

278. 13. v. pro ῥῦμα omnino legendum reor εἶλα, *talis quæ protegere poßit.*

278. 28. librarius vocum affinitate deceptus, poſt ἐν omiſiſſe videtur præpoſitionem Atticam ἐς quæ vero mox ταφραὶ dicuntur, Heſychio ταφρεῖαι ſunt. ſic enim ille, ταφρεῖα, κόφινος μέγας.

V. 21. malim cum articulo, ἐς τὸν παλαιόν.

287. 25. rectius, opinor, *parameriis:* vt παραμήρια ſint *quæ femori applicantur arma:* Xenophonti παραμηρίδια ſupra 270. & 286. quibus & gladii ac ſimilia annumerantur.

291. 5. à fine, aptius *præfixa.*

292. 10. melius, ἔτι ἐπεισέχοιεν: in Xenoph. ed. eſt, ἔτι ἐπέχοιεν, Leoncl. ed. p. 264.

298. 6. quæd. ed. ἀνακονιζόνται, præſenti tempore.

303. 23. poſt μεγάλα deſideratur διαφέρουσαι, aut ſimile quodpiam adiectiuum.

310. 6. à fine ſcribe cum articulo, ἡ χώρα.

314. 13. ἐπὶ τῶν πατέρων etiam Baſil. ed. ſed malet forte quis ἡμῶν· vt ſit, *patrum noſtrorum tempore.*

317. 25. integer verſus apud Æſchylum ſic habet, Ἐκ τῶνδ᾽ εἰς ἴσον ἡμῖν ὅδ᾽ ἔχει λόγος. & præcedenti verſu, Ὦ γῆ πατρῷα: edit. Stephan. p. 146.

318. 13. aoriſtum περιεπλέξατο, pro futuro poſitum, vt infra quoq; 329. participium περιβαλών. V. 24. Ἐμπεσόντος per ἀφαίρεσιν dictum retento accẽtu: at Ἐμπεσόντος v. 17. per compoſitionem, hæc enim, accentum mutare ſollet; illa, retinere.

319. 9. à fine in ἐπεκειτο Ionica eſt aſpirationis detractio, vt & mox in καπεῖναι pro ἐφικέσθαι & καθεῖναι. alioqui legi poſſet etiam ἀπικέσθαι, vt ἀφικέσθαι ſupra 3. v. 24. per Ionicam dialyſin, pro ἐπικεῖσθαι & ἀφικεῖσθαι: ea nempe cõſtructionis forma qua Pauſanias Eliac. i. ἐπικείμενος κέρας τῇ κεφαλῇ.

321. 9. accuſ. πεζοὺς reſpicit ſeq. præpoſitionem ἐς: alioqui conſtructionis analogia poſtulat nomin. πεζοὶ vel πεζοῖς. V. 23. Ἑρμοῦ habet cum Pauſaniæ edit. etiam Stephanus Byz. ſed rectius cũ Strabone legemus Ἑρμου, 7'22: quam lectionem Amaſæus quoque in Pauſaniæ verſione ſecutus eſt, nempe *in Hermiſt. campis.*

325. 3. à fine στρατείαις quoque legi poteſt, i. *in expeditionibus.*

328. 26. 27. χρεμοδῶν habet etiam Æliani editio: verius eſſe videtur χρόταλα, *nolis tintinnabulis.* cuius conſuetudinis meminit etiam Etymologus noſter in διαχρωθῆναι 267. 30. 273. 50. Paulo poſt, v. 9. à fine. conſtructionis norma poſtulat, διδόντες ἐκκλίνωνται, ſubiunctiuo modo, vt in præced. commate.

331. 26. in Heſychij loco ſenſus poſtulat, ἔτος δὲ ἐγκλείσας, vel ſimile quid.

332.333.melius κατῆκαν, Ionica ſc. aſpirationis detractione pro καθῆκαν, à καθίημι *demitto*. V.26.ſuperior editio ὑποστασίοις, nempe à ſubſiſtendo. noſtrum ἱπποστασίοις petitum è Tzetzis editione, id eſt, *equorum ſtabulis.*

333.2. à fine haud ſcio an verius μακρὰ, *longa ligna*. 334. 22. rectius fortaſſe ὑποϊβείσαντι, accuſ. caſu, *qui iſtam ei feceras iniuriam.* τούτῳ tamen eſt etiam in vulg. ed. 48.21.

335.2. à fine μακρὰ legitur etiam in vulg. ed.. 62.12. ſed verius fortaſſe μακρὰ *longa nauigia equis vehendis.* aliam lectionem ſecutus eſt Valla, qui vertit *actuaria nauigia & alia minuta, cum hippagogis quæ equos vehunt.* quaſi legerit, ἱππαγωγὰ πλοῖα, καὶ ἄλλα μακρά.

336.6. à fine poſt Ῥωμαίους ſubaudiendum οὖν, vel ſimile quid. V. vltimo pro τῷ cum H. Steph repone articulũ τὸ. eſt autem locus edit Steph. pag. 160.

337.6. à fine, αἱμοχεσίλω habet etiã Stephani editio, 19.28. ſed malet fortaſſe aliquis αἱμοχεσίλω, vel αἱμοχυτεῖν, aut αἱμοχυσίαν, *vſq; ad cruentationem ſeu fuſionem ſanguinis.*

Sunt & loca quæ fruſtra, licet diu, à me quæſita ſunt vt 97.8. à fine, locus qui è Xenoph. Pæd. 1. citatur: & 130.8. à fine locus Ioſephi.

Atque hæc potiſſimum de Græcorum auctorum locis. vt vero è Latinis quoque vnum annotem, 123.4. ita legendum, *Onera enim Imperij* (ita quippe ex Plinij ore loquor) *pleraque vectigalia inſtitui, vt pro vtilitate communi, ita ſingulorum iniuriis coegerunt.* ſic ſane Lugdunenſis editio habet in Plinij Panegyrico, p. 330. cui loco non multum abſimilis paulo ante in eodem Panegyrico 327.4. *Quippe diſcretis quidem bonis omnium, ſua cuiuſque ad ſingulos mala: ſociatis autem atque permiſtis, ſingulorum mala ad neminem, ad omnes omnium bona pertinent.*

FINIS.

*fodiſſe Darium, qua hoſte equites emiſſurum eſſe credebat: notatumq; certo ſigno locum, vt fraus euitari à ſuis poſſet.*

Perſarum etiam Reges rapidiſſima quæq; flumina Pontibus iungere auſos, hiſtoriarum monumentis proditum eſt. Nam vt taceam Pontes Euphrati Tigrique impoſitos, Boſphoro Danubioq; iniectos à Dario pontes ſilentio præterire non poſſum, vel ipſius maxime artificis, id eſt Mandroclis Samij gratia, cuius nomen propter eius induſtriam, ab interitu & obliuione vindicare æquum cenſeo. Herod. lib. IIII. de Dario, ἀπίκετο τῆς Χαλκηδονίης ἐπὶ τὸν Βόσπορον, ἵνα ἔζευκτο ἡ γέφυρα. Et mox, ὁ δὲ Δαρεῖος, ὡς ἐθηήσατο τὸν Πόντον, ἔπλεε ὀπίσω ἐπὶ τὴν γέφυραν, τῆς ἀρχιτέκτων ἐγένετο Μανδροκλέης Σάμιος. ac deinde, τοῦ δὲ Βοσπόρου ὁ χῶρος τὸν ἔζευξε βασιλεὺς Δαρεῖος, ὡς ἐμοὶ δοκέει συμβαλλομένῳ, μέσον ἐστὶ Βυζαντίου τε καὶ τοῦ ἐπὶ στόματι ἱροῦ. Δαρεῖος δὲ μετὰ ταῦτα ἡσθεὶς τῇ σχεδίῃ, τὸν ἀρχιτέκτονα αὐτῆς Μανδροκλέα τὸν Σάμιον ἐδωρήσατο πᾶσι δέκα. Io. Tzetzes Chiliade I. hiſtor. XXXI.

Ὁ Μανδροκλῆς ὁ Σάμιος, ἀνὴρ ἦν ἀρχιτέκτων·
Ὅς τὸν Δαρεῖον μέλλοντα κατὰ Σκυθῶν ἐλαύνειν,
Ναυσὶ τὸν Ἑλλησπόντιον Βόσπορον γεφυρώσας,
Εἴτε περὶ τὴν Δάμαλιν, εἴτε καὶ τὸ Ἡραῖον,
Πρὸς τὴν Εὐρώπην ἐκβιβᾷ στρατεύμασιν ἀπείροις.

Idemque hiſtor. XXXII. Mandroclem Samium τὸν Δαμαλίτην Βόσπορον γεφυρῶσαι ſcribit. Cteſias, στράτευμα δὲ ἀγείρας Δαρεῖος ὀγδοήκοντα μυριάδας, καὶ ζεύξας τὸν Βόσπορον καὶ τὸν Ἴστρον, διέβη ἐπὶ Σκύθας. Strabo libro VII. de Iſtro, ἑπτάστομος γάρ ἐστι· μέγιστον δὲ τὸ ἱερὸν στόμα καλούμενον· δι' οὗ σταδίων ἀνάπλους ἐπὶ τὴν Πεύκην ἑκατὸν εἴκοσι, ἧς κατὰ τὸ κάτω μέρος, ἐποίησε τὸ ζεῦγμα Δαρεῖος. Lucianus in Nerone, ſeu de perfoſſione Iſthmi. καὶ τὸν Δαρεῖον, ὡς ὁ Βόσπορος ἐγεφυρώθη αὐτῷ ἐπὶ τοὺς Σκύθας. Ariſtides Oratione Platon. II. Δαρεῖος δὲ, τὸν Βόσφορον ζεύξας, ἐπὶ Σκύθας διέβη· Ξέρξης δὲ, τὸν Ἑλλήσποντον ζεύξας, ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα. Admirabilem vero illam pontis, quo Xerxes Helleſpontum iunxit, ſtructuram Herodotus libr. VII. deſcribit in hunc modum: πεντηκοντέρους καὶ τριήρεας συνθέντες, ὑπὸ μὲν τὴν πρὸς τοῦ Εὐξείνου πόντου, ἑξήκοντά τε καὶ τριηκοσίας, τοῦ μὲν πόντου, ἐπικαρσίας· τοῦ δ' Ἑλλησπόντου, κατὰ ῥόον, ἵνα ἀνακωχεύῃ τὸν τόνον τῶν ὅπλων, συνθέντες δὲ, ἀγκύρας κα-

τῆκαν περιμήκεας, τὰς μὲν πρὸς τοῦ πόντου τῆς ἑτέρης, τῶν ἀνέμων εἵνεκα τῶν ἔσωθεν ἐκπνεόντων· τῆς δὲ ἑτέρης τῆς πρὸς ἑσπέρης τε καὶ τοῦ Αἰγαίου, εὔρου τε καὶ νότου εἵνεκα. διέκπλοον δὲ ὑπόφαυσιν κατέλιπον τῶν πεντηκοντέρων, καὶ τριχοῦ, ἵνα καὶ ἐς τὸν πόντον ἔχῃ ὁ βουλόμενος πλέειν πλοίοισι λεπτοῖσι, καὶ ἐκ τοῦ πόντου ἔξω. ταῦτα δὲ ποιήσαντες, κατέτεινον ἐκ γῆς, στρεβλοῦντες ὄνυξι ξυλίνοισι τὰ ὅπλα· οὐκέτι χωρὶς ἑκάτερα τάξαντες, ἀλλὰ δύο μὲν λευκολίνου δασάμενοι ἐς ἑκατέρην, τέσσερα δὲ τῶν βυβλίνων. παχύτης μὲν ἦν αὐτὴ, καὶ καλλονή· κατὰ λόγον δὲ ἦν ἐμβριθέστερα τὰ λίνεα, τοῦ τάλαντον ὁ πῆχυς εἷλκε. ἐπεὶ δὲ ἐγεφυρώθη ὁ πόρος, κορμοὺς ξύλων καταπρίσαντες, καὶ ποιήσαντες ἴσους τῆς σχεδίης τῷ εὔρει, κόσμῳ ἐπετίθεσαν κατύπερθε τῶν ὅπλων τοῦ τόνου· θέντες δὲ ἐπεξῆς, ἐνταῦθα αὖτις ἐπεζεύγνυον· ποιήσαντες δὲ ταῦτα, ὕλην ἐπεφόρησαν, κόσμῳ δὲ θέντες καὶ τὴν ὕλην, γῆν ἐπεφόρησαν. κατανάξαντες δὲ καὶ τὴν γῆν, φραγμὸν παρείρυσαν ἔνθεν καὶ ἔνθε, ἵνα μὴ φοβέηται τὰ ὑποζύγια τὴν θάλασσαν ὑπερορῶντας καὶ οἱ ἵπποι, Ioann. Tzetzes Chil. I. Hiſtor. XXXII. de Xerxe,

Ἀντὶ μιᾶς γεφύρας δὲ δύο κελεύει ζεῦξαι·
Καὶ δὴ πλαγίας κατὰ ῥοῦν πληρώσαντες ὁλκάδας,
Ἀγκύραις τε στηρίξαντες, ὡς μένειν ἀσαλεύτους,
Ἀπὸ τῆς γῆς ὡς πρὸς τὴν γῆν τὴν ἀντιπεραιῶτιν.
Σχοίνους φοινικώδεις εἵλκυσαν ἐπάνω τῶν ὁλκάδων·
Ἕνα πρὸς πρώραις τῶν νεῶν, ἕτερον δὲ πρὸς πρύμναις.
Ὁ πηχυαῖος σχοῖνος δὲ, τριτάλαντος ἦν βάρει.
Τούτους γοῦν ἐντανύσαντες ἐκ γῆς τῆς ἑκατέρας,
Ξύλων κορμοῖς προσήλωσαν, ὡς ἐν ἱπποστασίοις.
Οὕτω μὲν ὀχυρώσαντες τὸ ἔδαφος, τοῖς σχοίνοις
Χειραγωγοῖς τὰ πλάγια, καὶ κλείσμασι στερροῖσι,
Μήπως ἐκ τῶν πλαγίων τις εἰς θάλασσαν ἐμπέσοι.
Ἐπεὶ δ' ἄμφω γεγόνασιν αἱ γέφυραι ζευχθεῖσαι.
Πολὺν τὸν χοῦν ἐγχέαντες κορμοῖς τοῖς ἐδαφίταις.
Γαιοῦσι ταύτας ἀκριβῶς.

At vti poſterioribus ſeculis pontes Perſæ facerent, docet Procopius lib. II de bello Perſico his verbis: ὁ γοῦν Χοσρόης γέφυραν σὺν πολλῷ τάχει πηξάμενος, ποταμὸν Εὐφράτην ἐκ τοῦ αἰφνιδίου διέβη παντὶ τῷ στρατῷ. Πέρσαις γὰρ πόνῳ οὐδενὶ διαβατοί εἰσι ποταμοὶ ἅπαντες· ἐπεὶ αὐτοῖς ὁδῷ ἰοῦσιν, ἀγκιστροειδῆ σιδήρεια ἐν παρασκευῇ ἐστίν· οἷς δὴ ξύλα μικρὰ ἐς ἄλληλα ἐναρμόζοντες, Γεφύρας αὐτοσχεδιάζουσιν ἐκ τοῦ παραυτίκα, ὅπῃ ἂν

σφισι βουλομένοις εἴη.

Enimuero vti ira animique perturbatione incitatus in Gyndem amnem Cyrus, iniuriam, quam ab eo ſeſe accepiſſe crediderat, vltus ſit, bellumque indictum hoſti, ſtulte cũ flumine geſſerit, venuſte ac lepide exponit Seneca lib. III. de Ira, cap. XXI. de Cyro ſic loquens, *Nam cum Babylonem oppugnaturus feſtinaret ad bellum, cuius maxima momenta in occaſionibus ſunt, Gyndem late fuſum amnem vado tranſire tentauit: quod vix tutum eſt etiam cum ſenſit æſtatem, & ad minimum deductus eſt. Ibi vnus ex his Equis qui trahere Regium currum albi ſolebant, abreptus, vehementer commouit Regem, iurauit itaque amnem illum Regis equum meatum auferentem, eo ſe redacturum, vt tranſiri calcariq; etiam à feminis poſſet. Huc deinde omnem tranſtulit belli apparatum & tamdiu aſſedit operi, donec C. & LXXX. cuniculis diuiſum alueum, in CCC. & LX. riuos diſpergeret, & ſiccum relinqueret, in diuerſum fluentibus aquis.* Quæ ille ex Græco fonte Herodoti hauſit, cuius ex lib. I. verba, vt Græca Latinis comparentur, ſubiicienda cenſui. Ea ſic habent. ὅτε δὲ τὸν Γύνδην ποταμὸν ὡς διαβαίνειν ἐπειρᾶτο ὁ Κῦρος, ἐόντα νηυσὶ περητὸν, ἐνταῦθά οἱ τῶν τις ἱρῶν ἵππων τῶν λευκῶν, ὑπὸ ὕβριος ἐσβὰς ἐς τὸν ποταμὸν, διαβαίνειν ἐπειρᾶτο. ὁ δέ μιν συμψήσας, ὑποβρύχιον οἰχώκεε φέρων. κάρτα δὲ δὴ ἐχαλέπαινε τῷ ποταμῷ ὁ Κῦρος τούτῳ ὑβρίσαντι· καί οἱ ἐπηπείλησε, οὕτω δή μιν ἀσθενέα ποιήσειν, ὥστε τοῦ λοιποῦ καὶ γυναῖκάς μιν εὐπετέως, τὸ γόνυ μὴ βρεχούσας, διαβήσεσθαι. μετὰ δὲ τὴν ἀπειλὴν μετεὶς τὴν ἐπὶ Βαβυλῶνα στράτευσιν, διαίρεε τὴν στρατιὴν δίχα. διελὼν δὲ, κατέτεινε σχοινοτενέας ὑποδέξας διώρυχας ὀγδώκοντα καὶ ἑκατὸν, παρ' ἑκάτερον τε χεῖλος τοῦ Γύνδεω τετραμμένας πάντα τρόπον.

Verum fas ne ſit, addubito, venia prius tanquam ab Edicto Prætoris impetrata, Senecam in huius loci verſione, incuriæ reum agere, qui, quos Herodotus ἱροὺς ἵππους, vertit *equos qui trahere regium currum albi ſolebant*, contra Herodoti, vt exiſtimo, mentem, qui non de Regii currus equis, ſed de Sacris equis albis, qui Regem, quaqua iter faceret, antecedebant, ſenſiſſe videtur. Sic enim ille lib. VII. μετὰ δὲ, ἱροὶ Νησαῖοι καλεόμενοι ἵπποι δέκα, κεκοσμημένοι ὡς κάλλιστα. Et mox, ὄπισθε δὲ τουτέων τῶν δέκα ἵππων, ἅρμα Διὸς ἱρὸν ἐπετέτακτο. τὸ ἵπποι μὲν εἷλκον λευκοὶ ὀκτώ. ὄπισθε δὲ τῶν ἵππων εἵπετο πεζῇ ἡνίοχος,

ἐχόμενος τῶν χαλινῶν. οὐδεὶς γὰρ δὴ ἐπὶ τοῦτον τὸν θρόνον ἀνθρώπων ἀναβαίνει. τούτου δὲ ὄπισθεν αὐτὸς Ξέρξης ἐπ' ἅρματος ἵππων Νισαίων. Et alio eiuſdem libri loco, ἅρματα τὸ ἱρὸν ἐπὶ δὲ, αὐτός τε Ξέρξης, καὶ οἱ αἰχμοφόροι, καὶ οἱ ἱππόται οἱ χίλιοι. Curtius lib. III. *Currum deinde Ioui ſacratum albentes vehebant equi: hos eximiæ magnitudinis Equus, quem Solis appellabant, ſequebatur.*

Verum vti montem Athon Xerxes perfoderit, Herodotus lib. VII. explicat his verbis: διελόμενοι τὸν χῶρον οἱ βάρβαροι κατὰ ἔθνεα, κατὰ Σάνην πόλιν σχοινοτενὲς ποιησάμενοι. ἐπεὶ δὲ ἐγίνετο βαθέα ἡ διώρυξ, οἱ μὲν κατώτατα ἑστεῶτες, ὤρυσσον· ἕτεροι δὲ, παρεδίδοσαν τὸν αἰεὶ ἐξορυσσόμενον χοῦν, ἄλλοισι κατύπερθε ἑστεῶσι ἐπὶ βάθρων. οἱ δ' αὖ ἐκδεκόμενοι, ἑτέροισι ἕως ἀπίκοντο ἐς τοὺς ἀνωτάτω· οὗτοι δὲ, ἐξεφόρεόν τε καὶ ἐξέβαλλον. τοῖσι μέν νυν ἄλλοισι, πλὴν Φοινίκων, καταρρηγνύμενοι οἱ κρημνοὶ τοῦ ὀρύγματος, πόνον διπλήσιον παρεῖχον. ἅτε γὰρ τοῦ τε ἄνω στόματος καὶ τοῦ κάτω τὰ αὐτὰ μέτρα ποιευμένων, ἔμελλέ σφι τοιοῦτον ἀποβήσεσθαι. οἱ δὲ Φοίνικες, σοφίην ἔν τε τοῖσι ἄλλοισι ἔργοισι ἀποδείκνυνται, καὶ δὴ καὶ ἐν ἐκείνῳ. ἀπολαχόντες γὰρ μόριον ὅσον αὐτοῖσι ἐπέβαλε, ὤρυσσον, τὸ μὲν ἄνω στόμα τῆς διώρυχος ποιεῦντες διπλήσιον ἢ ὅσον ἔδει αὐτὴν τὴν διώρυχα γενέσθαι. Sed & verberibus coactos foſſores acriter operi incumbere, ibidem Herodotus ſcribit. Idem alias eodem libro Xerxem circa Athon aggeres ad fauces foſſæ congeſſiſſe, propter æſtuaria maris, ne ipſæ fauces aluei obſtruerentur, refert.

Naues autem, Perſas olim habuiſſe, Longas, Actuarias, Onerarias, & quaſdam quæ Equos, Impedimentaque veherent, alias quæ vectores traiicerent, ex Herodoto conſtat. Is enim lib. VI. Darium refert, miſſis in ſuas maritimas tributarias prouincias præconibus, imperaſſe νέας τε μακρὰς, καὶ ἱππαγωγὰ πλοῖα ποιέεσθαι. & lib. VII. τοῖσι δὲ ἱππαγωγὰ πλοῖα, ἅμα στρατευομένοισι· τοῖσι δὲ, ἐς τὰς γεφύρας, μακρὰς νέας παρέχειν, ἄλλα ἄλλῃ ἀγινεόντας, ὁλκάσι τε καὶ πορθμηΐοισι, ἐκ τῆς Ἀσίης πανταχόθεν. Nauium vero harum quaſdam triginta, quaſdam quinquaginta Remorum numero fuiſſe, idem Herodotus eodem lib. teſtis eſt. Ait enim, τριηκόντεροι δὲ καὶ πεντηκόντεροι, καὶ κέρκουροι, καὶ ἱππαγωγὰ πλοῖα μακρὰ συνελθόντα ἐς τὸν ἀριθμὸν ἐφάνη τρισχίλια. Et alias, πεντηκοντέρους

καὶ τριήρεας συνθέντες, ἀπὸ μὲν τὴν περὶ τοῦ Εὐξείνου πόντου. Πεντηκόντερον enim ναῦν Thucydidis Scholiaſtes interpretatur, τὴν ἀπὸ πεντήκοντα ἐρεσσομένην.

Ceterum primi Perſarum Reges inſtruere in altum editas Arces: & in aſcenſum arduos colles emunire: multiplicibus etiam Arces muris turribuſque ſepire, inſtituerunt. Et vt Arces oppidis, ita & Arcibus præſidia militum imponere, validiſque præſidiis vrbes tenere, docuerunt. Cyrus quidem certe, vt Xenophon lib. VIII. παιδ. ſcribit, vrbibus à ſe captis, φρουρὰς καὶ φρουράρχους conſtituit. Et alibi, Ὡς δὲ τότε Κῦρος κατεστήσατο, οὕτως ἔτι καὶ νῦν βασιλέως εἰσὶν αἱ ἐν ταῖς ἄκραις φυλακαὶ, καὶ οἱ χιλίαρχοι τῶν φυλακῶν ἐκ βασιλέως εἰσὶ καθεστηκότες, καὶ παρὰ βασιλεῖ ἀπογεγραμμένοι. Ac poſtea, ἔτι καὶ νῦν τῷ αὐτῷ τρόπῳ πᾶσαι μὲν αἱ ὑπὸ βασιλεῖ φυλακαὶ ὁμοίως φυλάττονται. Idem Oeconomico, de Rege Perſarum loquẽs, χωρὶς δὲ τούτων (videlicet τῶν ἀρχόντων) φύλακας ἐν ταῖς ἀκροπόλεσι τρέφει. Chiliarchi ergo qui eiuſmodi præſidiariis ſtationariiſque militibus præeſſent, à Rege conſtituebantur. Sed & hi quibus Arcium cuſtodia credebatur, φρούραρχοι τῶν Ἀκρῶν, ab eodem Xenophonte appellantur. Cuiuſmodi Arcium præfectis, nihil aliud præter nudam arcium cuſtodiam, tutelamque murorum, mandatam, à Xenophonte didici, qui φρουράρχοις, vnum hoc munus iniunxiſſe Cyrum, τὰ τείχη διασώζειν, nec quidquam præterea eos ſatagere voluiſſe, ſcribit, vt iam ſuprà libro primo, notauimus.

Porro Perſarum gentem, hiberno tempore, vtpote frigoris impatientem, bello abſtinuiſſe, Socrates libro III. hiſtor. Eccleſiaſt. cap. XXI. ita ſcribit: ὁ δὲ βασιλεὺς εἰς τὴν Περσῶν ἐνέβαλλε μικρὸν πρὸ τοῦ ἔαρος, πυθόμενος ἀσθενέστατα καὶ ἀνανδρότατα εἶναι χειμῶνος τὰ ἔθνη Περσῶν. κρυμὸν γὰρ μὴ φέροντες, ἀπόμαχοι μένουσι κατὰ τὸν δὲ τὸν χρόνον· ἀλλὰ οὐδὲ χεῖρα, τὸ τοῦ λόγου, βάλλοι ἂν τότε ἔξω τοῦ φάρους Μῆδος ἀνήρ. Ῥωμαίους εἰδὼς καὶ χειμῶνος ἀγωνίζεσθαι δυναμένους, ἐπαφῆκε τῇ χώρᾳ τὸν στρατόν. Xerxem autem iuniores ſolos, delectu habito, ſacramento adegiſſe ſcribit Interpres Æſchyli in Perſas, τοὺς γὰρ νέους μόνους ὁ Ξέρξης ἐστρατολόγησε τοὺς δὲ γέροντας, ὡς ἀσθενεῖς ὄντας καὶ μὴ δυναμένους κινῆσαι ὅπλα, κατέλειψε γῇ Περσίδι χώρᾳ ἐπιτηρητάς τε καὶ φύ-

λάκας. Magos vtique ad fauorem populi conciliandum tributa & militiæ vacationem in triennium permiſiſſe, Iuſtin. lib. II. narrat. Enimuero ſingulari quoque prælio Perſas interdum certaſſe, apparet ex Darij hiſtoria, quæ à Diodoro refertur lib. XVII. Item ex Polydamante, apud Pauſaniam in Eliacis. Ad huius etiam libri inſtitutum pertinet, quod de recepto apud Perſas Adoptionum more Procopius lib. I. de bello Perſico, ſcribit his verbis: οὐ γράμμασιν οἱ βάρβαροι τοὺς παῖδας ποιοῦνται· ἀλλ᾽ ὅπλων σκευῇ. Iam Perſarum Reges quãdoq; cum vicinis Regibus ſocietatem & amicitiam contrahebant; & ita Cambyſes, ad Regem Æthiopũ Legatos, narrante Herodoto lib. III. miſit, δῶρα φέροντας, πορφύρεόν τε εἷμα, καὶ χρύσεον στρεπτὸν περιαυχένιον, καὶ ψέλλια, καὶ μύρου ἀλάβαστρον, καὶ φοινικηίου οἴνου κάδον. Quę munera Legati ornarunt his verbis: Βασιλεὺς ὁ Περσέων Καμβύσης, βουλόμενος φίλος τοι καὶ ξεῖνος γενέσθαι, ἡμέας τε ἀπέπεμψε, ἐς λόγους τοι ἐλθεῖν κελεύων, καὶ δῶρα ταῦτά τοι διδοῖ, τοῖσι καὶ αὐτὸς μάλιστα ἥδεται χρεώμενος. Interdum & à Perſarum Regibus fides cum hoſte fœderibus deuinciebatur. Fœderis vero apud Perſas ſciendi ritum Xenophon prodit lib. II. Αναβάσ. in hunc modum: οἱ δὲ βάρβαροι προσώμοσαν καὶ ἡγήσασθαι ἀδόλως. ταῦτα δ᾽ ὤμοσαν, σφάξαντες κάπρον καὶ ταῦρον καὶ λύκον καὶ κριὸν, εἰς ἀσπίδα βάπτοντες, οἱ μὲν Ἕλληνες ξίφος· οἱ δὲ βάρβαροι, λόγχην. Dextras etiam dediſſe eos, in fœdere ineundo, idem eodem li. docet, de Clearcho & Tiſſapherne ita loquens: καὶ ὤμοσαν, καὶ δεξιὰς ἔδοσαν, Τισσαφέρνης καὶ ὁ τῆς βασιλέως γυναικὸς ἀδελφὸς, τοῖς τῶν Ἑλλήνων στρατηγοῖς καὶ λοχαγοῖς· καὶ ἔλαβον παρὰ τῶν Ἑλλήνων. Et mox. Οἶδα μὲν ἡμῖν ὅρκους γεγενημένους καὶ δεξιὰς δεδομένας μὴ ἀδικήσειν ἀλλήλους. Item libro tertio, καὶ ἐπὶ τούτοις αὐτὸς ὀμόσας ἡμῖν αὐτὸς δεξιὰς δούς. Sed & quo ritu Medi Lydique inter ſe fœdus fecerint, aperit Herodot. libr. I. his verbis. ὅρκια δὲ ποιέεται ταῦτα τὰ ἔθνεα τάπερ τε Ἕλληνες· καὶ πρὸς τούτοισι, ἐπεὰν τοὺς βραχίονας ἐπιτάμωνται, ἐς τὴν ὁμοχροιΐην, τὸ αἷμα ἀναλείχουσι ἀλλήλων. Fidem vero etiam hoſti datam, ſanctiſſime olim ſeruaſſe Perſas, Xenophon li. VIII. παιδ. in extremo docet. Teſtimonio eſt Artabani Parthorum Regis exemplum, apud Ioſephum lib. XVIII. Antiquit. cap. vlt. Ex quo etiam apparet latrunculis quos ad ſe euocabant, Reges quandoque li-

berum commeatum, & remeatum, ac vt vulgo loquimur, *ſaluum conductum*, conceſſiſſe. Illic enim Aſinæum & Anilæum fratres ad ſe euocaſſe Artabanus narratur, συγχωρῶν ἄδειάν τε καὶ ἀσυλίαν ὁδῶν, χρήζων ἐπὶ φιλίᾳ προσχωρεῖν πρὸς αὐτόν. Apud Aſſyrios vtiq;, ſuſceptæ pacis indiciū fuiſſe, præ ſe bouem coronatum agere. Ammianus Marcellin. lib. XXIII. tradit. Indigne vero tuliſſe Reges Perſarum quempiam ſuorum alicubi ſeruire, captoſque ab hoſtibus, dato pretio, redemiſſe, Lampridius indicat in Alexandro Seuero. Illic enim victoriam quam de Perſis Alexander Seuerus reportauit, narrans, *Tumque primum*, ait, *Perſæ ſerui apud Romanos fuerant: quos quidem, quia indigne ferunt Perſarum Reges quempiam ſuorum alicubi ſeruire, acceptis pretiis reddidit.*

Verum vt tandem aliquando receptui canam, Perſis quinquageſimus annus honeſtam miſſionem dabat, militiæque tam equeſtris quam pedeſtris vacationem tribuebat. Legitimum ergo militiæ tempus, triginta annorum erat, ſi Straboni fides habeatur, qui à viceſimo ad quinquageſimum vſque annum militaſſe Perſas ſcribit, inquiens, στρατεύουσι δὲ καὶ ἄρχουσιν ἀπὸ εἴκοσιν ἐτῶν, ἕως πεντήκοντα, πεζοί τε καὶ ἱππεῖς. Ex quo non male colligi poſſe videtur, Perſas triceſimo militiæ anno, vtpote impletis emeritisque ſtipendiis, honeſte ſacramento ſolutos: militiæque poſt quinquageſimum annum vacationem ætatis beneficio meruiſſe. Atque hic mihi ipſe honeſtam miſſionem indulgeo.

FINIS.

F. S. LECTORIS.

# F. S. LECTORIS.

PRima huius tractatus editio, prodiit anno M. D. X C. in qua præter menda, partim operarum vitio, partim aliâs commiſſa, erat etiam Appendix prætermiſſorum. Cum igitur hanc noſtram editionem cogitaremus, operam dedimus vt ex auctoris præſcripto & menda per nos corrigerentur, & prætermiſſa ſuis quæque locis infererentur. Quibus expeditis plana putabamus omnia. ſed fefellit nos opinio: nam auctorum loca, Græca potiſſimum, ita paſſim vel operarum vel amanuenſis culpâ deprehendimus malè tractata, vt plerumque ad ipſos fontes recurrendum eſſet. Quod, quantum per ordinarias occupationes licuit, non ſegniter à nobis eſt præſtitum. Et quia non pauca occurrebant in quibus etiam vulgatarum editionum lectio parum ſana videbatur, de his aliiſque conſimilibus ſeorſum hic, amice lector, te commonere, noſtramque tibi de illis quâ coniecturam, qua ſententiam exponere libuit. Eam ergo telam paucis pertexamus.

Pag 17.v.3. melius διίζωσαι, vti & Leonclauius vertit, *quod manus per coren cinctas non inuoluiſſent.*

45.12. ex Herodoto & aliis ſcribendum Κισσίη. V.9. à fine, poſt Μίμνωνος κτίσμα, quæ ſola ibi ſunt Stephani Byzantij verba, aliquam multa deſiderantur, per amanuenſem vel typographicas operas in prima editione omiſſa.

66.14. melius ὠλικπέπτωτα. Xenoph.ed.

74.v.πίζω] rectius ἀπεσαλμένα, Baſil.ed.24.36.

89.v.29.] locus ita videtur interpolandus, καὶ ἀντὶ τοῦ τὴν κεφαλὴν ἀποκόπτεσθαι, ἀποτίλλεσθαι, τὴν τιάραν ἀποθεμένον, *&* *loco decapitationis, tiara depoſita caput eius velli.* in miſ. breuius eſt, μαστιγοῦσθαι τῶν ἀποδυσαμένων τὰ ἱμάτια, τίλλεσθαι δὲ τὴν τιάραν ἀποθεμένων. atque ita infra 252. in ſimili eiuſdem Plutarchi loco, tranſpoſitione facta legendum puto, τῶν κολαζομένων τὰ ἱμάτια μαστιγοῦσι, καὶ τὰς τιάρας ἀποτίλλουσι.

96.9. vſitatius παρ' αὐτοῖς, datiuo caſu, vt ſupra 93. v. penultimo.

98.15. χρυσοῦν eſt etiam in vulg. Ioſephi ed. ſed rectius χρυσίον, neut. gen. ſequens commation. μετ' αὐτὸν, locali ſignificatione accipiendum, i. *proximo poſt ipſum loco ſeſſurum*, vt inf. 112.

100.19. Plutarchi locus expungi poteſt; quippe qui pag. ſeq. v.4 prolixius repetitur.

125.28. conſentit & vulg. ed. Strab. malim. ἢ τοιοῦτό τι ἕτερον, *vel aliud quid tale.*

129.v.1.] q. cod. ἀργῆται. haud ſcio an verius ἄργιται, vel ἄργοται. poſſet etiam ἀργοῦνται legi.

134.v.11. vſitatius *aſſidue*, vt infra, 269.25.

139.3.à fine pro *πᾶσι* vulg.ed.hab. *φάσι*, vetus interpres, *ſalutem & pacem*. vt φάσις accipi hoc loco poſſit pro ſignificatione ſeu indicatione, eorum ſc. quæ ad regem ex officio referenda videbantur.

141.12. τὸ δεκατύλιον etiam vulg. ed. ſed vſitatius τὸν, maſc.gen.ibid.v.10. & γράφονται cum vulg. ed. retineri poteſt, & legi γεγράφεται, *quæcumq; ſcribuntur.*

146,v.25.] rectius πελτὶς, vt infra in retractatione, 275. Leonclauius vertit *cum tragulis.*

148.26.] pro Εφθαλίτους infr. 159. *Euthalithæ* ſunt, itemque in Ortelij noſtri Theſauro Geographico. neſcio an iidem *Abdelitæ* apud Georg. Cedrenum.

148.v.num.] δίκηρος habet etiam Æliani editio: qui ait Indicum eſſe nomen; à Græcis appellari δίκηρον. Cteſias δίκερκον habet, quaſi à dupliei apice tracto vocabulo.

150.10.à fine, Xil.ed. δεινή, ſubſtantiue.

151, v.17.] malim μὴ & paulo poſt, ὀνόματα. de ταύτως vero, melius infra in retractatione, 235.

154.v.5.melius θαλάσσῃ: &, ὕπως ὅπως, vt paulo poſt, v.19.v.24. metrum cõſtabit ſi legamus, Ὡς πάντα πάντ᾽ ἐστ᾽ ἔστι τούτου ἄξια: vt ſequens commation exegema ſit præcedentis demonſtratiui τῶν.

155.v.24. χεῖρας] ἀλλήλοις communi genere alibi quoque obſeruare memini.

161.18. poſt οὐ ἀναμνήσεις, è præcedenti membro ſubaudiendum verbum ἀλλάττω, i. *nulla non corporis parte trahebatur.*

161.v.12.] rectius OROMASDAM, vt infra 179.& alibi.

Et mox, v.xandro] ἀνακαλεῖσθε eſt etiam in Flor.ed. 286. b. vt ſit bene ominantis. alioqui & optatiue legi poſſet ἀνακαλεῖσθαι, ſeu ἀνακαλεῖσθε.

162.6.à fine poteſt etiam ſic diſtingui, ὃν δὲ ἐκ τοῦ Χιεροῦ οὐρανόθεν πῦρ, ὁ θεὸς, κατηνέχθη, vt infr. 165. Cedrenus refert ignem apud Perſas, ex inſtituto Perſei, magna veneratione coli ſolitum, velut deum è cælo delatum.

165.v.3.à fine poteſt etiam μυστικὰ ferri, vt habet Xylandri editio, pag. 848. atque adeo conuenientius illud quam Briſſonianum μαγικὰ.

168.15. rectius *Anaitidem*: itemque vltimo verſu, Αναΐτιδος, vt recte Xylandri editio habet tribus in locis apud eundem Strabonem. eſt enim ἡ Αναΐτις, ſeu ἡ Αναΐτης θεὰ, eadem quæ & *Anea*: vt apud eundem Strabonem initio lib.16. τὸ τῆς Αναίας ἱερόν. eſt autem Αναία, & mulieris nomen, & oppidi, cuius gentile Αναιεὺς & Αναΐτης, teſte Stephano Lyz. vnde & paulo ante in Clementis noſtri loco pro Ταναΐδος procul dubio reponendum Αναΐτιδος.

168.22. rectius ἀπηξίωσεν, vel præterito tempore ἀπηξίωσεν: vt *delibra* quoque à deliberatione nonnullis dicta videntur.

170.v.3.à fine] aptius fere aduerb. Αθρόως.

174.5.à fine] melius ἐπιτίζεσθαι Xyl. ed.p.847.

157.3. procul dubio verior lectio eſt, ῥάβδων μυρσινῶν λεπτῶν δέσμην, *faſciculum tenuium myrthi virgarum*, ſicut paulo ante, τὰς μυρσίνας ἢ δάφνας.

185.v.13.à fine, poſt ἐκεῖνοι inſere ἄραντες, *poſtquam ſuſtulerunt*. Seq.v. ſenſus poſtulat, ὡς ἀπὸς θεῶν. V. penultimo verius fortaſſe, συνεργίας aut σκιάς.

187. v. 2.à fine, omnino rectius

*ἔλοι τῦ τόπου, hunc locum.*

190.9. à fine aptius ῥίπτω.

190.7. à fine pro αὐτῶν apud Stobæũ eſt παρ' αὐτοῖς, *apud ipſos*. V. 6. Herodoti locus infra citatur plenius.

199. v. 12. à fine ſed pro ἀληθιζόμενος apud Herodotum eſt ἀληθίζοντες. lib. 1. p. 36.

196.11. q. ed. οὐχ ἑκάστα.

202.6. à fine vulg. δυναστεύοντος, à them. δυναστεύω. 203. v. 55. χρείων etiã vulg. edit. ſed aptius θηρίων, *beſtiarum*.

304. 5. à fine, melius fere *proſpiciens*.

206. v. 5. aptius opinor, ἐσθῆτί τε: vt ſit *veſtituque auro & coloribus vario ceu pictum*. cuiuſmodi loquendi genus infra 237. Parthos vero ac Medos tali veſtium pigmento vſos eſſe fuſius docetur 234. 235.

207. verius, opinor, *aprinam*. nam κάπρος in Clementis loco qui ſequitur, non *caper* eſt, ſed *aper* ſeu *verres*.

216. vſitatius διανοχέλια, ſine diphthongo.

219. v. 24. ſenſus eſt, *ex eo quod manifeſte apparebat eunuchum eſſe*. ſi ἄπωθεν legas, vti & Flor. ed. habet, ſententia erit, *vtique procul ab eo quod manifeſte in ipſo actu apparuerat, ſeu, contra quam propalam oculi viderant*.

226.12. ἐκάστω habet etiam Steph. editio, p. 36. quę ſcriptura ſi auctoris eſt, ſyncopen habet. regulariter mox ſequitur, τὰς ἐκαστάκις οἰκέοντας: itemq; 128.3. ἐκαστέρω τῶν Περσέων οἰκέοντα. V. 25. maluerit fortaſſe aliquis πολλῶν: vt ſit, *procul abigunt à ſua regione*.

228. 5. mutilatus videtur locus, quod auis & oui parum apta ſit cõparatio. ita fortaſſe interpolandus, μέγεθος ἴσον στρουθῷ στρουθοκάμηλος δ' οὐδὲ ὄρνιθι· ἀλλὰ πᾶν τὸ εἶδος, στρουθοῦ ἐκτέλειον, μέγεθος ἴσον ᾠοῦ. Heſychio ſane aniculæ hoc genus eſt ἡλίκον στρουθός. & quæ de interaneis adieci, Plutarchi ſunt paulo poſt, v. 14. In eodem Plutarchi loco τὰ ἐντὸς, dictum ellipſi præpoſitionis κατά. ſcribitur autem ῥοδάκια per ῥ etiam apud Heſychium, per τ, & maſculina terminatione, etiam in Florentina Plutarchi editione, 166. b.

233. v. 10. omnino legendum videtur, ἐτίλλετό τε, *capillumque ſibi euellebat*: qua de re infra 240.14.

239.14. vſitatius κατήρικοι, vt apud Heſych. κατηρείκοντο, κατεσχίζοντο, à prim. them. ἐρείκω, *ſcindo*. τάπι in præced. commatio Ionice vſurpatum pro ἅπερ.

241.15. à fine, vſitatius κτῆσαι, per ω, vt πτῶσαι.

244. 12. τὸ κατ' ἐμὲ πενθέοντα quid ſignificet, declarat Ioſephi paraphraſis infra 251. 1.

245. 22, 23. ſuperior editio μακρῷ, *longe*. ego μακρὰν cum Heliodori vulg. ed. malui. at πρὸ ἄγοντο, forſan vt κομιδῇ ἄγειν, prælato ſc. rogi apparatu omni.

246. 4. θηρίων ferri poteſt, ſi ad βορὰς referamus. alias melius θηρίοις, datiuo caſu.

248. 15. congruentius προσεχεθισμῶν, *aſſidente muſcarum multitudine*.

252. 23. forſan ἀντίχα διελόσο. De Plutarchi loco v. 19. ſupra dictum, ad 89.

261.12. vſitatius σωίης, opt. modo: eum enim amat potentialis ἄν.

263.3. à fine poſt *laudat*, in ſuperiori editione leguntur hæc: *Iuſta patri mortuo feciſſe Cyrum, idem Xenophon lib. VIII. παιδ. narrat, his verbis*, ἔθυσε τὰ νομιζόμενα ἱερεῖα, καὶ τοῦ χοροῦ ἡγήσατο Πέρσαις κατὰ τὰ πάτρια, καὶ τὰ δῶρα διεδίδου: quæ quia in Erratorum notatione deleri iuſſit auctor, ſuſtuli, hîc tamen repetere volui, quoniam non plane vide-

332.333.melius κατῆκαι, Ionica ſc. aſpirationis detractione pro καθῆκαι, à καθίημι *demitto*. V.26.ſuperior editio ὑποστασίοις, nempe à ſubſiſtendo. noſtrum ἱπποστασίοις petitum è Tzetzis editione, id eſt, *equorum ſtabulis*.

333.2.à fine haud ſcio an verius μακρὰ, *longa ligna*. 334.22. rectius fortaſſe ὑβρίσασαν, accuſ. caſu, *quæ iſtam ei fecerat iniuriam*. τούτῳ tamen eſt etiam in vulg.ed.48.21.

335.2.à fine μακρὰ legitur etiam in vulg.ed. 62.12.ſed verius fortaſſe μακρὰ *longa nauigia equis vehendis*. aliam lectionem ſecutus eſt Valla, qui vertit *actuaria nauigia & alia minuta, cum hippagogis quæ equos vehunt*. quaſi legerit, ἱππαγωγὰ πλοῖα, καὶ ἄλλα μακρά.

336.6. à fine poſt Ρωμαίοις ſubaudiendum ὤν, vel ſimile quid. V. vltimo pro γῇ cum H. Steph repone articulũ τῇ. eſt autem locus edit Steph. pag. 160.

337.6.à fine, αἱμοχεσίαν habet etiã Stephani editio, 19.28.ſed malet fortaſſe aliquis αἱμοχεσίαν, vel αἱμοχυτεῖν, aut αἱμοχυσίαν, *vſq; ad cruentationem ſeu fuſionem ſanguinis*.

Sunt & loca quæ fruſtra, licet diu, à me quæſita ſunt vt 97.8.à fine, locus qui è Xenoph. Pæd. 1. citatur: & 130.8.à fine locus Ioſephi.

Atque hæc potiſſimum de Græcorum auctorum locis. vt vero è Latinis quoque vnum annotem, 123.4. ita legendum, *Onera enim Imperij* (ita quippe ex Plinij ore loquor) *pleraque vectigalia inſtitui, vt pro vtilitate communi, ita ſingulorum iniuriis coegerunt.* ſic ſane Lugdunenſis editio habet in Plinij Panegyrico, p. 330. cui loco non multum abſimilis paulo ante in eodem Panegyrico 327.4. *Quippe diſcretis quidem bonis omnium, ſua cuiuſque ad ſingulos mala: ſociatis autem atque permiſtis, ſingulorum mala ad neminem, ad omnes omnium bona pertinent.*

F I N I S.

# INDEX RERVM

## ET VERBORVM MEMORABILIVM QVÆ IN LIBRIS DE REGNO Perſarum continentur.

A

Abaci Perſarum. 205. 206. *ſecundo.*
Abderitæ. 63. 94
Accubationis epularis ordo. 72. 73
in Acie media Rex Perſarum conſiſtere ſolebat. 322
Aciem vti Perſarum Reges inſtruerent. 309
Acinaces gladioli breues. 270. interdum aurei. 97. 98
Admiſſionales. 135
Adoptationum mos receptus à Perſis. 337
Adorare quid. 10
Adorantium geſtus. 8. 9. 10
Adulterium Perſæ Parthiq; vindicabant. 216
Æris alieni moles vitio ducebatur apud Perſas. 195
Ærariũ Perſicum eiquePræfecti. 120
Ætas perfecta Perſarum. 208. *primo.*
Ἀγγελιαφόροι. 135. 136
Agminis Xerxis, & Darij ordo. 298. 299. 300
Agri Perſarum immunes. 124
Αἰχμοφόροι. 129
Ἀκταῖαι veſtes. 233. 234
Alcibiades. 260
de Alexandro. 3. 52. 78. 92. 129. 140. 141. 148. 213. 214. 303.
Αὐτόφυεις. 37
Allium in culinis Perſarum. 211. *ſecundo.*
Anaxirides quid. 41
Anchiale à Sardanapalo cõdita. 154. 155
Angari. 146
Annus Perſicus. 259
Antalcidas Laco. 103
Anulus Regius. 25. 140. 141
Apamea. 124
Ἀπολακεῖν. 155
Aquam Choaſpiam Reges potabant. 59
Aqua ſitim Perſæ reſtringebant. 211. *primo.*
Aquam Perſæ colebant, & vti ei ſacra fierent. 165. 167. 174
Arbiter de Regni ſucceſſione inter fratres. 5
Arces condere, præſidiiſque munire, primi Perſarum Reges docuerunt. 336
Arcium cuſtodia. 86
Arcibus & vrbibus non iidem præficiebantur. 117
Ἀρχεῖα. 188
Arcus Perſarum breues. 176. 177
Archiatri. 143
Arimanes. 161. 179. 180. 181
Ariſtoteli lib. de mundo adſeritur.

48

Arma tradere jubentur victi. 346

Armatura Perſarum. 269

Ἁρμάμαξαι muliebres. 222

Armillas aureas brachiis geſtabant Perſæ. 236. 237. etiam in Præliis. 304

Armillarum aurearum donum. 97. 98 99

Artaxerxes μακρόχειρ. 22. 89. 96. 122. 123.

Artaxerxes Mnemon. 6. 26. 61. 77. 98. 102. 103. 143. 144.

Aſino imponi. 252. 253

Ἀσφάλτος duplex. 330

Aſtandæ. 147.

Ἀθάνατοι Perſarum. 127

Athos mons à Xerxe perfoſſus. 335

Attalica Aulæa, & Attalicæ veſtes, 209

Attalus quem velorum pictorum auctorem quidam falſo putant, 208. aurum velis intexere primus docuit. 209

Aulæa quæ ſint. 207. 208

Aulæa Perſica. 207

Aulæa belluata. ibid.

Aulæis atque velis Tabernacula inſternebantur. 207

Aures foratæ Perſarum. 237

Aures Regum. 125

Aurium amputatio. 249

Ἀξίνη. 259

## B

BAbylonij. 99. ab ijs vti exceptus Alexander. 148

Babylonis mœnia & eorum deſcriptio. 157

Balneatores Perſarum. 211. *ſecundo.*

in Balneis vnguentis vngebantur Perſæ. 210. 211. *ſecundo.*

Balthazar Rex. 99. 112

Bellica fortitudo ſummo in pretio apud Perſas. 267

ad Bibendum Perſæ cogebant in communiis. 212. *primo.*

Bibliotheca Regia. 142

Bitumen. 330

Braccæ Perſicæ. 41. 236

Braccas in præliis Perſæ geſtabant. 42. 281

Buccina ſignum datum. 323

## C

CAbades, Regno ſummotus eo quod luſcus eſſet. 5

Cadauera Perſæ humabant, non cremabant. 263. 264

Calaſſiris. 233

Calligonus eunuchus. 220

Calliſthenes. 15

Calyptra Reginæ. 76

Cambyſes. 63. 264. 296. 297

Camelis vecti commeatus. 297

Candys quid. 39

Candys Regius ἁλουργής. 21. 40

Candys reliquorum Perſarum. 232. 233.

Canes Indici. 110. 125

Canum cibaria. 74

Cantilenæ Perſarum. 221. 327

Capyris. 233

Carceres Perſ. 241

Cardaces. 307

Carduchi. ibid.

Κάρυα βασιλικὰ & Περσικά. 254. 255

Caſtrabantur mares apud Perſas. 216. *ſecundo.* 217

Canſtrandorum marium cauſa. 218

CaſtrametatioPerſarum. 300

Caſtrorum Perſicorum opulentia. 306

Cataphracti equites. 286. 287

Catenes præſtantiſſimus ſagittarius. 205

Κανδάνιο. 235

Cera oblita Perſarum cadauera. 270

Chana-

Chanaranges. 147
Χειρίδες. 17
Χειριδωτός. 39
Chiliarchus. 12. eius munus. 136
Chiliarchi. 119. 336
Chirothecæ Perſarum. 235
Choaſpes fluuius. 59
Choaſpia aqua. 59. 60. 93
Choſroes, licet minor natu Cabadi fratri, in Regni ſucceſſione prælatus. 5
Χρυσοχάλινοι equi. 99
Cibis perpaucis Perſæ vtebantur. 203. *ſecundo*
Cibis opiparis Reges & magnates Perſarum vtebantur. 65. 202
Cidaris quid. 7. 32. 299. 300
Clamor bellicus Perſarum. 323
Clibanarij equites. 287. 288
Clibanariorum equitum armaturæ deſcriptio. 287. 288
Clypei Græcorum initio maximi. 274
Coci. 205. *ſecundo*
Cœna exhibita proceribus à Rege. 71
Cognati Regis. 71. 132
Comæ detonſæ in luctu, tam hominibus, quàm iumentis. 239. 240
Commeatus ad exercitum alendum ſumma cura comparabantur.
Commeatus liber. 338
Commentarij rerum geſtarum. 141. 142
Compedes aureæ. 27. 241
Condy. 175
Coniuges liberoſq; ſecum in prælium Perſæ ducebant. 294. 295
Coniugia Perſarum cum matribus, filiabus, ſororibus. 214. *ſecundo*
Conon Athenienſis.
Conſeſſus epularis ordo. 72
Conſilia inter pocula. 216. *primo*
Conuictores Regij. 72. eorumq; ordo & numerus. 73
Copiarum ſuarum numerum, vti Xerxes & Darius inierint. 309
Copide Perſæ vtebantur in prælio. 271.
Coronati Perſæ in ſacrificiis. 172
Corporis Regum cuſtodes. 30. 129
Criniti & Comati Perſæ. 237
Κρώβυλος. 30
Crucis ſupplicium in Perſide vſitatum. 244
Cteſias Gindius. 143. 144. 233. 258. 325
Cteſiphon Parthorum imperij ſedes. 48. illic hyemabant Reges. 46
Cubicularij Regum. 137
Cubitus Regius. 58
Cuniculos agebant Perſæ. 328. 329
Curatores equorum, canum, operum. 146
Currus in præliis. 289
Currus octiiugi. 294
Currus falcati. 291
ex Curru quadriiugo pugnauit Darius. 289
Curſus Iouis & Solis. 2. 299
Curſus publicus. 146
Curtius Rufus quibus temporibus vixerit. 38. 39.
Cutes viuis hominibus Perſæ detrahebant. 245
Κυρβασία. 28. 228.
Cyrus pater appellatus. 123. 153
de Cyro. 35. 80. 81. 92. 96. 108. 130. 152. 153
Cyri copiæ. 320
Cyri indignatio in Gyndem fluuium. 334
Cyri ſepulchrum. 131. 132. 133

## D

Darius, lingua Perſica quid ſonet. 263
Darius Hiſtaſpis filius. 75. 112. 122. 123. 124. 142. 152. 153.

Darius primus Perſis tributa impoſuit. 122
Darius Artaxerxis Mnemonis filius, à patre Rex deſignatus. 6. ei inſidias molitus. 252
Darius nothus Iſogæo fratri legitimo in Regni ſucceſſione præpoſitus. 6
Darij vtriuſq; copiæ in Græciam.
Darij poſterioris precatio. 161
Darij funus. 149
Darici nummi aurei, ſagittarij nota ſignati. 260
Δέκαρχοι ſeu Δεκάρχαι, & Δεκάδαρχοι 308
Decolationis pœna apud Perſas. 242. 243
Deli templo Perſæ pepercerunt. 170
Demaratus. 29. 104
Democedes Crotoniates medicus. 93. 94. 143
Dextra cum capite plerumque abſciſſa. 243
Dextræ datio, fidei pignus ac vinculum. 106. 253. etiam in fœderibus. 337.
Diadema faſcia alba fuit fronti circundata. 7. 33. 34.
Diadema Reginarum. 75
Διαλευκος. 37
Dij patrij & Regij Perſarum. 161. 162.
Dij Romę per aliquot annos abſque ſimulacris culti. 168. 169
Dona Regia, exercitus. 104. moleſtorum. 104. Torquium aureorum, Armillarum aurearum, Vrbium. 97. 98. 100. 101.
Dona militaria. 325
Doryphori. 129
Δρεπανηφόρα ἅρματα. 291. 292. 293.
Ducibus copiarum dies locuſq; præſtituebatur. 307

E

EBenum Æthiopes Tributi vice Regi Perſarum pendebāt. 125
Ecbatana, Medorum metropolis. 45. 46. illic Reges æſtiuum tempus tranſigere ſolebant. 41. 44
Edictorum & Reſcriptorum Perſicorum formulæ. 139. 140. 141
Ελωδίαι ἀγρεῖα. 186
Ephebi Perſarum, & eorum educatio, atque inſtitutio. 200. ac deinceps vſque ad 207. *primo*.
Epheſi tēplo Perſæ abſtinuerunt. 170
Epulum Regale. 65
Epulæ diis libatæ. 175
Equus Soli mactabatur à Perſis. 158
Equi Niſæi, Indici, Parthici. 283. 284 285. aureis frænis. 99. 283. precioſa ſtragula veſte inſtrati. 283. capiſtris alligati, pedicis vincti. 289. ferreis lamineis tecti. 285. frontalibus & pectoralibus armati. 285. eos vti Perſæ ſtrepitui armorum aſſuefacerent. 328. equis aſſiduè hærebāt Perſæ Parthiq;. 222. 28. equitareque à pueris diſcebant. 199. 284
Equitandi ars à medis profecta. 283
Equitatus Perſici robur. 281
Equitum decurſiones militares. 282
Eulæus amnis. 60
Eunuchorum fides. 218. 219. domeſtica miniſteria. 65. 137. 218
Eunuchi circa Reginas & mulieres. 138. 218. cuſtodes mulieribus & pueris appoſiti. 219. 220. adulterij poſtulati. 219. 220. Alexandro Seuero inuiſi. 138
Εἰκάδαρχοι 308
Excubias agebant Perſæ. 327
Excubitores Perſici. 335
Excubitorum cantilenæ. 327
Exercitu donari. 104
Exilij pœna. 248

Exploratores apud Perſas. 327.328

F

FAlcati currus, deſcriptio. 291. & ſeq.
Fauorinus, vide Phauorinus.
Feminalia. 41
Feriæ repētinæ Perſarum & extra ordinem indictæ. 75.186
Feſti Perſarum dies. 184.185.
Fictilia vaſa. 223
Fidei religioſiſſima apud Perſas obſeruatio. 253. etiam cum hoſte. 337. 338
Fidicinæ. 68. 69
cum Filiabus miſceri apud Perſas jus. 214. ſecundo
Filiorum Regiorum natu maximus Regnum adſequebatur. 5. eius educatio. 79
Fœderis percutiendi ritus. 337
Forum liberale Perſarum. 187
Frigoris impatientes Perſæ. 336
Frontalia equorum. 285
Fucata facies Perſarum. 238
Fundis Perſæ grandia ſaxa vibrabant. 279. 280
Funditores Rhodij, item Balearici, plumbeas glandes jaculabantur. 280
Funera Perſarum magno apparatu fiebant. 263. 264

G

GAlli gallinacei è Perſide primum prodierunt. 257
Galli aurei in haſtæ cuſpide ferendi jus. 325
Cares cur Gallinacei à Perſis appellati. ibid.
Gallorum Trimarciſia. 127
Γαδειρας στόλη 97
Gangabæ. 224
Gangumela. 263
Gaza, Perſicum verbum, & quid ſignificet. 120,121
Γαζοφυλάκιον, & γαζοφυλάκιον. ibid.
Gerra Perſica. 273
Gladiis ſemper accincti Perſæ. 267
Gladij Perſarum breues. 270. 271. lapillis & gemmis adornati. 306

H

HArmamaxæ muliebres. 222
Helleſpontum ponte iunxit Xerxes. 332
Heraclius imperator, Perſarum focos euertit. 164.
Herbarum vires à pueris Perſæ diſcebant. 194.195
Heroibus ſacrificatum. 174
Herodotus quo tempore hiſtoriam ſuam ſcripſit. 125
Herodotus mendacij inſimulatus. 181.
Herodoti locus expenſus. 217
Hippocrates. 100.144.313.314
Horæ nuntiabantur Regibus Perſarum. 145
Horti Regij 52. penſiles: 55. eorum deſcriptio. 55.56
Hoſtiæ vti proſecarentur. 173
in Hoſtes ſæuitum. 326. præmia propoſita iis qui eos viuos adduxiſſent. ibid.
Hyeme bello abſtinebant. 336

I

IAculari Perſæ à pueris diſcebant. 198. 199.
Iaculandi publica certamina. 265. primo.
Ianitores Regum Perſicorum. 134. 137
Ignis ſacer & æternus Perſarum.

27.83.163.164
Ignis apud Perſas ſumma veneratione colebatur. 164. cum in ſacrificando præſabantur. 163. ei vti ſacra fierent. 174. 175
Imago aurea Regis. 16
Immortales. 127
Inaures Regum ac procerum. 40. 237.
Inebriabatur ſemel quotannis Perſarum Rex. 62
Ingrati actio apud Perſas. 195. 196
Inſignia Regum. 28
Internuntij Regum. 18.135
Interpretes Regum. 136
Ionum imprecationes. 170
Iouem colebant Perſæ. 157
Ἵππαρχοι. 308
Ἱπποτοξόται. 279
Iſmenias Thebanus. 14
Iter omne à Regibus & proceribus equis non pedibus conficiebatur. 13.221.281. abſtinentia in itinere. 211. primo
Iudices Regij apud Perſas. 86.243
Iudicum nummariorum & venaliũ pœna. 90
Iudicia Perſarum. 240
Ius dicebant Perſarum Reges. 87
Iuſiurandum ſolemne Græcorum. 170.171
Iuſiurandum Regum per Mithram. 106.159
Iuſtitiam pueri apud Perſas diſcebant. 191
Iuſtitium apud Perſas. 27
Iuſtitium apud Parthos. 109

L

Lapidibus obrui apud Perſas receptum. 247
Lauatio cibum. 211. ſecundo.
Lectis aureis cubabant diſcumbebantque Reges Perſarum 51. 206. ſecundo.
Lecti triclinares cubiculareſq; Perſarum. 206
in Lectis ſternendis ornandiſq; ſummum ſtudium ponebant Perſę. 206
Lecticæ qua pellex Regia vehebatur velum alleuare nefas erat. 21. 22
Lecticarij ſerui. 211. ſecundo.
Legatis munera data. 105
Leges Perſarum. 186.195.196
Legibus ſoluti Reges. 22.
Leonidæ mortui corpus cruci ſuffixum. 244.245
L[illegible]quid. 271
Lethes carcer. 241
Liberalitas Regum Perſarum. 105
Liberorum Regiorum educatio. 79
Liberi qua ætate in parentum conſpectum venirent. 190
Limina Regum ac Satraparum adoleſcentes tenebant. 198
Loculo aureo Cyrus conditus. 151
Lorica Perſarum ærea. 207. primo
Lorica linea. 271
Lorica ſquamis conſerta. 271
Loricæ Perſarum deſcriptio. 271
Luctus publicus. 27
in Luctu veſtes laceratæ, comæque vulſę. 239.240. etiam iumentis. 239
Lucullus Xerxes togatus dictus. 320
Ludi conuiuales. 67
Ludionum oblectamenta conuiualia. 70
Lunam Perſę colebant. 166.167

M

Machinæ murales. 329
Magi qui. 177. eorum origo & progreſſus. 178. 179. diſciplina. 7.180. arcana. 182. coniugia 213. ſecundo. ſobrietas & abſtinentia. 183. dignitas. 178. corpora niſi à feris laniata non humabantur. 265. Hi Regum conſiliis intimi. 80. 159.

177.ignis ſacri & ęterni cuſtodes. 163.164.item ſepulchri Cyri. 152. ſacra omnia obibant, iiſq; pręerant. 177. vaticinabantur ac futura prædicebant.182.183.de prodigiis & oſtentis conſulebatur. 183, ſigna deorum & ſimulachra improbabant. 168. à quibus exteræ gentis, aditi, 184
Magophonia. 184
Majeſtas Imperij. 8
Majeſtas Regia. 81
Malum medicum. 255
Malum Perſicum. 256. 357
Μανιάκης. 235
Manicæ Perſarum. 16. 235
Mandocles Samius. 332
Manuum amputatio. 248
Margaritæ. 237
Matribus Perſæ miſcebantur. 214 *ſecundo.*
Matronę à virilibus conuiuiis arcebantur. 213.214.*primo*
Maza quid. 211.*primo*
Medicina in Ægypto inclaruit. 143
Medici Regum Perſarum. 143. 149. in exercitu. 308
Media equorum ferax. 283
Medica auis. 256
Medica mala.256.eorum grana, Parthorum Reges ac proceres eſculentis incoquebant. 64.256.257.
Medica veſte perlucida ac fluida vtebantur Perſæ.230.231.ſerica erat. 97.eius donũ 96.diuerſi generis.231
Medici olei vis. 330
Μέγας βασιλεύς. 2
Megiſtanes. 133.134
Melophori. 128
Membranæ Perſarum. 258
Memnonia Suſa. 45
Mendacium ſummo probro apud Perſas. 191
Menſæ Regię. 63
Menſarum miniſtri. 205.*ſecundo*
Μεσίλωνος. 37
Militię tempus legitimũ.207.*primo.*
Militię vacationem nullus in Perſide habebat 268. 269
Milites vti conſcriberentur in Perſide. 306
Milites Gręci à Perſis mercede conducti. ibid.
Militares animaduerſiones. 326
Myrrhanes. 147
Miſſio honeſta quinquageſimo ãno concedebatur. 338
Mithra Perſarum deus. 159. eo nomine Sol à Perſis colebatur.159.ei ſacra in antro ſeu ſpecu fiebant. 159.160.ei ſacri dies. 185. ritus initiorum.160.per eum Reges iurabant. 106
Mithrę & Tiarę differentia. 31
Μυριάρχου. 308
Molę aureę donum. 104
Μουσουργοί. 68
Munera Regibus à ſubditis data. 20.
Murex laudatiſſimus. 37
Murices ſternere, Perſę quoque nouerant. 331
Muſica Perſarum. 221

N

NAbuchodonoſor. 4. 16. 56. 74. 139.
Naphtha. 330. 331
Narium amputatio. 248
Naſturtio famem Perſę explebant. 211.*primo*
Naſturtii vis. 212.*primo.*
Natare diſcebant Perſę. 267
Natales Regum. 27. 185.
Natales die Perſę celebrabant. 65. 204.*ſecundo.*
Nauium Perſicarũ varia genera. 335
Neanthes Cyzicenus hiſtoricus. 102
Niſęi equi. 84.283. 284. proceri & veloces. 284

Noctu non pugnabant Perſæ. 327
Nominis Regum mutatio. 8
Nothi à Regni ſucceſſione legitimis extantibus, arcebantur. 6
Notis Regalibus compuncti. 326
Nouacula capita in Perſide amputabantur. 242. 243
Nummus tantum argenteus à Perſis poſterioribus temporibus percuſſus. 260
Nuptiarum ſtatuta tempora apud Perſas. 215. ſecundo
Nux molluſca. 254

O

OBſcænitatem verborum vitabant Perſæ. 198
Obſidiones vrbium admotis ſcalis, machinis, item facibus. 329
Obſonatores. 205. ſecundo
Oculi Regum. 125
Oculi nocentibus effoſſi. 245. 250
Oleum acanthinum. 64
Oleum medicum. 330
Oleum ex verme Indico. 329
Omenti particula flammæ imponebatur. 173
Ομόλιυσι. 133
Opifices viles apud Perſas. 224
[illegible]λεφίεροι. 145
Oromaſdes, ſeu Oromazus. 161. 179. 180. 181
Oroſangę. 93
Ornatores ſerui. 211. ſecundo
Oſculo Reges excipiebant honoratos. 95. Perſæ propinquos. 225
Oſthanes Magus. 179
Oſtiarij. 135

P

PAcis indicium Syriis. 337
Pædagogi Regij. 79
Παιδεραςία Perſarum. 215. ſecundo
Pallij figura. 36
Palmæ Babylonicæ. 149
Παλτά quę ſint. 274. 275
Pane triticeo Perſarum Reges veſcebantur. 63
Paradiſi 52. 53. his incluſæ feræ. 110
Paraſangis & ſchœnis itinera Perſæ metiebantur. 258
Paraſanga triginta ſtadia continebat. ibid.
Paryſatidis dolus. 227. 228
Parricidij crimen Perſis nouum & inauditum. 197. 198
Partes de menſa. 74
Parthi à teneris ſagittare diſcebant. 279. 299. & equitare. 199. 200. olim leones in prælium præmittebant. 310. 311. terga vertētes, ſagittas mittebant. 277. eorum duodeuiginti Regna. 113
Parthorum Reges vti epulis accumberent. 73. in Cteſiphonte Regni ſedem habebant. 48
Paſargadæ. 150. 151. vbi Regia. 46. 120. Regeſq; inaugurabantur. 6
Patria poteſtas Perſarũ in liberos. 198
Pedum amputatio. 248
Pedibus vix vnquam Perſæ incedebant. 221
Pellicum greges Regibus, item priuatis. 77. 216. ſecundo. ex Ionia. 78
ex Pelle viuis detracta, culei & vtres. 246
Pelopidas. 14
Pelta quid. 275
Πίλοι quid. 275
Perſarum Regnum hæreditarium. 4. nec vllis quàm qui ſtirpis Regiæ eſſent delatũ. 4. 5. ſuffragiis procerum delatũ. 6. de eius ſucceſſione, controuerſia inter fratres. 5. eius amplitudo. 1. quamdiu ſtetit. 1. 2. Perſarum religio. à 157. vſque ad 177. erga Regem obſeruantia. 24. 25. polygamia. 212. 213. ſecundo. victus, à 214. vſque ad 215.

*ſecundo*.veſtitus,à 150.vſq; ad 237.
ornamenta.237.pœnæ.à 242. vſq; ad 253
Perſea arbor. 255
Perſepolis,Perſici Regni caput. 46
Perſepolitana Arx.47.150.Regia.46
eius incendium. 47.171.gaza.122
Perſica mala. 255.170.171
Περσικαὶ calceamenti genus. 234
Perſicæ linguæ difficultas. 261
Perſica vocabula quædam. 262.263
Pharetræ Perſarum & arcus. 276
Phaſiani Medi. 258
Phauorinus Sophiſta Gallus & Arelatenſis 219.eius laudes. ibid.
Phiala aurea libauit Xerxes. 175
Φερράλιγυ. 124
Φιλιδάτις quid. 272
Φρύναρχη. 86.336
Picturæ Perſarum. 328
Pictæ veſtes,picti tapetes. 234.235
Pietas Perſarum. 197
Pilea Perſarum. 31
Pincernæ Regij & pocillatores. 65. 205.*ſecundo*.geſtu potum exhibebant. 66
Piper. 263
Piſagæ. 225
Piſtores. 205.*ſecundo*
Platanus aurea. 51. 52
Plutarchus Cteſiæ infeſtus. 144. ex eius Sympoſiacis macrobius vltimum Saturnaliorum librum contexuit. 214.*primo*
Pompa egreſſus Regum. 82
Pons à Dario impoſitus Danubio & Boſphoro. 313
Pons quo Xerxes Helleſpontum iunxit. 221. 332. 333
Prægustatores à Perſis primum inſtituti. 66
Præmium propoſitum voluptatum inuentoribus. 70
Precatio pro Regum ſalute. 16
Principia rerum omnium apud Perſas quæ. 181
Proletariorum in Perſide præmia & honores. 92.213.*ſecundo*
Propinqui omnes ob vnius noxam peribant. 251
Περσικῶν quid. 10
Περχίδις 216.*primo*
Pſalmus quid. 69
Pſaltriæ mulieres. 68
Publicatio bonorum. 250.251
Pueritia Perſarum. 189. 200
Puerorum ingenuorum educatio & inſtitutio apud Perſas.189.ac deinceps vſque ad 200
Puerorum Perſicorum ſicca corpora. 194
Purpurea. 37. 38
Πύλαι quid. 151
Πυρεῖα & Πυραθεῖα ſeu Πυρεθεῖα. 163. 164
Pyropo honor habitus apud Perſas. 174

R

Ῥαβδοφόροι. 145
Rei in carcerem coniiciebantur. 141
Reorum delicta meritis conferebantur. 88
Rex,viua Dei imago. 8
Rex Regum,& magnus Rex. 2.3
Regiæ Perſarum,Suſa ecbatana,Perſepolis,Paſargadæ.43.& ſeqq.Regiæ deſcriptio. 47
Reginæ ſine cuſtodibus degebant. 77.circa eas eunuchi. 138
Reginarum caput diademate vinciebatur.75.ornatus earum & in ornatum eis attributæ.
Regiones. 76
Relegatio nocentum. 148
Riſu ſoluto & immodico Perſæ abſtinebant. 210.*primo*
Ῥυβουδὶς quid. 273

S

Saccarum ludicrum. 185
Sacrificabant Perſę in arcibus & collibus. 171. 172
Sagaris Perſarum. 271
Sagena vrbes circumuallabant Perſę. 331
Sagittare Perſę à pueris diſcebant. 198. 267
Sagittarij poſteriorum temporum Perſę. 277. 278
Saltatione Perſę exercebantur. 205. *primo.*
Saltabant Reges, eo ſolum die quo Mithrę ſacrificabant. 205. *primo*
Salutandi Regis mos. 16
Salutatio vulgaris. 224
Sambuciſtrię. 70
Sanctiones Edictorũ Perſicorũ. 139
Sandoces iudex. 88
Sarabara. 42
Sardanapalus vno die duas vrbes cõdidit. 154. 155. eius ſepulchrum & epitaphium. 153. 154. 155. 156. 157
Sardeis. 114
Satrapes quid. 111
Satraparum munus & dignitas. 115
Satrapię. 111. earum numerus. 112
Satrapię filiis Regum conceſſę: item Regi victo. 114
Sauciorum in bello cura. 325
Scalę murales. 327
Σκαφεύθησαι quid apud Perſas. 248
Sceptrum aureum. 43
Sceptrigeri Regum. 145
Schœnis dimenſiones factæ. 258
Schortee veſtes Perſarum. 232. item brachę. 236
Scribæ Regij. 138. 139. in Satraparum officio. 113
Scuta Perſarum è cratibus. 207
Sella Regia. 50
Sella aurea. 50. 131
Sella argenteis pedibus. 292
Semiramis 87. prima mares caſtraſſe dicitur. 217. & veſtem medicam induxiſſe in vſum. 35
Seniores qui apud Perſas. 208. apud eos ephebi & perfectę ætatis viri poſtulabantur. ibid.
Senibus habitus honos. 253
Septemuiri. 91
Sepulchra Regũ Perſicorum. 47. 150
Sepulturæ Perſicę ritus. 265
Serui vocabantur omnes, qui Perſarum Regibus ſuberant. 22. 23
Seruire ſuos indigne ferebant Perſę 338.
Signa militaria Perſarum. 324. 325
Silentium Perſarum. 25
Singulare prælium Perſis vſitatum. 336. 337
Siniſtrum latus honoratius dextro. 73.
Solis cultus apud Perſas. 157. apud Parthos ac Maſſagetas. 158
Solis defectus. 166
cum Sororibus miſceri apud Perſas ius. 214. *ſecundo*
Spadones vnde. 217
Spartanæ Reginæ. 77
Spiculatores. 129. 130
Stateres. 260. 261
Statira Artaxerxis Mnemonis coniux. 18. veneno necata. 227
Stipẽdia apud Perſas vigeſimo anno inchoabantur & quinquageſimo implebantur. 268. 338
Stola Perſica. 35
Σιλαλίας. 235
Strabonem quiſnam in linguam latinam conuertit. 204
Strata lectorum Perſicorum. 222. 223
Stratores Regum. 145
Στρώτης. 237
Στρώται ſeu famuli lectis ſternendis deſeruientes, à Perſis primum inſtituti. 206. *ſecundo.*

Supelle-

Supellectilis Perſicæ opulentia & luxus. 205. 206. *ſecundo*. 223
Supplicum geſtus apud Aſſyrios. 2
Surena. 134. 135. eius dignitas & animus. 137. 154
Suſa domicilium Regum. 44. à quo condita, & vnde nomen inuene- rint. ibid. illic inuenta gaza. 221
Syſitæ (ſeu Cognati) Regis quinam. 312

T

TAbernacula in caſtris. 190. 362
Tabernacula omni luxu & opulentia inſtructa. 207 *ſecundo*. 302. 303
Talaris veſtis, indecora Romanis vi- debatur. 231
Tapetes. 207. *ſecundo*. 220. *ſecunda* 302. 303
Ταξίαρχοι. 308
Templa Græciæ Perſæ incenderunt. 167. 169
Templis Deos includi ridiculum cenſebant magi. 168. 169
Terram & aquam petebant Reges. 311. petentibus quinam denega- rint. 312. qui contra conceſſerint. 315
Terram Perſæ venerabantur. 166. 167
Τετράγωνα. 36
Themiſtocles. 14. 101. 261. ei dona- tæ vrbes in alimenta ab Artaxer- xe. 102
Theſſalio. 107
Tiara Perſæ caput tegebant. 228. etiam in prœliis. 280
Tiaræ ex pannis compactæ. 31. ea- rum figura. 229
Tiara Regum, recta: reliquorum, inclinata. 28. 29. 30
Tiara capiti detracta in ſalutatione. 230
Tiaræ ad vicem capitum, amputatæ. 189. 229. 250
Tibicinæ. 168. 69
Tigranes ad pedes Pompeij cidarim demiſit. 230
Tigris Perſica lingua quid ſignificat. 262
Timagoras Athenienſis. 73. 74
Timagoras Cretenſis. 72. 191
Triſaphernis epiſtola
Tumuli ſepulchrorum. 152. 153. 154
Toga picta. 234
Torquis aurei donum. 297
Torques aureos collo geſtabant Per- ſæ. 237. etiam in bello. 305
Tributa quis Perſis primus impo- ſuit. 222. tributorum colligendorum cura. 86. ſumma. 223. 224
Tripus Perſarum. 252
Triennis aurea. 95
Tunicæ Regum. 36. 37
Tunicæ Perſarum manuleatæ. 232. loricis ſuperinductæ. 281
Tyridates Magorum diſciplina im- butus. 181

V

VAcatio militiæ. 208. *primo*.
Vaſa colligere. 298
Venatu Reges exercebantur. 108. item ephebi. 201. 202. 203
Venationis commendatio. 108. 109
Veneficia Perſarum. 217
Veneficorum pœna apud Perſas. 148
Venenum lene. 148
Venus à Perſis colebatur. 162
Veritatem pueri Perſici docebantur. 190
Verſicolores Perſarum veſtes. 234
Veſtes pretioſæ in bello. 305
Veſtes ſciſſæ in luctu. 239
Veſtitus Perſarum. 230. & deinceps vſque ad. 237
Viæ floribus & odoribus ſtratæ. 254

Vicinos Perſæ præ cæteris colebant. 225
Victus moderatio. 194
Vigiles. 27.135
Vinea Perſarum. 224
Vinum patera diis datum. 176
Vino dediti Cambyſes, Darius, Artaxerxes. 63.212.215.primo.
Virilis vigoris initium Perſæ xxvij. anno definiebant. 206.207.primo.
Vitæ Perſarum finis longiſſimus qui. 203
Vitis aurea. 51.52
Viuaria, & his incluſæ feræ. 53.110. 203.primo.
Vini exurebantur apud Perſas. 242. 245
Viuos Perſæ defodiebant. 242.247
Vmbracula Perſarum. 213
Vnguenta Perſarum. 210.ſecundo.
Vocabula Perſica. 262.263
Voluptatum inuentoribus propoſitum præmium. 70
Vota pro Salute Regis & filiorum. 81
Vrbes in alimenta donatæ. 101
Vvaſtes Regina. 215.primo.

X

XENOPHONTIS libri de Cyri Inſtitutione. 82
Xerxis claſſis. 317. copiarum numerus. 315
Xerxis copiæ cæteris omnibus ſuperiores. ibid.
de Xerxe. 23.24.63.70.76.80.84. 93.95.179
Xerxis inſolentia. 220

Z

ZONA Regum Perſicorum. 41
Zona Reginarum. 76
Zonæ mulierum Perſicarum fimbriatæ. 235
Zona adprehendebantur Rei qui ad ſupplicium trahebantur. 88
Zoroaſtres. 179.180.188

FINIS.